


UVA. BHSC. Tyk 143_1

BIBLIOTECA
DE LA UNIVERSIDAD DE VALLADOLID.
Estante n.º
Tabla
Número

143

UVA. BHSC. IyR_143_1

Del collegio de la comp.ª de Jhs Vall.d

143

UVA. BHSC. IyR_143_1

UVA. BHSC. IyR_143_1

Este libro es del Collegio de S. Ambrosio de la Compañia de Jhs. de Valladolid. es de la libreria

# Philoſophorum hac noſtra tempeſtate Monarche Auguſtini Niphi Sueſſani In duodecimum Metaphyſices Ariſtotelis ⁊ Auerrois volumen ad etatis noſtre decus Antonium Iuſtinianum patritium Venetum: Commentarij in lucem caſtigatiſſimi nuperrime prodeuntes.

✠

HIERONYMI PATERNI SALODIENSIS IN laudem Cõmentarij ſupra xij° Metaphyſices Ariſtotelis ⁊ Auerrois a Philoſophorum principi Auguſtino Nipho Sueſſano editi: Carmen.

Solus Ariſtotelis nodoſa volumina nouit
Corduba: ⁊ obſcuris exprimit illa nodis.
Gloria parthenopes Niphus: bene nouit vtrũqȝ.
Et nitidum media plus facit eſſe die.
Niphi cauſa igitur: tantum preſtabit vterqȝ:
Obſcuris quantum lucidiora ſolent.

UVA. BHSC. IyR_143_1

¶ Eutychi Auguſtini Niphi Philothei Sueſſani in Commentariolum Duodecimi Libri Ariſtotelis Metaphyſices: ꝛ Auerrois Ad Antonium Iuſtinianum domini Pauli filium patritium Venetum ętatis noſtrę decus.

## PROHOEMIVM.

CVm Hieronymus Bernardus domini Petri filius vna nobiſcum Antoni Iuſtiniane ętatis noſtrę ſplendoꝛ viuebat: ſemꝑ vt aliqua ſcriberem eiuſmodi in xijº libꝛo ſolicitauit: aſſignans ꝛ tibi: ꝛ mihi bonam rationem: ꝙ cęteri libꝛi etſi vtiles ſunt: hic tamen totius metaphyſices fructus eſt: ꝓpter qđ Alexāder hunc Carpon vocat: nullam ob aliam cauſam: niſi ꝙ totius ſcientię diuinę fructus eſt. Tu ꝟo addere ſoles: ꝙ etiam phyſicarum ꝛ mathematicarum fructus eſt. Nam (vt Alexander ait in pꝛohęmio phyſici auditus) diſciplinę phyſicę eo ſunt vt intellectus materialis perficiatur: qui intellectus ſpeculatiui adeptionem: quo perfecto: eoue acquiſito mox intellectus agens. videlicet Deus (cuius eſt liber iſte) copulatur illi: ꝛ nobis illo mediante vt foꝛma: qua mox ipſi beamur. Diſciplinę ꝟo quę mathematicę dicuntur: eo ſunt: vt materialis intellectus coꝛpoꝛi vnitus circa abſtractoꝛum cognitionem ſe pręexerceat: vt videlicet facile ſit ſibi ſimpliciter abſtracta intelligere: vnde ꝛ ſcientię exercitij dicebātur: pꝛopter quod apud antiquos eas ante cęteras diſcipuli addiſcebant: hinc libꝛum hunc omnium ſcientiarum finem dicebas. his rationibus: ꝛ alijs plurimis frequenter ad rem hanc excitaſtis. Hieronymus noſter deoꝛū conſilio (vt cęteri moꝛtales) obijt: nec Cōmentariolum noſtrum videre potuit: ꝗꝗ qđ noſtrum Cōmentarioluꝫ explicat ꝛ veſpertine: ipſe luce matutina contueatur. Tu ꝟo qui poſt ipſum alius noſter ꝛ communis Męcenas factus es: Cōmentariolum accipe. ipſum quom poſtulabas: intelligere rem quęrebas: nunc cum. ipſum habes: quęro abs te ipſum coꝛrigi. Nam (vt tibi Romę nuper dixi) euanuit paupercula Philoſophia: ꝛ oīs fere bonitas. Illa paucula in te relicta eſt. Eſt tamen tanta: quanta pꝛo diſciplinarum reuocatione ſufficit. In iſta enim diſciplinaruꝫ omnium iactura niſi ſemina ſiue inchoatiua ſupereſſent: perditum irent omnes ſcientię: ſemen quod diſciplinarum ſeruas: tantū ꝛ tale exiſtit: quod ſufficiet: ꝛ inchoare: ꝛ perficere illas. Cōmentariolum itaqꝫ hoc accipe: ꝛ rogo perlegas: ꝛ (ſi placet) ęde. Inuenies pꝛimo verba textus Ariſtotelis per gręcos codices per me paſſim caſtigata: nec volui ob elegantiam linguę quędam omittere: quędam addere: quędam mutare: nam Ariſtotelis verba: ꝛ oꝛdine: ꝛ efficacia vocum magnum habent momentum. Malo nāqꝫ a Grammaticulis incuſari: ꝗꝫ a Philoſophis qui rerum peritiam habent. Eadem quoqꝫ ſingulis locis: vt clarioꝛa eſſent expoſui: non contentus tranſlatione ſola. vſus ſum quoqꝫ antiqua conſuetudine: quam Auerroes circa textus obſeruabat: nam lꝫ ipſe barbarus Ariſtotelis ſenſus paſſim (vt puto) non acceperit: multa Alexandri / Themiſtij: ꝛ cęteroꝛū gręcoꝛum fragmenta colligens: quędam (ꝛ ſi non ad verba) ſatis ad aures Ariſtotelis adijcit. Sua itaqꝫ cōmēta (vbi mihi viſum eſt) declaraui: quędam inutilia omittens: quędam mutans non verba exponens: ſed ſenſus exhauriēs. Quom enim ipm̄ pꝛopꝛia in lingua non legerim: verba non ſeruaui. Inſuperqꝫ in vtriuſqꝫ expōne dubitatiōes quaſdaꝫ ſubieci: vt amboꝝ ſniē clarioꝛes eſſent. Sūmā tn̄ ſeruaui bꝛeuitatē laudē a peritioꝛibꝰ cupiens ꝗꝫ a pueris. Secutus ꝟo ſuꝫ Alexādri Aphꝛodiſij expōnē (vtplurimū) ꝛ fragmēta quędā cęteroꝝ gręcoꝛum. Accipe itaqꝫ mi Antoni: ꝛ (vt coꝛrigas) quęſo. Vale. Et me (vt ſoles) Ama.

Es de la Biblioteca
de la Real Uni-
versidad de Va-
lladolid.

UVA. BHSC. IyR_143_1

De ſubſtantia quidem theoria eſt.nā ſubſtantiaruȝ principia ꝛ cauſe querūtur.

In iſto Libro ſeruabim⁹ moreȝ nr̄m. Nā p̄mo v̄ba Ariſtotelis.que/admodū in greco iacent:declarabunt:ꝛ errata latinoꝝ(ſiqua erūt)reyciemus. Scd̄o cōmēta Auerrois ꝛ maxime ea que neceſſaria ꝛ vtilia ſunt exponemus:lȝ videat̄ ſuperfluum. Naȝ cū barbarus ſit:grecoꝝ mētēȝ ad plenū intelligere nō potuit.veꝝ ꝗa multa bona fragmēta ex veteribus collegit:ꝛ maxīe hic:ꝛ ēt quia noſtro t̄pe famoſus eſt:ita vt nullus videat̄ peripateticus:niſi Auerroicus:cogoꝛ ip̄m exponere.Adeſt p̄terea rogat⁹ nr̄oꝝ ſcholarium:cui nō parere:difficile videbit̄.excuſatuȝ tn̄ me volo:ꝗa cū ip̄m in ꝓprio idiomate non legerim:nec eius ſnīas ex ꝓprio fonte potauerim:ſatis erit ſi eius ſnīas colligere duxi.Excuſo ꝗ̄ me tertio in fine cōmēti ſiqua vera dixerit:an vera ſint:diſputabimus.Nec expectes a me diuiſiōes ꝛ ſb̄diuiſiones:hoc enim euenit ex debilitate diſcretiuę.vt dicit Auerro.Ad noſtrum ergo redeo. ¶ Ariſtoteles rōcinat̄ intentioneȝ libri ſic.Cuiuſcūq̃ principia ꝛ cauſe q̄runt̄:theoria eſt ſube.p̄ncipia ꝛ cauſe querunt̄.ꝗ̄ ex obliquis p̄miſſis:ſube theoria eſt.apponit p̄ ꝯnem:ꝛ ingt de ſuba qdeȝ theoria hoc eſt ſpeculatio:ꝛ intētio eſt.apponit minoreȝ.ꝛ ingt. nam ſubarū p̄ncipia ꝛ cauſe querunt̄.Quō differat cauſa ꝛ principiū:ſatis in 5° dixit Ariſ.variauit aūt numerum caſus Ar.nam p̄ de ſuba in ſingulari ꝓponit.2° in ꝓbatione ſubſtantiarū p̄ncipia ꝛc̄.dicit eſſe querenda in plurali:qd̄ ideo facit:vt notaret ꝙ intentio eſt de ſubſtātys pluribus vnitate tamen analogie:vt dicemus in cōmento.

Cōmētū p̄mum. ¶ Dixit Alexander.] Primo proponit Auerroes ſyll'm Alexandri quō circa lr̄am formauit ip̄m.2° ꝓſequitur expoſitiones ꝛ reliqua necīa.Syll's Alexā.eſt de ente ꝛ principys ꝛ cauſis entis eſt theoria preſens:ſuba eſt ens p̄ncipal'r ꝛ cā entis:ꝗ̄ ſube eſt theoria.¶ Debes ſcire ꝙ p̄ma ph̄ia hoc ē metaphyſica conſiderat duo:ens inquātum ens:ꝛ p̄ncipia entis in eo ꝙ ens.Ens quidē enī inquātū ens:cōſiderat p̄ncipal'r:ꝛ tanꝗ̄ ſubtū p̄mū.p̄ncipia v̄o eius ꝯſiderat ꝑ attributionem ꝛ ſcd̄ario.[Et dixit.]Circa illa verba in barbara tranſlatione[Conſideratio qdeȝ ꝛc̄.]Auerrois exponit dupliciter.Uno mō limitādo itētionē ad p̄ntem 12ᵐ.ita ꝙ ſit intentio nō totius metaphyſice:ſed p̄ntis duodecimi. Alio modo limitādo itētionē ad totā metaphyſicā:ita vt ſit itētio totius prime ph̄ie.ꝛ hoc veꝝ eſt ꝗa tota metaphyſica ē de ſuba ſaltem p̄ncipal'r:h̄ eſt taꝗ̄ partis p̄ncipalis ꝛ p̄me ſp̄ei entis.p̄mo mō ꝓcedit prima expō.2° mō ꝓcedit ſcd̄a expō.[Sed melius eſt.]Cōparat has expōnes ꝛ vult p̄ᵃᵐ eſſe meliorē.Et ꝓpterea dicit melius eſſe incipere cū intentionē eius.ſ.ſube ꝗ̄ cū intētione entis cui⁹ cām ſubticuit:q̄ſi ergo dicat ꝙ meli⁹ eſt limitare ꝯſiderationē ꝛ intentionē in conſiderando de ſuba ad tractatū iſtum:ꝗ̄ limitare intētione eius.ſ.ſube ad totā metaphyſicā.[Et ſm̄ hoc.]Dubitabis tu ſi intentio eſt de ſuba in h̄ libro ꝛ ſuba dī de gn̄abili ꝛ eterna.de qua nā ſubſtātia eſt p̄ſens itētio:R̄ndet ꝙ intentio eſt de vtraq̄ȝ hoc eſt de quodā cōi analogo ſube eterne ꝛ generabili.dico de quodā analogo:ꝗa p̄ncipal'r loqtur de ſuba eterna ꝛ de p̄ncipys eius ſcd̄ario ꝛ ꝑ attributioneȝ de ſuba ſenſibili gn̄abili.naȝ de ſuba gn̄abili dixit in 2° ꝛ 3° tractatu hoc eſt 7° ꝛ 8° libris.[Et etiā.]2° ambiges:de his dixit in nālibus vt phyſicis.ꝗ̄ ſuperfluit dicere hic.R̄ndet vt dixit 7° huius cōmētis 5° ꝛ 9° ꝙ vtraq̄ȝ ſcia.ſ.metaphyſica ꝛ nālis cōſiderāt de ſuba:aliter tn̄ ꝛ aliter.nā nālis cōſiderat de ſuba ꝛ principys ſube in eo ꝙ mobilis ꝛ traſmutabilis metaphyſica de ſuba ꝛ principys ſube in eo ꝙ ſuba cōmunis mobili ꝛ imobili.lȝ ergo cōueniant in rōne māli: non tn̄ in rōne formali/penes quā ſecant̄ artes ꝛ ſcie.de his latius dicemus cōmētis 5° ꝛ 8° huius.[Et ideo icepit.]Apponit corollariū.qd̄ ſic dirige:cū vtraq̄ ſuba hic pertractatur:ꝛ ſenſibilis eſt notioꝛ ꝛ p̄ᵃ quo ad nos:ideo de ea primo ꝛ ſcd̄o de reliq̄:ꝛ ꝓpterea facit mētionē de oībus declarat de ipſa alibi.[Et ideo.]Concludit diuiſioneȝ huius libri in duas p̄tes.nā in prima de gn̄ali.In ſcd̄a v̄o de eterna loqtur. ¶ Sed circa hec ambiges p̄ in quo differt ſuba inquātum ſuba ꝛ ſuba iquātū traſmutabilis. ¶ Scd̄o ambiges: nam Auerrois v̄r velle ens inquantū ens eē hic ſubȝ.qd̄ ēt 4° huius cōmēto p̄ ꝛ cōmēto 5° annotauit:alibi v̄o vt in p̄ phyſicoꝝ cōmēto vltimo.Et alibi genus ſubaꝝ abſtractarū duplex eē ſubm̄.ꝗ̄ v̄r ꝯdictio. ¶ Tertio ambiges vtrū ens finitum ſit ſubȝ in metaphyſica queadmodū omnes dicūt de mēte Auerrois. ¶ Ad p̄ᵐ debes ſcire ꝙ ſuba iquātū ſuba ꝛ ſuba inquantū eſt traſmutabilis differunt dupl'r:penes ſubiecta ꝛ penes obiecta.penes ſubiecta qdeȝ:q2 ſuba inquantum ſuba accipit̄ inquantū qōdaȝ cōe ſube abſtracte intranſmutabili ꝛ ſubſtātie māli tranſmutabili. Metaphyſicus enim conſiderat ſua conſiderata ꝓut conueniunt abſtractis ꝛ mālibus:ꝛ ꝓpterea dicit Ari.in huius libri 6°. Sigdē ergo nō eſt aliq̄ altera ſuba p̄ter nā cōſiſtētes:phyſica vtiq̄ erit p̄ma ſcia.qd̄ pro tāto dicit ꝗa cōſiderata phyſica ſunt cōmunia ſolis mālibus.Cōſiderata v̄o metaphyſica ſunt cōīa mālibus ꝛ imālibus.ꝛ propterea ſi nō eſſent ſuba imāles(vt dixerūt herculei)p̄dicata phyſica eēnt p̄ᵃ:ꝛ per cōſequens phyſica eſſet prima. ¶ Scd̄o differunt penes obiectū ſeu rōne obiectiuā:nā quō dico in eo ꝙ ſuba intelligo inquantū nec includit nec excludit principia motus ꝛ tranſmutationis.ꝛ ꝑ ꝯn̄s inquantū eſt qōdam abſtractus per non incluſionem a mā.Sed cū dico inquantū tranſmutabilis intelligo inquātum includit p̄ncipia tranſmutatiōis ꝛ motus in ſe vel in ſuis inferioribus.Ex his ſequit̄ ꝙ duo ſunt conſiderata a metaphyſico:quedam per excluſioneȝ a mā vt motoꝛes orbium:que eēntialiter excludunt māmꝗ̄dam per non incluſionē materie vt ſunt p̄dicata cōia materialibus ꝛ abſtractis.Cōſiderata v̄o phyſica ſunt vno mō tm̄:nā lȝ abſtrabant a conditionib⁹materie:ꝗa ſunt vniuerſalia:non tamen abſtrabunt a materia:ꝗa nec a natura que dicit̄ de mā ꝛ forma.Et ꝑ hec ſatiſfit ad 2ᵐ.nam apō Auerroem ſubiectū capit̄ q̄nq̄ȝ pro genere cōi ad oīa cōſiderata:quandoq̄ȝ pro p̄ncipaliſſima ſpecie generis.Capiendo ꝗ̄ ſubiectū pro genere:ens in eo ꝙ ens eſt ſubiectuȝ.Capiēdo pro principaliſſima ſpecie:genus ſubſtantiarū ꝛc̄.eſt ſubȝ. ¶ Ad 3ᵐ dixi ego quādoq̄ȝ ꝙ de mēte Auerrois ens ifinitum non datur:nec in q̄litate:nec in quātitate:nec ſimul:nec aliter.Et ꝓpterea nō differt ens real'r:vel ens nature:ꝛ ens. quare ſi ens eſt ſubiectuȝ ꝛ ens finitū eſt ſubiectum.ſunt.n. nomina multiuoca idem ſignificantia.quemadmoduȝ cultellus ꝛ gladius.Amplius non cōmunius eſt obiectum metaphyſice ꝗ̄ obiectum intellectus.modo obiectum intellectus coniuncti memorys ſenſibus ꝛ experientys eſt ens finitum:quare ꝛ ſubiectum metaphyſice.eſt ens finitū.Sed de hoc diſputare tempus ſit in rurſum.

2ª dubi°. Secūda. — De ſuba metaphyſice diſtō. — Ens nāe. Ens finitum idē.

Etenim vt totum quoddā ſit omne: ſubſtantia eſt prima pars.ꝛ ſi eo qd̄ eſt ꝯſequenter:adhuc ſit primū ſubſtantia.deinde quale aut quantum.

¶ Scd̄o rōcinat̄ eandem ꝯnē ſic.de p̄ma p̄te entis eſt p̄ma ꝛ principalis intētio vel hui⁹ vel totius metaphyſice: ſuba eſt prima pars.ergo de ſuba eſt p̄ncipalis intētio vel totius



UVA. BHSC. IyR_143_1

metaphyſice vel huius partis. Huius ſylli͂ ponit tm̄ proba-
Opio antiquoꝝ. tionez minoris ꝑ teſtimoniū antiquoꝝ. Ubi debes ſcire ꝙ
antiqui poſuerunt vniuerſum ens dupl'r: vel vt totum inte-
grale ſicut eſt nauis vel aial: vel vt totum ordine ⁊ attribu-
Parme. tione ad vnū vt exercit⁹: q vnus eſt ordine ad vnū p̄ncipē.
Meliſſus Parmenides qdem ⁊ Meliſſus vniuerſuz ens poſuerūt p̊
Deocrit⁹ modo. Democritus ꝟo ſcđo mō. Ambe ꝟo he ſecte ponūt
p̊mā oīum partiū ſubam. Jngt etenim ſi oē. i. ens ſit vt qđ-
dā totū. ſ. integralitate. Subſtantia eſt p̊ma ꝑs. etſi oē ſit vt
totum: eo qđ eſt ɔ̄ñter. i. attributione ⁊ ordine vt Democri-
ty dicūt: adhuc ſic. ſuba eſt p̊muz deide q̄le aut quātū: ⁊ re-
liqua predicamēta. vocat aūt ens oē/ more Platonis q totū
omne ponit deum. ⁊ deum vocat omne.
Com. 2m ¶ Intendit.] Pretermittit Auerroes litere continuationez:
qm̄ per ſe ɔ̄ſpicua eſt. Ampli⁹ ꝑtermittit lr̄e ſyll'm: qm̄ faci-
le ɔ̄ſtrui pōt. Sz tm̄ ꝟba text⁹ conat̄ exponere. ⁊ p̊ p̄mittit
duas Alexādri expōnes. 2° refellit ſcđam expōnē: poſtmo-
dum tranſit ad reliqua vt videbit̄. ¶ Circa primaz debes
Totū 2r. ſcire ꝙ totū eſt duplex apud Alexm ɔ̄tinuū vt lignū ⁊ aial: ⁊
totuz ordine vt ciuitas vel exercitus. vult mō Alexāder ꝙ
ens ſiue ſit totum cōtinuum: ſiue ſit totum ordie ſuba ſemꝑ
eſt p̊ma pars: ⁊ ſic habet̄ ꝓbatio minoris. ait Auerrois ꝙ
hec eſt expoſitio vera: ſi ſupple itelligit̄ vt dicet poſtmom.
[Dixit ⁊ pōt.] Apponit ſcđam expōnem ⁊ vult ꝙ ꝑ q̄ſi vni-
uerſum Ari. itelligat genus: ⁊ ꝑ h qđ dicit ꝑs p̊mi intelligat
ſpēm. q̄ſi ergo dicat ꝙ ſi ens eſt q̄ſi genus: ſpēs p̊a eſt ſuba.
⁊ ſic ɔ̄ſideratio principalior erit de ſuba. Et hec expō cadit
in p̊ ꝟbo tm̄. q2m ꝟbū vult eē intelligēdū iuxta p̊am expo-
ſitionē. [Deide debilitauit.] Cōtra hāc expōnē obyc̄ Alex.
nā verū gen⁹ nō hꝫ ſpēs p̊ores ſe adiuicem ſed oēs ſūt ſm
vnū ordinē ⁊ equales. ğ expō eſt icōgrua. [Dico ğ.] Ponit
expōnē ꝓpriā circa p̊mū ꝟbū text⁹. Subticuit aūt expōnē
circa 2m. qa poſtea redibit ad hec. Expō ğ Auerrois eſt illa
quā Alexāder debilitauit. Et vult ꝙ ens duob⁹ modis pōt
intelligi ſe hrē ad decē p̄dicamēta vel vt genus vt herculei
fingunt. vel vt pure analogū vt ꝑipatetici dicūt: ſiue ğ ens
ſit vt genus: ſiue vt analogū: ſemꝑ ſuba eſt p̊ma ꝑs: ⁊ ſic hr̄
Analogū duplex. minor. ¶ Debes aūt ſcire ꝙ duplex eſt analogū. qđdā cui
nulla reſpōdet nā: ⁊ tale eſt equiuocum vt ens. qđdam cui
reſpōdet aliqua nā vt genus vt 7° phyſice auſcultatiōis dr̄.
Tūc pōt exponi textus quātū ad vtrūqꝫ ꝟbū ſic. etenim ſi
oē id eſt ens ſit vt totū qđdā. i. vt gen⁹: ſuba eſt p̊ma ꝑs. ⁊ ſi
eo qđ eſt ɔ̄ñter. i. vt pure analoguz adhuc ſic ſuba eſt p̊mū:
deide quale aut quātū. p̊m ğ ꝟbū ⁊ 2m itelligūt de toto ana-
logo. ſꝫ p̊m ꝟbū verificat̄ de toto analogo gñe. 2m ꝟo de to-
Solo argumenti Alexādri to analogo puro. [Multa eni que ſunt.] Nūc rn̄det ad ar-
gumenta Alexādri ⁊ negat maiorē: qa (vt dicit) multa que
ſunt eiuſdē gñis ſunt priora adiuicē vt ſunt ſube p̊ores iter
ſe. q. d. ꝙ eſt ibi ordo perfectionis cuꝫ quo ſtat vnitas gene-
ris. naꝫ prioritas inuenitur in eodem genere vt ordo perfe-
ctionis: ⁊ in diuerſis generis vt ordo analogie queādmodū
ens dicitur de decē predicamentis. hec ğ eſt expō Auerro.
[Scđm hoc igitur.] Recolligit nunc dr̄iam inter Alex. ⁊ ſe
⁊ vult ꝙ Alexander per totū itelligat totū continuū ⁊ indi-
uiduū. ipſe ꝟo intelligit totū vl'e collectū ex ſpēbus in qb⁹
inuenit̄ ordo. Auerrois ğ expoſuit p̊mū ꝟbū ſed dedit itel-
ligere expōnez ſcđi ꝟbi. ſed de hac expōne latius dicemus
poſt. [Themiſtius aūt.] Hic narrat expōnem Themiſty.
vbi debes ſcire ꝙ Themiſtius exponit ſolum Alex. expō-
Expō Alexan. nem. Alexāder. n. itelligit ꝑ totū vnū ɔ̄tinuū: ⁊ ꝑ id qđ ē con-
ſequēter intelligit hic p̊us illud poſterius. Themiſti⁹ ergo
exponit ꝟba Alexā. ⁊ vult ꝙ totū ɔ̄tinuū eſt triplex: vl' vni-
tate: vt aial ⁊ planta: vel contiguitate vt nauis ⁊ domus: vl'
ordine vt exercitus vel ciuitas. Amplius ꝑ hoc p̊us ⁊ id po-
ſteri⁹ Alexāder itelligit ordinē eſſentialē q̄lis eſt in nūeris.

Tūc collige expōnē Ariſ. ꝙ ſi ens ſit vt totū h eſt vel vni-
tate: vel ɔ̄tiguitate: vel ordie: vel ſit vt ɔ̄ñter ens hoc eſt or-
dinatū eēntial'r: ſuba eſt p̊or vt cor aialis eſt p̊ma ꝑs totius
aialis. vel ſic cā p̊or cauſato. [Sꝫ ipſe.] Cōtra arguit Auer. Argumēta Auer.
dupl'r. Alex. eni dixit abſolute ſi ens eſt vnū ɔ̄tinuū vl' vnuꝫ
ordine eſſentiali. vt Themiſtius addit ad p̊mū moduz: vel
vnū ɔ̄tiguū vel vnū ſeꝑatione. mō hec additio eſt ſuꝑflua:
nā nullus opinatus eſt ꝙ multitudo entiū ſit vnū ɔ̄tiguita-
te vel ſeparatione: ⁊ per ɔ̄ñs hec additio eſt ſuꝑflua: cuꝫ ad
nullam ſit vtilitatē. [Sed ſua expoſitio] Arguit ſcđo cōtra
idem. nā ſi Alexāder itelligit per hoc prius ⁊ idē poſterius
ordinē eēntialē in numeris: cū talis ordo ſtet cū vnitate ge-
neris: tūc ens eēt vnū genus. Sꝫ hoc videt̄ ɔ̄ Alex. vult eni
in ſcđo verbo per hoc prius ⁊ hoc poſterius ordinē attribu-
tionis analogie. nam ens nō eſt genus ad ſubam ⁊ ad reliq̄
decē p̄dicamēta: ⁊ ſic expō Themiſty eſt ſuꝑflua: qa addit
nō neceſſaria: eſt falſa qa iponit Alexādro falſuꝫ: ⁊ id quod Qōnes ɔ̄ Alexādꝝ
ipſe nō dixit. [¶ Expō igit̄.] Mouet Auerroes hic qōnes Pria qō
cōtra Alex. q̄rū p̊ma eſt. nā Ariſ. declarauit in 7° ꝙ ſuba ſit
prima ⁊ qūo prima. ğ idē replicare hic videt̄ ſuꝑfluū. [Sꝫ
tm̄.] Rn̄det ꝙ Ariſ. nō replicat idē ex p̄ncipali ꝓpoſito: ſed
ex ſcđario ad denotandum ɔ̄ aduerſariū: ꝙ qūocūqꝫ ens ſit
ſemꝑ ſuba eſt p̊ma ⁊ p̄ncipalis ꝑs entis: ⁊ ꝑ ɔ̄ñs theoria eſt
principal'r de ſuba. [¶ Et cuꝫ differimus.] Mouet ſcđam Scđa.
qōnem. nā Alex. exponit ꝑ totū: totū ɔ̄tinuuꝫ. mō vr̄ falſum
nā non vr̄ ꝙ diſpō ⁊ modus ſe hn̄di ſube ad alia nouē p̄di-
camenta ſit talis. ens enim nō vr̄ vnū ɔ̄tinuū: qa ɔ̄tinuū eſt
cui⁹ mot⁹ eſt vnus nō ſic. 10. p̄nta. [Niſi intelligat.] Rn̄det
ꝙ Alexā. intelligit ꝑ vnū ɔ̄tinuū: ɔ̄tinuū vnitate ⁊ continui-
tate nāe. Jta ꝙ intelligit ens eē vnū cōe genus ad plura ſpē
diſtincta: ɔ̄tēta tm̄ in vno cōtinuo adunato: in quib⁹ pōt eſſe
ordo vt pꝫ in mēbris hoīs in qb⁹ eſt vnū cauſe genus vtpo-
te corpus qđ ɔ̄tinet̄ in vno cōtinuo vtpote aiali. Alexā. igit̄
intelligit per vnum cōtinuū vnū ɔ̄tinuitate nature. [Et ſm
hoc.] Ex hoc ifert corollariū. vꝫ. ꝙ per talez expōnē ſequit̄ Corom.
ꝙ nulla dr̄ia eſt inter ordinē hunc nunc dictū ⁊ ordinem in
numeris ⁊ figuris: qa vterqꝫ ſtat cuꝫ vnitate generis: niſi in
hoc tm̄ ꝙ ordo in illis nunc dictis eſt in continuis: ordo ꝟo
in his eſt in diſcretis. Sic igitur pꝫ corollariuꝫ. [Et cum ita
ſit.] Nunc verificat totā expōnē ⁊ quaſi dicat ꝙ ſequit̄ ex Uerificatio expōis
dictis ꝙ ſuba nō poteſt intelligi p̄cedere alia nouem predi-
camenta vera p̄ceſſione: niſi accidental'r vel eſſential'r. Ac-
cidentaliter qdē qūo res eiuſdē generis precedunt ſe adin-
uicez prioritate perfectionis ⁊ accn̄tal'r. Eſſential'r ꝟo qūo
cā precedit effectū: prioritate cāe. ⁊ hoc mō res eiuſdē ana-
logi precedunt ſe ꝑ attributionē ad vnū p̊mū. deinde appli-
cat ſniaꝫ verbis ⁊ ſermo pꝫ. [¶ Et accepit Ar.] Soluit ter- Tertia qō
tiam qōnem in verbis. Poſſet enim aliquis dicere. Si per
te Ariſto. itelligit ꝑ vniuerſum genus: q̄re loco vniuerſi nō
dixit genus ⁊ erat ſermo facilior ⁊ abſqꝫ ſcrupulo? Rn̄det
ꝙ Ariſt. fecit hoc arte ⁊ induſtria ad tollēdū dubitationem
Alexā. per quā debilitauit ſcđam expōnez. Nam genus eſt
duplex: vnum ɔ̄tinēs ſpēs eq̄liter ⁊ vniuoce: alterū ɔ̄tinens
ſpēs ordine quodā. vniuerſum aūt ſemꝑ cōtinet ꝑtes ordie
quodam. ergo ad tollendum hanc amphibologiā: pretermi-
ſit genus ⁊ loco eius accepit vniuerſum ⁊ ſic eſt expoſitio Errores Themiſtij
vera. [Themiſtius ꝟo.] Redit ad Themiſtiū ⁊ ipſuꝫ rep̄-
hendit in tribus. p̊mo qa ipſe poſuit intentionem p̊me ꝑtis
textus in ſcđa. nā itentio p̊me ꝑtis eſt ꝙ ſi ens eſt gen⁹: ſub-
ſtātia eſt p̊ma ſpēs. Themiſtius ꝟo exponēdo ſcđam ꝑtez
textus ait: ꝙ ſi ens eſſet ſicut numerus/ ſuba eſſet p̊ma ſpēs:
mō tātū eſt dicere ſi ens eſt vt gen⁹ quantū eſt dicere ſi ens
eſt vt numerus: qa etiā numerus eſt genus: ⁊ ꝓpterea bene
inquit Auerroes ꝙ Themiſtius tranſmutauit expoſitiōes
qa poſuit ſenſum p̊me ꝑticule in ſcđa. 2° erat qa Themiſti⁹
addit

UVA. BHSC. IyR_143_1

addit ꝙ ſi ens eſſet cõtinuũ: vel vnũ: vel ꝯtiguuꝫ: vel ordie. Suba eẽt ꝑma ps. mõ ſuba nõ hꝫ talẽ cõparationẽ ad alia ꝑdicamẽta: ſicut ptes vnius ꝯtigui vel vni⁹ ẜm ordinẽ. ⁊ ꝓpterea recte inqt Auerroes ꝙ Themiſtius expoſuit ꝑmaꝫ partẽ in modũ quẽ nõ hꝫ ſuba cũ alys accñtib⁹. 3° errat qa Themiſtius pretermiſit verã cõparationẽ in 2ª pte textus que eſt cõparatio analogie. ⁊ ꝓpterea dicit recte Auerroes ꝙ Themiſtius pretermiſit verã comparationẽ que eſt analogie: quã ſuba hꝫ cuꝫ alys ꝑdicamentis. Concludit igit̃ ꝙ expõ Alexãdri eſt vera ſubaudi intelligẽdo ipſaꝫ mõ ꝑexpoſito. lꝫ incomplete ponat eã Alexãder. [Themiſty aũt.] Ponit cauſaꝫ erroris Themiſty ⁊ vult ꝙ cã eſt diminutio que accidit in expõne Alexãdri. nã Alexãder ꝑ vniuerſum intelligebat ꝯtinuũ. ⁊ non expoſuit q̃le ꝯtinuũ ⁊ q̃uo. In 2ª etiã pte expoſuit ꝑ aliqd ꝯſeqt̃ ad aliqd hoc ꝑᵐ ⁊ h 2ᵐ. ⁊ nõ expoſuit vtrum in eodem gñe vel in diuerſis gñibus: ⁊ hec erat diminutio in expõne Alexãdri. Themiſtius aũt ex debilitate ſui ĩtellectus neſciuit ſupplere ꝟbis Alexandri ⁊ ꝓ

Dubõnes circa expõnes. pterea errauit. ¶ Sed circa pñtes expõnes tria occurrũt. Primũ/ vtrũ rõnes Auerrois concludũt ꝯ Themiſtiuꝫ. 2ᵐ eſt/ vtrum ſub vno gñe poſſit eſſe ordo. 3ᵐ/ vtrũ mẽbra ſint

Prima. eiuſdẽ gñis ⁊ diuerſa ſpẽ. ¶ Circa ꝑmã difficultatem vĩ ꝙ rõnes Auerrois non concludant. ꝑª qdẽ rõ. naꝫ ꝯditionalis põt eſſe neccĩa ⁊ añs eſſe ipoľe ⁊ ꝯñs ẽt. modo lꝫ nullus ponat ꝑdicamenta eẽ vnum ꝯtiguũ vel ordine: tñ hec cõditionalis valet ſi oĩa ꝑdicamẽta eſſent vnuꝫ ꝯtinuũ vel ꝯtiguũ vel ordine ſuba eſſet ꝑmũ lꝫ añs ſit ipoľe. Scða ẽt rõ nihil valet. non eni vult Themiſtius: ꝙ ens ſit genus. Sꝫ ſit tñ̃ aliqd ꝯtinens plura ordie quodaꝫ. ꝟ.g. vt numerus: h enim accipit̃ vt exempluꝫ ⁊ nõ vt ita ſit. põt dici ꝙ Auerroes nõ arguit ꝯ Themiſtiũ demr̃atiue. ſed ꝓbabiľr. nam nãlis non vtitur ꝓpõnibus logicis niſi raro ſed veris. ¶ Amplius/ qñ poſſumus eque bñ concludere ꝓpoſitũ cũ ꝯditionali vera vel minus impoľi melius eſt q̃ ꝯcludere ꝓpoſitũ cũ ꝯditionali facta ex ptib⁹ ipoľibus: ⁊ ſic expõ Auerrois eſt melior.

Secũda. Ordo 2ᶠ. ¶ Circa 2ᵐ vĩ eſſe dõm abſqꝫ argumentis ꝙ ordo eſt duplex: accidentalis. ſ. ꝑfectionis ⁊ eẽntialis. ſ. cãe ad cauſatuꝫ. Tũc dõm ꝙ ordo accñtalis põt ſtare cum vnitate generis vt. 10. huius cõmento 7° dicit Auerroes. ait enim ꝙ in vno quoqꝫ gñe eſt dare vnũ ꝑfectũ penes cuius acceſſuꝫ ⁊ receſſum menſurant̃ oĩa que ſunt illius gñis. Si ꝟo accipiat̃ ordo 2° modo ordo nõ põt ſaluari ſub vno genere: ſꝫ nec ſub vno vniuoco ⁊ talis eſt ordo ſube ad cetera ꝑdicamẽta cauſam huius declarauit Au. ꝑᵒ auſcultationis phyſice cõmento

Tertia de formarũ ꝑltate. 56. Et in deſtructionibus ⁊ tu quere ibidem. ¶ Circa 3ᵐ vĩ ꝙ nõ. naꝫ ſi differũt ſpecie. g̃ hñt formas ſpecificas ꝓprias. Ad hec videt̃ breuiter quibuſdaꝫ ꝙ mẽbra nõ hñt formas proprias ſpecificas qb⁹ differãt ſpẽ ⁊ genere cõueniãt: nam non vident̃ dari tales forme partiales in doctrina Auerro. vt 7° metaphyſice cõmentis. 35. ⁊. 39. accipitur: vbi dicit̃ ꝙ digitus ſeparatus eſt equoce digitus. qð nõ eſſet veruꝫ: niſi corrumperet̃ quãtum ad ſuaꝫ formã: ⁊ ꝑ ꝯñs forma ei⁹ eſt forma totius. Idẽ vĩ ꝓbare Joãnes in qbuſdaꝫ ſuis q̃onibus. Supponit enim duo. ꝑᵐ eſt ꝙ cor eſt ꝑᵒ genitum qð poſtea generat oĩa alia mẽbra vt in libro de morte ⁊ vita accipitur. 2ᵐ eſt ꝙ ſimile gñat ſiľe ⁊ fit a ſimili vt 7° metaphyſice cõmẽtis. 22. 23. ⁊. 27. ⁊ infra cõmẽto. 18. Tunc arguitur ſic. Cor gñat alia mẽbra/ ex ꝑᵒ conceſſo. ⁊ hec gñatio eſt ſiľis ex ſiľi/ ex 2° conceſſo: ergo vna ſpẽs eſt vtriuſqꝫ. ⁊ ꝑ ꝯñs vna forma oium mẽbroꝝ. Volũt g̃ ꝙ ꝑ eãdẽ formã cor eſt cor ⁊ caro eſt caro: ⁊ os eſt os: ⁊ alia. Aly dicunt oppᵐ per ꝟba Auerrois hic qui clare dicit ꝙ differũt ſpẽ. Cõueniũt ꝟo genere: ⁊ idem Auer. 6. phyſicoꝝ. cõmẽto. 59. Sꝫ qa hic locus eſt incidentalis: hic ꝓpterea non determino nunc: teneatur ergo vtraqꝫ pars. ¶ Ad ꝑmã ꝑme ptis Auerroes cõmẽto 39. Ibidem gloſſat dicẽs ꝙ iõ dĩ digitus equoce qa ꝑuatur operatione digiti: ⁊ ſic equocatio eſt penes actum 2ᵐ: ⁊ non ꝑmũ. ¶ Ad 2ᵐ dõm ꝙ in illo libello nõ habet̃ ꝙ cor generet alia membra effectiue: ſed diſpoſitiue: h eſt ꝙ cũ ipꝫ ſit genituꝫ virtus genitiua mediãte ipſo gñat alia. ⁊ hec auctoritas hꝫ alias gloſſas de qbus alibi. Ad aliã alterius ptis/ tu vides ꝙ Auerroes loquit̃ exẽplariter. poteſt ẽt dici ꝙ hec membra differant accidẽtaľr ſpẽ ⁊ ſic ĩtelligit̃ ſcða auctoritas. vt ipſemet Auerroes ibidẽ vĩ gloſſare. Siqs tñ legerit omnia ꝟba Ariſtotelis ⁊ Auerrois põt videre apte ꝙ magis inclinantur ad vnitatem forme oium mẽbroꝝ: ſicut in libro ꝑᵒ de aĩa cõmẽtis. 58. 89. 90. 91. ⁊. 92. videre potes: ſed h ſpeculatio longum requirit tempus de quo aľs.

SImul autẽ nec entia vt eſt ſimpliciter dicere alia ſed qualitates ⁊ mot⁹: aut ⁊ non album ⁊ non rectum: dicimus ergo eſſe ⁊ hec: puta eſt non album. Amplius nihil aliorum ſeparabile: teſtant̃ aũt ⁊ antiqui opere: naꝫ ſubſtantie querebãt principia ⁊ elementa ⁊ cauſas.

¶ Erat ſylľs de ꝑma ⁊ ꝑncipali ſpecie entis eſt ꝑma ⁊ ꝑncipalis intẽtio ſed ſuba eſt ꝑma ⁊ ꝑncipalis ps entis. ergo de ſuba principalis eſt intẽtio. ꝓbauit minorẽ duab⁹ rõnibus. nunc ⁊ eãdem 3° ꝓbat ſic ſimpliciter ens eſt ꝑmũ ⁊ ꝑncipali⁹ ente ẜm qd. Sꝫ ſuba eſt ſimpľr ens ⁊ accidẽs eſt ens ẜm quid. g̃ ſuba eſt ꝑncipale ens. Huius tangit vim minoris. et inquit. Simul aũt alia. ſ. ꝑdicamẽta a ſuba nec ſunt entia vt eſt ſimpľr dicere: ſed q̃litates ⁊ motus. i. ſed determinationes ⁊ predicata entis. ſꝫ dicet qs de quo ꝑdicat̃ ens quocũqꝫ modo eſt ens. ſꝫ de alys ꝑdicamẽtis ꝑdicat̃ ens aliquo mõ: g̃ ſunt ens. q̃ſi reſpondet ꝙ maior eſt falſa: qa ſi ſit vera: tũc ꝑuationes eſſent ens. nã de priuationibus aliquo mõ predicat̃ ens. inqt. aut ⁊ nõ albũ ⁊ nõ rectuꝫ. dicimus g̃ eſſe ⁊ hec ⁊ omne: vt puta/ eſt nõ albũ. ⁊ ſic priuationes eẽnt ens qð eſt abſurdum. debes ꝑᵒ ſcire ꝙ modi entis ſunt duobus modis: quidaꝫ per modũ permanẽtis vt quãtitates ꝯtinue: qualitates de 2ª ꝑª ⁊ 4ª ſpẽ: ⁊ qdã ꝑ modũ fieri ⁊ fluxus: ⁊ propterea dixit qualitates notãdo ſtabiles: ⁊ motus notãdo fluxibilia. 2° debes ſcire ꝙ tam de noĩbus q̃ de habitibus dicitur ens rõne ſubiecti. Sed differunt qm̃ ſubiectuꝫ habitus hꝫ eẽ quid. Subiectũ ꝟo ꝑuationis hꝫ eẽ deficiẽs qd. Quidam noui ꝓbant trib⁹ rõnib⁹ ꝙ entia poſitiua nõ ſint ens

Ens de qbus dĩ. Expõ recentioꝝ.

per ſe ⁊ formaľr. ꝑᵒ qa cauſant̃ a ſuba. 2° qa non pñt exiſtere abſqꝫ ſuba. 3° qa dicunt attributionẽ ad ſubam. Debes ſcire ꝙ per ſe põt determinare totaꝫ cõpõnẽ vt ſit ſenſus. hec enim eſt per ſe qualitas eſt ens. ⁊ põt determinare ꝑdicatũ cõpõnis vt ſit ſenſus q̃litas non eſt ens qð eſt ꝑ ſe ⁊ formale. ꝑᵒ modo ſolet ꝯcedi accidẽtia eſſe ens ꝑ ſe. 2° mõ ſolet negari. Ego auteꝫ nolo diſputare hec: qa ad 7ᵐ huius ptinent. Sed argumẽta huius boni hoĩs nulla ſunt. primuꝫ nõ: qm̃ apud ipſos 2ª intelligentia cauſat̃ a ꝑma. ⁊ tñ eſt ꝑ ſe ⁊ ſimpliciter ens: lꝫ nõ ita ꝑncipale ſicut deus vñ cauſalitas non tollit eẽ formale ⁊ ꝑ ſe. Scða minime/ qm̃ forma nõ poteſt exiſtere ꝑ nãꝫ abſqꝫ mã: ⁊ tñ forma ẽ ꝑncipali⁹ ens q̃ mã. vt 7° huius dĩ. nec 3ª. Qm̃ oẽs ſube ꝑdicamẽti ſube dicunt̃ per attributionem. Ad ꝑmũ apud Auerroem ⁊ tñ ſunt ens per ſe: qa ſube. hec g̃ ſunt puerilia. Amplius 4° ꝓbat idem. Separabile ab alys ⁊ alia nõ ſeparabilia ab eo eſt ꝑncipalius: ſuba eſt ſeparabilis ⁊ nõ accñtia a ſuba. g̃ ꝑncipalis inquit. Amplius nihil alioꝝ. ſ. nouem ꝑdicamentoꝝ ſepabile ſubaudi ⁊ ſubſtãtia ſic: ⁊ hec fuit minor. Sꝫ ambiges qd intelligit Ari. per ſubaꝫ eẽ ſepabilem ⁊ accidẽs non. Rñdere vident̃ qdam ꝙ accidẽs eſt inſepabile: qa ꝓpriuꝫ eſt ſibi in



UVA. BHSC. IyR_143_1

eſſe.Subſtantia ꝟo abſoluit̃ ab ineſſe.Uolũt ḡ ꝙ ſuba in
telligit̃ res ſeparabilis:qa abſoluit̃ a mõ accidẽtis.ſed ſal
ua pace iſtud videt̃ puerile.Qm̃ per idem accñs erit ſepa
bile:qm̃ ſepat̃ a mõ ſube.ꝓpea alij fingũt ꝙ iõ ſuba eſt ſe
parabilis:qa eſt indepẽdẽs.accidẽtia aũt ſimplr̃ depẽdẽt.
Sed nec hec placet.qm̃ forma ſubalis ſuba eſt:⁊ tñ depen
det a mã ẜm Auerroem in libro de ſuba orbis ⁊ alibi.põt
ḡ dici ꝙ aliqua ꝓpõ eſt vera ꝑ ſe que eſt falſa per accñs.vt
oẽ aial põt videre nõ ꝗdẽ de oi ſed iquãtũ aial.Sic hec eſt
per ſe ſuba eſt ſeꝑabilis ab accñte.Qm̃ inquãtũ ſuba eſt ſe
parabilis qm̃ itelligo ꝑut ipſa põt hr̃e eſſe cõpletũ ⁊ per ſe
ſubſiſtens abſqꝫ dependentia ad accñs.Accñs ꝟo nõ.⁊ hec
vera eſt per ſe.qa aliq̃ ſuba eſt cui nec accidẽs ineſt nec ipa
accidẽti ineſt:⁊ hec vı̃ gloſſa Auerrois infra vt dicemus:ſed
de hoc al̃s.[Teſtant̃ aũt.]Probat idem teſtimonio vete
rum.⁊ inqt.Teſtant̃ aũt ⁊ antiq ope.i.facto.nã ſube quere
bãt p̃na/⁊ el̃nta/⁊ cauſas:credẽtes ſubaudi q̃rere cãs:el̃nta:
⁊ p̃na entis:⁊ ſic vı̃ apud eos ſuba eſſe p̃mũ ⁊ p̃ncipale ens.

Cõ.3m. ¶ Hec eſt alia cã.]Oſtendit Auerroes hac forma minorem
predictam.Simplr̃ ens eſt principale in intẽtiõe:ſed ſuba
eſt ſimplr̃ ens ⁊ accñs eſt diſpõ entis.ḡ ſuba eſt p̃ncipalis.

Abſolutũ 3x. ¶ Debes ſcire ꝙ triplex eſt abſolutum.ſ.a termino/a fun
damento/⁊ a cã.⁊ ꝑ oppoſitũ triplex eſt relatiuuꝫ/ad termi
num/ad fundamẽtũ ſeu ſubiectũ;⁊ ad cãm.relatio eſt relati
ua his tribus modis.deus eſt abſolutus his tribus modis.
Sola ergo ſuba eſt abſoluta.[Et qa aliquis.]Mouet ⁊ ſol
uit qõneꝫ in textu ⁊ ſermo ꝑſpicuus qa nos ſequimur hanc
expoſitionẽ.[Et cũ dixit,]Auerroes aliter exponit textum:
ipſe eni vı̃ velle ꝙ Ariſ.ibi[Amplius nihil alioꝝ.]det cãm
rõnis poſite.ſed hec expõ eſt extranea.textus enim grecus
facit rõnem per ſe.reliquuꝫ cõmenti perſpicuum.

Qui igit̃ quidẽ nunc:vniuerſalia ſub
ſtantias magis ponũt.nã genera vni
uerſalia:que dicunt principia ⁊ ſub
ſtãtias eſſe.magis ꝑꝑ logice inquire
re.Qui ꝟo antiquitus:particularia.vt igneꝫ ⁊
terram:ſed non cõmune corpus.

¶ Quia accipit teſtimoniuꝫ ab antiqs ꝙ ſuba ſit p̃ma ⁊ p̃n
cipalis pars entis:cogit̃ ponere põnes antiquoꝝ ⁊ dr̃iã eo
rum.vult ḡ ꝙ tã moderni q̃ꝫ antiq ꝯueniãt in ponẽdo rerũ
cauſas eſſe ſubas:ſed differunt duplr̃.p̃ qa moderni ponũt
vl̃ia magis eſſe ſubas:q̃ꝫ particularia.Econuerſo antiq po
nũt particularia magis eẽ ſubas vl̃ibus.2o differũt qm̃ mo
derni negãt ꝑticularia eſſe cauſas.⁊ ponũt vl̃ia cãs eẽ ⁊ p̃n
cipia reꝝ.antiq ꝟo totũ oppoſitũ.haꝝ differentiaꝝ tangit
primaꝫ tm̃.Inquit/qui quidẽ igit̃ nunc:ħ eſt Platonici po
nũt vl̃ia eẽ magis ſubas ſubaudi q̃ꝫ particularia:cuiꝰ cauſaꝫ
ſubſcribit ⁊ inqt:nã genera vl̃ia ſubaudi ſunt:que dicũt p̃na
⁊ ſubas eſſe.quaſi arguat ꝑicipia ſũt magis talia p̃ncipiatꝫ
vl̃ia ſunt p̃na.ḡ ⁊c̃.hec auteꝫ nõ dicũt demr̃atiue:ſed magis
ꝑꝑ logice ingrere/hoc eſt ꝓbabilibꝰ ſyllogiſmis.Tunc ſub
ſcribit antiquoꝝ poſitioneꝫ.⁊ inqt.qui ꝟo antiqtus:ꝑticula
ria ſubaudi ponunt p̃na ⁊ cãs reꝝ.vt ignẽ ⁊ terrã;ſꝫ nõ cõe
corpus ⁊ vl̃e:vt ponunt primi.Ecce ergo q̃uo conueniunt
quantũ ad hoc ꝙ cauſe reꝝ ſunt ſubſtantie:lꝫ differant.

Cõ.4m ¶ Cum narrauit.]Preponit continuationẽ ⁊ breuiter enar
rat Platonis poſitionem:que qa exponẽdo textuꝫ pꝫ relin
quimus.[Ul̃ia enim.]Cogitur Auer.declarare dr̃iam inter
Platonẽ ⁊ Ariſt.⁊ p̃ preaccipit opinionẽ Ari.breuiter.⁊ in
quit.vl̃ia eniꝫ apud Ari.ſunt collecta ex particularibꝰ in in
tellectu qui accipit inter ea conſimilitudineꝫ ⁊ facit ea vnã
intentionem.debes ſcire ꝙ vlr̃ acceptum pro intentione hꝫ
tres cauſas.prima eſt materialis ſeu receptiua.2a eſt agens.
3a eſt diſpoſitiua.Cũ dicit ab itellectu q accipit inter ea con
ſimilitudinem:intelligit mãm ſeu ſubtũ.vꝫ.intellectuꝫ mã
lem:q eſt mã ſeu ſubiectum intellectoꝝ:cuꝫ dicit/ex ꝑticu
laribus/tangit cãm diſpoſitiuaꝫ.cuꝫ dicit/⁊ facit ea vnã in
tentionem/tangit agentẽ qui eſt itellectus agẽs:qui eſt vnus
cum poſſibili in re lꝫ differant mõ ⁊ rõne.[Plato ꝟo pone
bat.]Nunc narrat põnẽ Platonis q duo poſuit.p̃m ꝙ vl̃ia
ſunt.2m ꝙ ſunt perfectiora ſingularibus.p̃mũ ꝗdem verifi
cat pro tanto qa ſcie ⁊ definitiones ſunt de ſingularibus:qd̃
eſſe non poſſet niſi vl̃ia ſint.2m ꝟo ex hoc qa ſunt principia
⁊ cauſe particularium.[Et intendit.]Exponit quid intẽdit
Ariſt.ꝑ logice ingrere.⁊ debes ſcire ꝙ falſaꝝ ꝓpõnuꝫ que
dam ſunt cõuenientes.i.ꝓbabiles:quedam nõ ꝯueniẽtes.i.
improbabiles ⁊ remote.quaſi dicat ꝙ Plato ꝓbat intẽtuꝫ
ꝙ ꝓpõnes falſas ⁊ improbabiles.Qm̃ hec dixit in diſpu
tãdo.vbi accidit ꝓpter multas cauſas dicere extranea ⁊ na
tura remota.Multa quidem enim dicet homo diſputãdo
que non dicet legendo.Reliquum cõmenti perſpicuuꝫ:hic
eſſet de vniuerſalibus pertractandum:ſed quoniaꝫ millies
alibi diximus:nunc ſit dictum intãtum.

Subſtantie ꝟo tres ſunt:vna quidem
ſenſibilis.cuius alia quideꝫ ſempiter
na:alia corruptibilis:quam oẽs cõfi
tentur:vt plante ⁊ animalia.Sempi
terna aũt cuius elementa neceſſe eſt accipere ſi
ue vnuꝫ ſiue multa.Alia ꝟo imobilis:hanc di
cunt quidaꝫ eſſe ſeparabilẽ:hi quidẽ in duo di
uidentes:alij in vna natura ſpẽs ponẽtes ⁊ ma
thematica:alij horum mathematica ſolum.

¶ Omnes ꝯueniũt ꝙ Ariſt.ꝓſequat̃ ꝓpoſitum.⁊ ꝙ ponat
prime ſube diuiſionẽ.deinde mẽbroꝝ expõneꝫ inquit.ſube
ꝟo ſpẽs tres ſunt.⁊ ꝟbuꝫ illud ſube eſt caſus genitiui ⁊ gre
ce ſic ſcribitur vſias:vbi cõſtat ibi eſſe caſus genitiui.expo
nit eas dicẽs:vna ꝗdem ſenſibilis:cuiꝰ duo ſubſcribit mem
bra ⁊.d.cuius alia quidẽ eſt ſempiterna(vt celuꝫ)⁊ alia cor
ruptibilis:quã oẽs confitent̃ vt plante ⁊ aialia.ſempiterna
auteꝫ ſubaudi eſt cuius elementa.i.principia neceſſe eſt ac
cipere ſiue elementũ ſit vnuꝫ ſiue ſint plura.he ḡ due ſunt.
deinde ſubſcribit 3am ⁊ inquit.Alia ꝟo imobilis.i.inſenſibi
lis.hanc quidẽ(vt Platonici dicũt)eſſe ſeparabilẽ a ſenſi
bilibus.Sed circa hãc diuerſi ſunt Platonici.nã hi ꝗdẽ in
duo ſunt diuidentes talem ſubaꝫ imobilẽ:vtpote in ideas.
et mathematica.alij ſunt ponentes ſpecies ⁊ mathematica
in vna natura.⁊ per ꝯſequẽs nõ diuidunt.Alij horũ Philo
ſophoꝝ ſolũ ponunt mathematica ſeparata ⁊ negãt ideas
vt pitagorici.¶ Dubitatur circa lr̃am p̃mo:cũ ſuba ſit vnũ Dubões Prima.
genus:qui a diuiſione incepit ⁊ non a definitione.2o vı̃ ꝙ Secũda
ſube ſint tm̃ due.ſ.ſenſibilis ⁊ inſenſibilis:⁊ ſi dicas ꝙ ipſe
computat etiaꝫ mẽbra ſubdiuiſa:hoc nihil eſt.Qm̃ ſuba in
ſenſibilis etiaꝫ diuidi põt.⁊ ſic erunt plura q̃ꝫ tres.3o dubita Tertia.
bis qa videt̃ ꝙ ſubſtantie ſempiterne non dent̃ elementa.
quare male dixit cuius elementa ⁊c̃.Nam elementa cauſe
ſunt mãles.Multa alia occurrunt que in cõmento dicent̃.
¶ Ad p̃mũ ḡ dicat̃ ꝙ Ari.ſumit hic ſubam nõ p̃dicamen Solo.
taliter:ſed analogice vt ꝑ ſua ꝟba ꝯſtat:⁊ qa eſt qõdã mul
tiplex:ꝓpterea icepit a diuiſione.¶ Ad 2m dõm ꝙ ſi enu
merent̃ genera nõ ſũt niſi duo tm̃.Si enumerent̃ ſpẽs:ve
re ſpecies ⁊ reales ſunt tres.ſ.ſempiterna ſenſibilis:⁊ corru
ptibilis ſenſibilis:⁊ imobilis.Sed ſi enumerent̃ ſpẽs vere
⁊ extimate:ſunt plures vt cõſtat.Ariſt.aũt enumerauit ve
ras ſpẽs tm̃.¶ Ad 3m dicẽdũ ꝙ elemẽta ſumit ꝑ p̃ncipijs:
vt expoſitor dicit.vel dicẽdũ ⁊ melius ꝙ ꝑtes apud Ariſt.

elementa

UVA. BHSC. IyR_143_1

elemēta dicunt̄ totius vt 2° phyſice auſcultationis dr̄. ⁊ qꝛ
ſubſtantia celeſtis ⁊ itelligētia ꝑtes ſunt orbis vt dicemus:
ſumit elemēta pro his ꝑtibus de qbus dicturus eſt.
Cō.5m. ¶ Dicit ꝙ ſbſtātie.] Auerrois ꝑ ponit ſenſuʒ textꝰ claꝝ ⁊ bre
ue. 2ª ibi [Et dixit cuiꝰ.] Digredit̄ ꝑª ꝑs pʒ. ¶ Circa ſcḋam
ꝑtem debes ſcire ꝙ textus barbarus eſt mācus: ⁊ ſic iacet.
[Ut plante ⁊ aialia cuius elnta nec̄e eſt accipe.] Dubitat ğ
qs illud relatiuū cuiꝰ qd refert an. ſ. ſubſtātiā gn̄abilem: an
eternā: an vtrāqꝫ: hec dubitatio nō cadit in textu greco: qꝛ
ſic iacet. [Ut plante ⁊ aialia ſempiterna aūt cuius elnta ne
ceſſe eſt accipe.] Ecce quō ſuū an̄s hētur in textu. ⁊ ꝓpterea
multe qōnes Auerrois ſunt ꝯfuſiones potius: ⁊ ꝓcedunt ex
malo textu: ſʒ (vt dixi) qꝛ famoſus eſt opʒ ipm̄ ſeq. [Alexā
der dixit.] Rn̄det ⁊ ponit rn̄ſionez Alexandri: qui vult ꝙ
Ari. ꝑ id relatiuū cuiꝰ referat vtrāqꝫ ſubam. ſ. gn̄abilē ⁊ eter
naʒ: qm̄ vtriuſqꝫ ꝑnª hic iueſtigat: vt loco ſuo dicet̄. [Et Ale
xander dixit.] Remouet dubium: nam qs poſſet dicere ꝙ
metaphyſicus nō loqtur de ꝑncipijs ſubſtātie eterne: neqꝫ
gn̄abilis: ſed nālis. qꝛ nālis loquit̄ de ꝑncipijs eterne in. 8.
phyſicoꝝ. de reliqs loqtur in reliqs libris: vt de mā ⁊ foīa
in ꝑ ⁊ 2°. ¶ Ad hāc rn̄det Alexāder negādo an̄s. nam de
mr̄are ꝑnª entium an ſint: eſt metaphyſici. ⁊ ſic negat an̄s.
¶ Ad rōnem dōm, ꝙ nālis vtit̄ his tanqꝫ ꝯceſſis ⁊ vt pō
nibus declarat̄ in metaphyſica. ecōuerſo ḋ ꝑncipijs corpo
rum nālium: qꝛ nālis declarat illa an ſint. ⁊ metaphyſicus
vtit̄ illis vt ꝯceſſis: ⁊ ſic duo ꝯcedit Alexāder. Primuʒ eſt,
ſubſtātias abſtractas eē ꝓbat metaphyſicus ⁊ his tanqꝫ cō
ceſſis vtit̄ nālis. 2m eſt, mām ⁊ formā eſſe ꝓbat nālis: ⁊ his
tanqꝫ conceſſis vtit̄ metaphyſicus. ꝑmo ğ ſoluit ⁊ inquit. ⁊
Alexander dicit. demr̄are enim ꝑnª entium que ſint eſt ꝑmi
pħi. ⁊ ſic negat an̄s. deinde ſubſcribit ſolōnem ad argumē
tum ⁊ inqt. ⁊ ꝙ iſtis vtatur nālis: eſt nō qꝛ declarat ea: ſʒ qꝛ
ponit ea tanqꝫ ꝯceſſa. hoc eſt primum ꝟbuʒ Alexandri. de
inde dat rōnem huius ⁊ inqt. ſubſtantia enim imobilis eſt
ꝑnm ⁊ cā rerum nālium: de quo modo loqtur principalr̄. ⁊
per ꝯn̄s opus eſt vt loqtur de illa ſm oēm moduʒ ⁊ qꝛ ſit:
⁊ qd ſit. qꝛ eſt eius ꝑncipale ꝯſideratum. Deinde ponit 2m
verbum ⁊ inqt. Illa aūt alia ꝑncipia ſunt tm̄ nālis. ſ. ad de
clarandū qꝛ ſint: ⁊ his vtit̄ metaphyſicus tanqꝫ conceſſis.
[Et dixit.] Reddit cām ſue expōnis. nam poſtqꝫ dixit alia
qdem ſempiterna alia corruptibilis. ſubdit, cuius elnta ⁊c̄.
Ecce quō idem relatiuuʒ refert totum illud an̄s: ⁊ addit ꝙ
ita inuenit̄ in vna ſcriptura. [Et in alia.] Nunc ponit ſcḋam
expōnē iuxta ſcḋam lr̄am veram. ⁊ ponit lr̄aʒ que ſic iacet.
Sempiterna aūt cuius elemēta neceſſe eſt accipe. ⁊ hāc ex
ponit Alexander ⁊ intēdit per elnta ꝑnm ⁊ cām ꝑmam cor
poris diuini: qꝛ hic loqtur Ariſt. de tali ꝑnº ⁊ cauſa. [Dixit ſʒ
prima.] Cōparat ambas lr̄as iter ſe: ⁊ vult Alexāder ꝙ pri
ma lr̄a ſit melior ⁊ dat duas rōnes. prima qꝛ cum ꝑnm libri
ponit ꝙ intētio eſt loq de ꝑncipijs ſubſtātie. mō ſub ſubſtā
tia itelligit̄ vtraqꝫ: qꝛ ſub genere itelligunt̄ ſpēs. [Et etiam
ipſe.] Scḋa rō eſt: qꝛ iſtud correſpondet ꝓſecutioni. Nam
in ꝓſequēdo de ſubſtātia vtit̄ ꝑncipijs vtriuſqꝫ ſubſtātie. ⁊
primo loqtur de principijs ſubſtātie gn̄abilis: deinde tran
ſit ad ꝑncipia ſubſtātie eterne, ꝑma ergo ſcriptura eſt me
lior: tum qꝛ corrn̄det itentioni: tum qꝛ corrn̄det ꝓſecutioni.
Diſgreſſio Auer. [Sed hanc qōnem.] Debes ſcire ꝙ qō inter Auerroem ⁊
Alexandrū mouet̄ ſub hac forma lʒ ipſe nō dicat. vʒ. vtruʒ
ſubſtantias abſtractas eē ꝓbetur a nāli: ⁊ eſt annexuʒ. vtrū
mām ⁊ formā eſſe ꝯſideret ſolus nālis. ¶ Circa cuius qō
nis titulum debes ſcire ꝙ ſubſtantia triplex eſt: abſtracta a
mā ⁊ ꝯditionibus māe. quedam ꝯiuncta māe ⁊ ꝯditiōi ma
terie. quedam media. Subſtātie abſtracte due ſunt mane
ries. nam quedā ſunt deputate ad mouendū ſtellas: q̄ ſunt
tot quot motus ⁊ mobilia celeſtia. vt. 48. cōmento dicet̄. ⁊
he quādoqꝫ vl̄es ſubſtātie nuncupant̄: vt in libro de ſubſtā
tia orbis ⁊ in libro de ſomno. Nuncupant̄ ēt intelligētie ſe
parate. vt 3° de aia. cōmētis. 5. ⁊. 14. Quādoqꝫ vt forme ce
loꝝ: vt in ꝑ auſcultationis phyſice cōmento vltimo. ⁊ infra
cōmento 37°. ⁊ ꝑmo celi cōmētis. 5. 95. ⁊ 2° celi cōmento 3°.
Uulgo aūt angeli dicunt̄ vt meminit Auerroes in de ſom
no. alie ꝟo nō deputate ad mouēdum ſtellas que apḋ quoſ
dam ſunt itellectus agens ⁊ poſſibilis: ex qbus aiam dicūt
fieri rōnalem: ſed an veruʒ ſit: in libro de anima diximus.
Subſtātia ꝟo māe ⁊ ꝯditionibus māe ꝯiuncta eſt ſubſtan
tia mālis quam ⁊ oēs cōfitent̄. vt aialia ⁊ plante. vt ad ꝑnm
auſcultationis phyſice. Media ꝟo eſt celeſte corpꝰ. eſt qui
dem abſtractū a mā. Qm̄ eſt corpus ſimplex vt in libro ḋ
ſubſtātia orbis. Eſt etiam ingenitū ⁊ incorruptibile. ⁊ qꝫtuʒ
ad hec cum ꝑma ꝯuenit ſubſtātia. hʒ ꝟo ꝯditiones materie
qꝛ accn̄tia mālia vt motū ⁊ lucē ⁊ qꝫtitatem. vt capitulo 2°
libri de ſubſtātia orbis. ⁊ in 2° celi cōmento 42° dictuʒ eſt.
⁊ ꝓpterea media nūcupat̄ ⁊ ligamētū eternoꝝ ⁊ gn̄abiliū.
vt ꝑmo celi cōmento 22° dicebamus. qō ergo itelligitur de
ſubſtātijs abſtractis ⁊ nō oibus: ſed deputatis ad mouēdū
ſtellas: qꝛ de alijs non loqtur Alexander ⁊ nos qn̄qꝫ locuti
ſumus. ¶ Scḋo debes ſcire ꝙ eſſe accipitur qn̄qꝫ pro eo a
quo ſumit̄ nomē ens: qn̄qꝫ pro nota extremoꝝ que nō pōt
intelligi abſqꝫ extremis: vt in peri hermenias diximus. hic
accipit̄ 2° mō. Et ſic ſenſus qōnis eſt vtrū hec ꝓpō ſubſtā
tie abſtracte deputate ad mouēdū ſtellas ſunt: ſit vera. In
tellecto ğ ſenſu qōnis Auerroes recitat duo illa que ponit
Alexander gloſſando illa. ſcḋo ꝯfutat ea. inquit. [Sed hn̄t
qōnem. cum enim dixit ꝙ demr̄are ꝑncipia entium eſt pri
mi pħi ⁊ non nālis: ⁊ ꝙ nālis ponit ea pōne ⁊c̄.] que verba
ipſe gloſſat ⁊ legat̄ lr̄a ſuſpenſiue ⁊ dicit. i. ſed intēdebat ꝙ
ꝑnª entium de qbus Pħs ꝯſiderat ⁊ que nālis ꝯcedit eſſe:
ſiunt ꝑnª ſubſtātie ſenſibilis eterne que ſūt ſubſtātie abſtra
cte: vtpote ſubſtātie mouētes ſtellas: ⁊ hoc fuit ꝑmum. Dei
de ponit ſcōm ⁊ inqt. [Et ꝙ ꝑnª de qbus conſiderat nālis
declarādo ea eſſe ſicut ꝑncipia gn̄abilis ⁊ corruptibilis: ⁊ h̄
eſt ſcōʒ: erit ſermo nō rectus.] Ecce quō ait ambo verba eē
falſa. [Subſtātia enim eterna.] Probat ꝑmum eē falſum:
qm̄ in 8° declarat̄ ⁊ ſolus nālis ꝓbat ⁊ in nullo libro decla
rauit id niſi in 8°. ⁊ per rōnes nāles: ſicut declaratur in pri
cipio illius libri pħoruʒ de mā ⁊ forma. [Et quō eſt rectū.]
Secundo ꝓbat 2m. nam hec eſt vna excluſiua. vʒ. nālis tm̄
ꝯſiderat principia ſubſtātie generabilis: modo huius exclu
ſiue. ꝑma eſt vera. vʒ. nālis ꝯſiderat ꝑncipia gn̄abilis. ſed ſe
cunda eſt falſa. vʒ. ⁊ nulla nō ꝑncipia generabilis ꝯſiderat.
qn̄ etiam ꝯſideret ꝑncipia eterne. [Conſiderat eniʒ.] Red
dit cām huius qꝛ nālis cōſiderat de ente mobili. modo ſub
ente mobili ꝯtinet̄ tam ſubſtātia eterna qꝫ gn̄abilis. ğ prin
cipia vtriuſqꝫ ꝯſiderat naturalis. [Si igitur aliqs.] Obijcit
Auerrois ſibi ⁊ qō ſic componit̄. Nulla ſciētia hʒ probare
ſua ꝑncipia: ſed ſubm ſcientie nālis eſt corpus mobile: ⁊ eiꝰ
ꝑncipium eſt ſubſtātia abſtracta. ergo nālis non hʒ ꝓbare
ſubam abſtractā. [Dicemus.] Soluit ⁊ primo concedit mi
noreʒ quō dicit dicemus ꝙ hoc. i. minor veꝝ eſt. deide gloſ
ſat maiorē ꝙ nulla ſcientia probat principia ſui ſubiecti de
mōſtratione a priori: ſʒ demr̄atione ſigni que eſt demr̄atio
a poſteriori nō eſt incōueniens. ꝑmum ꝓbat qꝛ vel eſſet ꝓ
ceſſus in infinitū: vel demr̄atio eſſet generis ſcientie ſubal
ternātis. Scḋam ꝑteʒ ꝓbat per ſil̄e. qꝛ nālis nō probat ſua
ꝑncipia ꝓprij ſubiecti niſi demr̄atione ſigni non autem de
monſtratione ſimplici. i. ꝓpter qd. [Et ideo impoſſibile.]
¶ Soluta qōne redit ad ꝯdicendum Alexandro ⁊ arguit
primo ſic. via motꝰ ſolū declarat̄ ſubas abſtractas eē: ſʒ via
motus eſt pħica ⁊ nālis ⁊ non metaphyſica. ğ pħice decla
rat̄ ſubas abſtractas eſſe. minor ꝯſtat ꝑ ſe, maior aūt ꝓbat̄:

UVA. BHSC. IyR_143_1

qꝛ via motus ɔ̃clarat̃ idẽ:⁊ oẽs alie vie quas conatur dare
Auicẽna in loco ꝓprio ſunt ꝓbabiles: ⁊ non demr̃antes vt
ſupponit:⁊ nos dicemus.q̃re ⁊c̃.[Et ſi eſſent.] 2° arguit: qꝛ
ſi vie Auicẽne eẽnt bone:eẽnt enũerate ab Ari.in p° phia. g̊
vel Ar.mãcus:vel ille vie ſunt inutiles:⁊ ꝓpterea cõcludit
eſſe ipoſſe ꝑma pn̊ demr̃ari in metaphyſica.¶ Contra.naz
Alexãder dicit oppoſitũ.R̃ndet ꝙ ẜmo Alex.nõ eſt intel-
Poſitio Auicẽne. ligendus ẜm ſui manifeſtũ ⁊ vt ṽba ſonant:ſed mõ quo di
cet poſt.[Et tñ Auicẽna.] ¶ Ponit pctm̃ Auicẽne ⁊ ɔſiſtit
in duabꝰ ꝓpõnibꝰ.ꝑma eſt mãm ⁊ formã ſiue nãm eſſe ꝓ-
bat metaphyſicus:⁊ nãlis vtit̃ illis vt ɔceſſis.2ᵃ ꝓpõ meta
phyſicus ꝓbat ſubas abſtractas eẽ ⁊ nãlis ſumit illas vt cõ
ceſſas.Syll's aũt Auicẽne fuit. Nulla ſcia ꝓbat ſua pn̊ᵃ:nec
demr̃atione ſigni nec demr̃atione ſimpl'r: ſ3 mã ⁊ forma ⁊
ſube ſepate ſunt pn̊ᵃ ſubti ſcie nãlis:mã qdem ⁊ forma pn̊ᵃ
ſunt intrinſeca corꝑis mobilis.ſube ṽo ſepate pncipia ſunt
extrinſeca corꝑis mobilis eterni ⁊ gñabilis.ergo nãlis vtit̃
illis vt ɔceſſis ⁊ metaphyſicus ꝓbat:ecce quo mõ Auic̃.di-
xit illud abſolute ⁊ ſine diſtõne:qꝛ nõ diſtinxit inter ſubaz
eternã ⁊ gñabilẽ:nec iter pncipia itrinſeca ⁊ extrinſeca:nec
iter demr̃ationẽ ſimpl'r ⁊ demr̃ationẽ qꝛ:ſ3 abſolute ꝓtulit
verbũ ſuum:⁊ nõ diſtinxit iter duas ſubas.ſ.eternã ⁊ gñabi
Nõ cõtra Auerroẽ lem.[Si igit̃ aliqs.] Obycit ſibi ⁊ qõ ſic componit̃. ꝑmuz
Phs ɔſiderat de principys entis in eo ꝙ ens eſt.Suba eſt
ens in eo ꝙ eſt ens.g̊ ɔſiderat prima pn̊ᵃ ſube.Tunc vltra
ɔſiderat pn̊ᵃ ſube.ſed pn̊ᵃ ſube ſunt pn̊ᵃ ſubiecti nãlis phie.
qꝛ mã ⁊ forma ſunt pn̊ᵃ ſubiecti nãlis phie.g̊ cõſiderat pn̊ᵃ
ſubiecti nãlis phie:⁊ ꝑ ɔñs metaphyſicus ꝓbat hec ⁊ nãlis
Solutio. vtit̃ illis vt cõceſſis.[Dicemus nos.] ¶ Soluit ⁊ ſolo ſua
breuiter ɔſiſtit in h̃/ꝙ metaphyſicus multa ɔſiderat de for
ma ⁊ mã ⁊ de ſubſtãtys ſepatis:ſed non niſi ſuppoſito illas
eſſe pro ɔſtãti in phia nãli.ṽ.g̃.poſtq̃ conſtans eſt in phia
nãli mãm ⁊ formã eẽ:ſil'r ⁊ ɔpoſituz eẽ:metaphyſicꝰ oñdit
mãm eẽ potẽtiam ⁊ ꝑtẽ ſube:⁊ formã eẽ actum:⁊ ꝑtẽ ſube.
demr̃at ſil'r formã eẽ ꝑfectiorẽ ɔpoſito.¶ Amplius/poſtq̃
ɔſtat ſubſtãtias abſtractas eẽ per motũ eternuz:demr̃at in
illis ordinẽ.⁊ de deo ꝙ eſt ꝑmũ pn̊ᵐ ⁊ p̊ᵃ cã.ecce q̊ mõ diffe
rũt iſte ɔſiderationes.nãlis.n.vr̃ terminare qõnem an ſint:
metaphyſicus ṽo terminat qõnez qd ſint.⁊ ſic ꝑſpicua eſt
ſolo ad formã.[Sed qꝛ modus.] ¶ Dubitabit qs:cum in-
tentio ſit de ſubſtãtys eternis:que appoſuit ⁊ d̃ nõ eternis:
Soluit ⁊ inqt.ſed qꝛ [Modus ɔſiderãdi in hac ſcia eſt de
pncipys ſubſtãtie in eo ꝙ eſt ſubſtãtia ſiue eterna ſiue nõ:
Incepit declarare in h̃ tractatu de principys ſubſtãtie non
eterne tanq̃ de mãifeſtiori ⁊ notiori quo ad nos. Et fecit.]
¶ Dubitabit adhuc qs.nã de his dixit in libris nãlis phie.
ergo ſupfluit hoc.R̃ndet ꝙ h̃ facit rememoratiue ⁊ nõ pn
cipaliter.Uñ accipit tanq̃ pn̊ᵃ ea que declarata ſunt in nãli
bus:⁊ de his ɔſiderat hic ꝑ ꝓprias rõnes ⁊ per ꝓpria huic
ſcie: ⁊ exponit quõ ⁊ ſermo pz.[Sic igit̃.] Epilogat ⁊ vult
Nãlis et metaphyſicus differũt cõiter. ꝙ metaphyſica ɔſideratio ⁊ nãlis conueniant ⁊ differant.
Conueniunt qdẽ q̃tum ad rem conſideratam:nam vtraqz
de ſubſtantia ⁊ pncipys ſubſtãtie loqtur. Differunt ṽo q̃tᵐ
ad rõnem ɔſiderãdi.Qm̃ nãlis phs ɔſiderat de ſubſtãtia ⁊
pncipys ſubſtãtie in eo ꝙ mobilis. metaphyſicus ɔſiderat
ſubſtãtiã ⁊ pn̊ᵃ ſubſtãtie in eo ꝙ ſubſtãtia. 2° differunt qm̃
nãlis terminat qões an ſint pn̊ᵃ ſubſtãtie.metaphyſicꝰ ṽo
terminat qõnẽ qd ſint:⁊ qualia ſint pn̊ᵃ illa.[Et forte hunc
modũ.] ¶ His expeditis gloſſat verba Alexãdri ꝓp aucto
ritatem viri/⁊ vult ꝙ Alexãder velit ꝙ mathematicus ɔſi-
derat pn̊ᵃ ſubſtãtie q̃tum ad qd ſint per rõnes ꝓprias ſibi.
nãlis ṽo q̃tũ ad an ſint per principia ꝓpria ei.[Sed hac.]
¶ Contra hanc expõnem arguit Auerroes: nam Alexan-
der dicit ꝙ metaphyſicꝰ probat hec pncipia.⁊ ꝙ nãlis vtit̃
his vt ſuppõnibus:modo hac via ɔſiderationis non idiget
nãlis:neq3 eſt neceſſe ei ponere ipſum.nãlis eniz nõ vtitur
his principys ſub his rõnibꝰ:ſub qbus ɔſiderat illa meta-
phyſicus.[Et forte etiam.] Aliter gloſſat ⁊ vult ꝙ nãlis ɔſi
deret pn̊ᵃ ſubſtãtie ꝓpinque vt mãm ꝓpriam ⁊ ꝓpinquã:
formã ꝓpriam ⁊ ꝓpinquã:⁊ reliqua pn̊ᵃ ꝓpinqua. Meta-
phyſicus ṽo pn̊ᵃ remota ⁊ vl'ia.⁊ dicit ꝙ ſi iſte ſermo non
ſic gloſſat̃ eſt dubitabilis ⁊ forte falſuz.[Quod aũt Alexã-
der.] Oſtendit Auerroes ꝙ ſcd̃a lr̃a que hẽtur in ſermone
nr̃o greco que ſic iacet.Sempiterna aũt cuius elemẽta ⁊c̃.
eſt verior:qꝛ de ſubſtãtia eterna eſt ꝑma intẽtio: ⁊ de reliq̃
eſt minus pncipalis intẽtio.Reliquũ cõmenti eſt ꝑſpicuũ.
Debes ſcire ꝙ hãc qõnem quã hic Auerroes mouet cõtra
Alexandrum ⁊ ſoluit:ego ꝑſcrutatus ſum ad plenũ in libro
nr̃o.d.d.octaua diſputatione:⁊ in cõmento ſolonis ꝑmi du-
by.Et dixi oia poſſibilia dici pro peripateticis:⁊ tu vide il-
lic.Qm̃ ſi hic poſuiſſez:eẽt trãſpoſitio.Sed qm̃ dixit Auer
roes ꝙ nãlis ⁊ metaphyſicus q̃tum ad rem ɔſideratã con-
ueniunt.ſed q̃tum ad rõnem ɔſiderandi nõ:qꝛ metaphyſi-
cus ɔſiderat in vl'i:nãlis in particulari:iõ videtur dicere ꝙ
metaphyſicus ɔſiderat qdditates rerum in vl'i ⁊ nõ in par
Utr̃ metaphyſicꝰ cõſiderat qdditates rerũ in vl'i ⁊ ꝑticulari. ticulari.¶ Propter hec querimus vtrum veruz ſit.⁊ vide-
tur ꝙ nõ:qm̃ metaphyſicus ɔſiderat eẽntias itelligentiaꝝ:
⁊ ɔſtat ꝙ tales eẽntie ſunt ꝑticulares:ergo ɔſiderat in ꝑticu
lari. Sed debes ſcire ꝙ per ꝑticulare itelligit qõ ſpãle q̃ſi
ſit ſenſus.Utrũ metaphyſicus ɔſideret qdditates rerum in
ꝑticulari.i.in ſpãli.Ad dr̃iam ɔſiderationis rerum ẜm tran
ſcendentiã.¶ Circa iſtud queſitum Auicenna in ſua meta-
Poſitiõ Auicẽne. phyſica ſentire videt̃ ꝙ metaphyſicus ɔſiderat quiddita-
tes rerum in vl'i/hoc eſt ſub rõne tranſcendenti ⁊ particula
ri.i.rõne pñtali.Ad hoc recentiores ponunt multas rões
⁊ potiſſime ſunt due.prima/qꝛ ens eſt ſubiectum adequatũ
metaphyſice.g̊ oia entia ɔtenta ſub ente conſiderant̃ a me
taphyſico.ſcd̃a/qꝛ ꝑma cognitio de re pertinet ad metaphy
ſicum:vt Auerroes hic cõmento ꝑmo:ſed qdditas eſt ꝑma
cognitio de re:q̃re ad metaphyſicum ꝑtinet.⁊ hec vr̃ ratio
Ariſt.circa pn̊ᵐ.6.metaphyſice.Dicunt ergo ꝙ metaphyſi-
ca eſt ſcia totalis ⁊ vl'is continens in ſe duas ſpãles.ſ.nãlem
⁊ mathematicam tanq̃ ꝑtes ſubalternatas ſibi.qꝛ ɔſiderãt
de accñtibus qdditatibus ⁊ non per ſe de qualitate. Cuius
exemplum eſt:qꝛ de linea cõſiderat geometria:de linea ṽo
inq̃tum viſuali ɔſiderat ꝑſpectiuus.ſic de hoie vt hõ meta
phyſicus conſiderat.Sed de homine vt miſtus vel mobi-
lis:nãlis.huic vr̃ Auerroes conſentire 4° huius cõmẽto 7°
vbi inquit.⁊ qꝛ oĩs ſcia cõſiderat de his pncipys modo pro
prio:manifeſtum eſt ꝙ ſcia que vtit̃ eis per ſe:⁊ gñaliter:ẽ
vniuerſalis in omnibus ſciẽtys ⁊ eſt phia.Ecce quõ vult ꝙ
phia ſit totum qõdam ⁊ reliqua ſint tanq̃ partes. ¶ Sed
contra hanc poſitionem eſt Auerroes hic ⁊ 2° metaphyſice
cõmento 6° ⁊ 7° huius cõmento 39° verſus pncipium.⁊ pri
mo auſcultationis phice cõmento xj°.⁊ alibi pluries.Recẽ
tiores pro parte Auerrois arguunt:qꝛ tunc relique ſcientie
omnes eſſent ſupflue:qꝛ ſola metaphyſica ſatis eẽt. Ampli
us/nos nõ videmus Ari.tractare de definitionibus omniũ
rerum in ꝑticulari in metaphyſica:eſſet eni liber nimis ꝓli
xus.Sed he rõnes ꝑmo aſpectu vident̃ nulle.qm̃ ſciẽtie in
feriores nõ ſunt ſupflue qꝛ conſiderant accñtia que fluunt
a ſubſtãtys ꝓprys:qꝛ(vt Auerroes inqt)metaphyſicꝰ ɔſi-
derat qdditates abſolutas rerum vt hominis vel lapidis.
phyſicus ṽo hoiem vt nãlis: gñabilis ⁊c̃. Ait enim Auer-
roes 7° metaphyſice cõmento 5°. In phyſico auditu ꝑſcru
tat̃ de pncipys corporis ẜm ꝙ nãlis.i.ẜm ꝙ mouet̃ ⁊ quie
ſcit.Sed hec perſcrutatio eſt de eis ẜm ꝙ ſubſtantia tm̃:⁊
ꝓpterea nõ ſupfluunt.Scd̃a tollit̃ qm̃ ɔſiderando de vno
conſiderat de quolibet:qm̃ ſi ſcitur ꝙ hõ eſt ſubſtantia:ſci-
tur de equo:ideo nõ curauit facere ſermonem ꝑticularẽ in

UVA. BHSC. IyR_143_1

quolibet ⁊ ſic non eſt liber prolixus:nec eſt inconueniẽs ſci
entias inferiores eſſe de ente per accñs cuius eſt cauſa ꝑ ſe:
al'r oẽs ſcie ſubalternate eſſent ſuꝑflue:vt ꝑſpectiua ⁊ muſi
Nõ ſol.ꝯ ca:⁊ cetere que ꝯſiderãt ens ꝑ accñs.Sʒ hec ſol'o vĩ contra
Auerroẽ Auerroẽ ⁊ ꝯ rõnẽ.Contra Auerroẽ qdẽ:nam 2° phyſice au
⁊ rõnem. ſcultationis.cõmẽto 17° expſſe ponit ꝙ vnamet ſciẽtia eſt
q̃ ꝯſiderat de ſubto ⁊ de accñtibus ꝓprys.Contra rõnẽ ꝟo:
qm̃ accñtia ſciunt̃ per qd̃ qdeſt ſubti vt ꝑ de aia colligitur.
g̊ non põt ꝯſiderare accñtia niſi ⁊ definitiões ſubti.Adhuc
tunc mala eẽt diuiſio ſcie in tres:quam ponit 6° metaphyſi
ce.Poſſet dici ꝑ hac ꝑte ad ꝑmã ꝙ Auerroes loqtur in acci
dẽtalib⁹ q̃ ſunt eiuſdẽ rõnis ſcibilis.q̃l'r nõ ſunt hec.¶ Ad
2m dõm ꝙ ſcia inferior vtit̃ ꝑncipys ſuꝑioris ⁊ ſupponit il
la:⁊ hoc mõ vtit̃ definitiõe accepta a metaphyſico.¶ Ad
tertiã dic ꝙ nihil eſt:qm̃ illa diuiſio non eſt eẽntialis nec ꝓ
pria:ſed poſita eſt gr̃a breuitatis ꝓpria.Vr̃ ergo mihi ꝙ ꝑ
nulla ꝑte ſint demr̃ones.Sed ꝓculdubio opinio Auerrois
eſt firmior ⁊ magis ꝯſona ꝟbis auctoꝝ ⁊ Aꝝ.conſiſtit aũt
in duabus ꝓpõnib⁹.ꝑma ſube abſtracte tam in vl'i q̃ʒ in ꝑti
culari ꝯſiderant̃ a metaphyſico:hoc eſt dicere tam ſi acci
piantur ſub rõnibus cõibus:q̃ʒ ſi accipiant̃ ſub rõnibus ꝓ
prys.hec ꝯ pluribus locis ꝑſpicua eſt.2a ꝓpõ eſt qdditates
ſeu ꝓprie definitiones reꝝ ꝑticularium in ſpecie cõſiderari
debẽt in ſciẽtys ſpãlibus:vult dicere ꝙ res ꝑntales ſub ra
tionibus tranſcẽdẽtibus gñaliſſima ꝯſiderant̃ a metaphyſi
co.ſed ſub rõnibus ꝓprys ſub ꝑntis contẽtis conſiderant̃ a
ſciẽtys ſpãlibus:⁊ hec ꝑſpicua eſt in pluribus locis.⁊ h̃ ad
uertẽs Ariſt.dicit metaphyſicũ ꝯſiderare oia vt contingit.
¶ Sed ſunt qõnes.ꝑma q² in nullo loco metaphyſice vi
demus Aꝝ.tractare de qdditatib⁹ ſubaꝝ ſeꝑataꝝ:ſʒ de eis
ꝑtractat ſub rõnib⁹ cõibus in ordine ad ſenſibilia:nec plus
potuit facere.¶ Contra ſcðaʒ ẽt:qm̃ in nullo loco ſcie ſpã
lis ꝑtracta de qdditatibus in ꝑticulari:ſed ſolũ per ꝑdicata
accepta ab accñtibus valde cõib⁹.Adhuc ⁊ fortius nõ ma
gis vĩ ratio ꝙ metaphyſicus debeat ꝯſiderare de qdditati
bus ſubaꝝ ſeꝑataꝝ q̃ʒ de qdditatibus in ꝑticulari:qð decla
ro ⁊ ſuppono ꝙ ad h̃ ꝙ aliqð ꝯſideret̃ a metaphyſico req
rat̃ ꝙ ſit abſtractũ ꝺm rõnẽ a motu ⁊ a mã:vt pʒ de ente ⁊
vno que ꝯſiderant̃ a metaphyſico:⁊ tñ non ſũt ꝺm rem ab
ſtracta a motu ⁊ a mã.¶ Tunc arguo qdditates rei in ꝑti
culari ſunt abſtracte a motu ⁊ mã ꝺm rõnẽ:ergo metaphy
ſice ſunt ꝯſiderationis.⁊ ſi nõ:querit̃ q̃re magis ille q̃ʒ iſte.
Solo. ¶ Ad has dicẽdum ⁊ ad ꝑmã ꝙ pro tanto ſube ſeꝑate qd
ditatiue ꝑtinẽt ad metaphyſicũ:q² ſi poſſent definiri pure
qdditatiue:earum definitiones eẽnt ꝓprie metaphyſico.ꝓ
tanto ꝟo qdditates ꝑticulares conſiderant̃ a phyſico:q² ſi
definirent̃:eẽnt ꝓprie ei.¶ Ad 2m ꝑncipale dicendum ad
hoc/ꝙ aliqð ſit metaphyſice ꝯſiderationis reqrit̃ ꝙ vel ſit
abſtractum ꝺm eẽ a mã ⁊ motu:vel poſſit ꝑmiſceri cũʒ ab
ſtracto ꝺm eẽ a mã.Exẽplum primi:vt ſube ſeparate.Exẽ
plum ſecundi:vt actus:potẽtia:ens:vnum:ſuba ⁊ reliq̃.hec
enim ſunt cõmunia mãlib⁹ ⁊ imãlibus:⁊ ſic dici pñt abſtra
cta ꝺm eſſe permiſſiue.¶ Debes ſcire ꝙ iſte due ſecte pñt
concordari:naʒ ꝯſiderare qdditates in particulari ẽ dupl'r.
vno mõ ſiſtendo in illis.alio modo abſtrahẽdo ab illis.pri
ma ſecta forte itelligit ſcðo modo.ſcða ſecta itelligit primo
modo:rõnes ꝟo ꝑſpicue ſunt ex dictis.

Ile qdem igr̃ naturales:cum motu
enim ſunt.hec aũt alterius.Si nullũ
illis pricipiũ cõe eſt.Senſibilis ꝟo
ſuba mutabilis.Si aũt mutatio eſt
ex oppoſitis vl' medys:ſed oppoſitis nõ oib⁹:
nõ albuʒ enim vox.Sed ex contrario:neceſſe
ſubeſſe.⁊ quid mutabile in ꝯtrarietatẽ:nõ eniʒ
ꝯtraria tranſmutant̃.Amplius hoc qdem ma
net:aliud ꝟo ꝯtrariũ nõ manet.Eſt igit̃ aliqd
tertium preter contraria materia.

¶ Dictũ eſt eẽ tres ſubas.ſ.inſenſibilẽ:ſenſibilẽ mobilẽ:⁊ in
ſenſibilẽ imobilẽ:nunc q̃ſi adycit dr̃iam quãdam q̃ſi dicat
ꝙ inter has tres ſubas hec eſt dr̃ia:q² ſbe ſenſibiles ſiue cor
ruptibiles ſiue ꝑpetue ꝑtinẽt ad ꝯſiderationẽ nãlis ꝑhie:q̃
determinãt de ente mobili.q² he ſube ſũt cum motu.Suba
ꝟo ſeparabilis ⁊ imobilis ꝑtinet ad ꝯſiderationeʒ alterius
ſcie ⁊ nõ ad eãdem.hoc tñ intelligẽdo ſi nullum ꝑnm ſit cõe
vtriſq̃ʒ ſubtis:q² ſi in aliq̊ ꝯueniãt:ꝑtinebit vtrarũq̃ʒ ſubaꝝ
ꝯſideratio ad illam que illud cõe ꝯſiderat.⁊ ꝓpterea ſcien
tia nãlis ſolum de ſenſibilibus conſiderat:metaphyſica ꝟo
de vtraq̃ʒ inq̃ʒtum cõicant in h̃ ꝙ ſũt entia ⁊ ſube:⁊ hoc in
quit ille qdeʒ igit̃.ſ.ambe ſenſibiles:eterna:⁊ corruptibilis
ſũt nãles:⁊ phice ꝯſiderationis:nã ſunt cũ motu.hec aũt.ſ.
ſenſibilis eſt alterius vtpote metaphyſici.Si nullum illis
ambabus.ſ.ſenſibili ⁊ inſenſibili ꝑnm cõmune eſt:q² ſi cõue
niũt in aliquo cõi ꝑn°:erũt ſcie:que eſt de illo ꝑn°.¶ Sʒ q̃
res datis ideis ⁊ mathematicis vt qdam dicunt:cuius ꝑtis
phie eẽnt:¶ Videt̃ ꝑ dictuʒ Ari.ꝙ ſint ꝯſiderationis me
taphyſice:q² ſube ſunt inſenſibiles.Certe iſte locus eſt mihi
valde occultus.Ari.ponit ꝙ ſole ſenſibiles ſube que eterne
ſiue corruptibiles ſint nãles.Ex hoc ſeqtur ꝙ oẽs alie ſint
metaphyſice:oppoſitum aũt huius opʒ dicere.q² ſi darent̃
idee eẽnt phice ꝯſiderationis:⁊ mathematica eẽnt mathe
matice conſideratiõis.al'r deſtruerent̃ oẽs alie ſcie.Tene a
me hanc ꝯ̊nem:ꝙ ſi darent̃ idee ⁊ mathematica:ſola meta
phyſica eſſet.⁊ ꝑ ꝯñs Ariſt.bñ dixit:⁊ tu in hoc ꝯſiſte q² eſt
difficile.[Senſibilis ꝟo ſuba.] His acceptis ſyllogiçat ad
eẽ mãe:⁊ vtit̃ ſyll'o hypoco hoc mõ:ſi mutatio eſt de oppo
ſito ꝯ̃rio in oppoſitũ ꝯ̃rium ⁊ ſuba ſenſibilis oĩs tranſmuta
tur:neceſſe eſt ſubeſſe qd mutabile in ꝯ̃rietatẽ:nam ꝯ̃ria nõ
trãſmutant̃ ſubiectiue:ſed bñ ſunt termini trãſmutationis.
pone g̊ añs ⁊ hẽbis ꝯñs.inqt.Senſibilis ꝟo ſuba eſt muta
bilis:hec eſt vna ꝑs:ſi aũt mutatio eſt ex oppoſitis vel me
dys:ſed oppoſitis nõ oibus.nõ albũ eni vox eſt:⁊ tñ ex vo
ce nõ fit albũ:ſed ex ꝯ̃rio qð eſt oppoſitũ ꝑ ſe neče eſt ſubeẽ
⁊ qd mutabile in ꝯ̃rietateʒ.Cuius ꝯñtie cãm ſubſcribit ⁊ in
quit:non enim ꝯ̃ria trãſmutant̃.ſ.vt ſubm:ſed bñ vt termi
ni.Amplius 2° ꝓbat idem ⁊ inqt.Amplius hoc qdẽ manet:
illud ꝟo ꝯ̃rium nõ manet:eſt igitur aliqð 3m ꝑ̃ter ꝯ̃ria mã.
Hec deductio aptius declarabit̃ in cõmento.
¶ Dixit Alexãder.] Duo tangit Alexãder.ꝑmuʒ ꝙ nãlis cõ Cõ.6m
ſiderat de oi ſuba mãli.2m eſt ꝙ nãlis vtitur principys de
claratis a metaphyſico.⁊ hec duo Auerroes colligit de mẽ
te ei⁹.[Sed iam declarauimus.] ¶ Contra hec Auerroes
arguit:maxie ꝯ ſcðam ꝑtẽ:q² eſt totum oppoſitũ.naʒ nãlis
potius declarat ꝑna metaphyſico:nõ qdẽ demr̃one ſimpl'r:
ſʒ demr̃one ſigni.Sed dices g̊ metaphyſica ſubalternatur Dubitatõ
phice:q² ꝑna ſua accipit ab illa.Dic ꝙ non ſufficit:q² opʒ il Solutio.
la ꝑna eſſe declarata a ꝑori:vel adhuc ſunt nečie alie ꝯditio
nes:q̃s Ariſt.in poſteriorib⁹ adycit.[Et ꝯſideratio de ſba.]
Nunc venit ad textum ⁊ ponit ꝯ̊nem textus.ſ.ꝙ conſidera
tio de ſuba imobili eſt alterius ſcie ab hac nãli:pertinet eni
ad metaphyſicum:cui⁹ cãm dicit ⁊ ꝺmo pʒ.[Alexander.]
Reddit cauſam Alexandri q̃re Ari.incepit venari ꝑncipia
ſube mobilis:⁊ vult hoc eſſe q² mathematici eſt iueſtigare
talia ꝑna:nãlis ꝟo ſupponit illa.[Et ad hoc.] Nũc exeqtur
pro põnibus tria eniʒ ꝑfecit:nã poſuit intẽtionẽ:diuiſioneʒ.
⁊ ordinẽ.de ſenſibili ſuba ꝓſeqtur venando ꝑmo ꝑncipium
mãle illius.Et ponit duas ꝓpões loco añtis.pria eſt om
nis ſenſibilis ſuba eſt trãſmutabilis:quod itelligit vel mo

tu locali vel alteratione vel gñatione vel augmentatione.
ſecunda eſt: oẽ qđ trãſmutat̃: trãſmutat̃ de ꝯtrario in cõtra
rium. He enim ſunt due ꝓpõnes veriſſime hic.[Sed ea.]
¶ Contra ſcđam ꝓpõnem mouet qõnẽ. nã aliqua trãſmu
tatio eſt de medio ad extremũ: naꝫ tepidũ põt fieri calm: ⁊
tñ non ꝯriat̃ extremo.[Quia illa que.] Rñdet ꝙ medium
eſt miſtũ ex extremis: ⁊ ſic ex medio fit trãſmutatio ratiõe
ꝯrij in eo incluſi. ⁊ ſic ſaluari põt oẽm trãſmutationeꝫ fieri
ex ꝯtrario. ¶ Debes ſcire ꝙ intentio Auerrois eſt mediũ
nihil aliud eẽ niſi extrema miſta cuꝫ tanta vel tanta ꝓpoꝛ
tione: vt 10° hui⁹ cõmẽto 23°. ⁊ 5° phyſice auſcultationis. cõ
mentis 6° ⁊ 52° ⁊ 4° celi. cõ^to^ 26°. Sed an h ſit veruꝫ: alibi
relinquat̃.[Et qũo dixit.] ¶ Debes ſcire ꝙ quadruplex ẽ
oppõ. ſ. ꝯria vt albedo nigrũ: ꝯdictoria vt albũ eſſe ⁊ nullũ
eſſe albũ. ꝑuatiua: vt viſui cecitas. relatiua: vt pr̃i filius. ver
bum g Ar. apud Alexandrũ intelligit̃ de oppoſitis cõiter
acceptis ad ꝑuatiue oppoſita ⁊ ad ꝯria. ⁊ hec expõ Alexan
dri.[Et qũo declarauit ꝙ neceſſe.] Nunc format ſyllm hy
potheticũ hoc pacto. Si ois trãſmutatio eſt de ꝯrio in con
trariũ: ⁊ ois ſenſibilis ſuba trãſmutabilis: nec̃e eſt eſſe aliqđ
ſubm: quod trãſmutet̃ in ꝯrietate illa: ita ꝙ in aliq̃ hora ſit
ſub vna pte ꝯrij: ⁊ in alia ſit ſub alia pte.[Impoſſibile eni.]
Probat ꝯñtiam dupl'r. Tum qꝛ vnũ ꝯrium non recipit al
terꝝ: tum qꝛ neceſſe eſt aliqđ ꝑmanere: g neceſſe eſt dare ter
tiuꝫ. ⁊ hãc expõnẽ laudat Auerrois.[Sed hoc qđ dic̃.] Cir
ca dicta Alexãdri An. digredit̃ ſpeculãdo v̾ba eius: ⁊ ponit
duas ꝓpõnes. p̊ma nãlis dat cãm mãlem ⁊ efficientem: ga
eſt ⁊ quid eſt: ita ꝙ terminat vtraſq; qõnes. 2^a^ ꝓpõ lꝫ meta
phyſicus det formã ⁊ finẽ eſſe nõ tñ gd ſint vt oñdit Auer
roes: ⁊ he patebunt poſt.[Scđm igit̃ hunc.] Apponit co
rollariũ: ⁊ vult ꝙ ſꝫ hunc modũ. ſ. de mã ⁊ agẽte tractet nã
lis mõ ꝑdicto ⁊ de fine ⁊ foꝛa metaphyſicus. Tractat meta
phyſicus de el'tis ſube ſenſibilis: qꝛ de duobus eoꝝ vel de
oibus in eo ꝙ p̊n^a^ entis abſolute: ⁊ exponit ſe ⁊ ſermo pꝫ.
[Scđm hoc igit̃.] ¶ Nũc ad formã rñdet ⁊ vult ꝙ nãlis
de duab⁹ cauſis loquat̃ mõ predicto. Ego ſolitus ſum dice
re metaphyſicũ ꝯſiderare oẽs: ſed nãlis duas ꝓpꝛie conſi
derat vt mãm ⁊ agẽs. metaphyſicus duas: finem ⁊ formã.
Sed poſtmodũ dicemus forte. ¶ Et in hac ſcia.] Hec eſt
2^a^ ps coꝛollarij ⁊ vult ꝙ Ar. p̊ ꝑtractet has duas cãs. ſ. ma
teriam ⁊ agẽs. 2° de fine ⁊ foꝛma: ⁊ hoc vt ille due p̊me ſint
vie ad has duas vltimas. ⁊ iter has duas p̊mas p̊ de mã: 2°
de agẽte vt videbimus. Declarat aũt has duas pꝛimas eiſ
Ab optia dem ꝓpõnibus: gbus vtebat̃ in nãli phĩa. ¶ Circa hec di
cta eſt difficultas. nam phs ꝑtractat de oibus terminando
qõnem an ſint: ⁊ metaphyſicus de oibus terminãdo qõneꝫ
gd ſint: q̃re ergo dixit metaphyſicũ de duab⁹ vtpote forma
⁊ fine: ⁊ nãlem de mã ⁊ agẽte ingrere: ⁊ maxie qꝛ cõmẽtuꝫ
hoc videt̃ ꝯriuꝫ cõmẽto 5° lecto. Adhuc Auerroes p̊ auſcul
tationis phyſice cõmẽto p̊ dicit metaphyſicã ꝯſiderare de
q̃tuoꝛ cauſis tres ⁊ mãm ꝑtermittere. ⁊ cõmẽto 5° huius di
xit q̃tuoꝛ ⁊ hic duas ecce ꝯdictio manifeſta: ⁊ hec eſt qđ nõ
Rñſio re pua. Recentioꝛes in p̊ phyſicoꝝ ꝯcoꝛdãt dictum Auerrois
centioꝛum. poſitũ in p̊ phyſicoꝝ: ⁊ verbum ſuum poſitũ in 5° cõmento
hui⁹ 12^mi^ tm̃: ⁊ volũt verbum illud p̊mi phyſicoꝝ eſſe itel
ligendum de metaphyſica q̃tum ad. 12. a medietate vltra.
Hec peccat dupl'r. p̊ qꝛ lꝫ concoꝛdet illa: tñ adhuc remanet
verbum pñs ꝯcoꝛdandum. Amplius per idem dici poſſet
phyſicũ librum nõ eẽ de mã: qꝛ a 3° vltra nihil dicit de mã.
Scđa re Aliter ergo viri magni dicũt ⁊ ꝯcoꝛdãt 5^m^ cõmentum cum
ſponſio. 6°: ⁊ volũt metaphyſicũ in ꝯſiderando duas cãs ꝯſiderare.
ſed in demr̃ando duas. ſ. finẽ ⁊ formã. Nãlis vo contra fa
cit ꝯſiderat iteꝝ quatuoꝛ: ſed per mãm ⁊ agens demõſtrat.
Sed hec peccat dupl'r. p̊mo qꝛ gd de cõmento p̊ p̊mi phy
ſicoꝝ. 2° q̃re ſi metaphyſicus ꝯſiderat q̃tuoꝛ cãs per ipſas



nõ demr̃at: eſt enim h voluntarium. Solitus ſum ego dare Rñſio p
ſolõnem aliam ex cõmento 3° terij huius: ꝙ. ſ. nãlis ⁊ me pꝛia.
taphyſicus ꝓpꝛie ꝯſideret oia ex ꝓpꝛietate tñ phyſic⁹ tres
ſ. mãm formã ⁊ agens tanq̃ magis circũcernẽtes motũ: me
taphyſicus duas. ſ. formã ⁊ finem tanq̃ magis ſeparabiles
a motu. Appꝛopꝛiatius tñ phyſicus duas mãm ⁊ agẽs: me
taphyſic⁹ vnã. ſ. finem: ⁊ ſic pñt dicta oia ꝯſiderari. Tu vo Alia ſolo
ꝯſidera dicta mea in p̊ phyſicoꝝ. vel dic ꝙ phyſica ⁊ meta
phyſica ꝯſiderãt de q̃tuoꝛ ſm p̊mitatem cõitatis ⁊ quelibꝫ
de duabus ſm p̊mitatẽ eẽntie. qñ vo dicit p̊ phyſicoꝝ. me
taphyſicum de tribus ꝯſiderare: ſumit agẽs vt nõ diſtingui
tur ꝯ formaꝫ ⁊ finẽ.[Et ideo vr̃.] ¶ Moueret qõnem gs:
Ariſt. ꝓbat mãm eſſe: vel g tanq̃ phyſicus vel tanq̃ meta
phyſicus: nõ tanq̃ phyſicus ergo tunc ſupfluus. ergo tanq̃
metaphyſicus. ⁊ ſic pꝛo Alexandro rñdet q̃ſi coꝛollarie ex
dictis ⁊ p̊ ad rem: ⁊ vult ꝙ hec faciat tanq̃ nãlis: ⁊ nõ tanq̃
metaphyſicus. ſed pp duas cãs recapitulat idem hic: tum
qꝛ vicine: tum qꝛ iſtud declaratũ in nãlibus facit ad notitiã
declarandoꝛuꝫ.[Sed tñ.] Aliter rñdet ⁊ vult ꝙ hoc faciat
tanq̃ metaphyſicus. ſed alio mõ q̃ qñ fecit h tanq̃ phyſi
cus. Tanq̃ metaphyſicus enim tractat de eodẽ: ſed vl'ius ⁊
per rõnes magis ꝓpꝛias metaphyſico. Et huius ponit exẽ
plum: qꝛ ꝯclarato ꝙ mã ſit p̊n^m^ ſube ſenſibilis: ꝯclarat qũo
eſt p̊n^m^ ſube in eo ꝙ ſuba abſtrahẽs a ſenſibili ⁊ iſenſibili.
ſili mõ ⁊ de foꝛma ⁊ vba eius patẽt.[Et ideo.] Epilogat ſo
lutiones ambas ⁊ eius ſermo pꝫ.[Et ſm hoc.] Nunc veri
ficat tria dicta Alexandri per oꝛdinẽ: ⁊ omnia illa verificat
de duab⁹ cauſis. ſ. foꝛma ⁊ fine: ⁊ ſermo eius pꝫ.[Et cecidit
dubitatio.] Mouet. q. qꝛ dictũ eſt ꝙ ꝯſideratio p̊mi finis ẽ
alia a ꝯſideratiõe p̊mi mouentis. Contra: qꝛ hec tria p̊mus
finis: p̊ma foꝛma: ⁊ p̊mum mouens ſunt idem ſubo. g conſi
deratio eſt vna.[Scđm aũt.] Soluit qꝛ lꝫ idem ſint ſubto:
illa differũt rõne. ⁊ hec dr̃ia ſufficit pꝛo dr̃ia ꝯſiderationuꝫ.
nam pꝛimum ens in eo ꝙ mouens a nãli ꝯſideratur: ſed in
eo ꝙ cã p̊ma entis in eo ꝙ ens a p̊mo phõ.[Scđm hoc igi
tur.] ¶ Ad formã rñdet ꝯcedendo illa tria eſſe eadẽ ſubto:
ſed differre modo.[Et ideo ſermo.] Concludit verbũ Ale
xandri nõ eſſe itelligendũ vt ipm Auicẽna itellexit: ⁊ ꝙ eſt
dubitabilis ſermo pp illam modicam dr̃iam inter vnam ⁊
alterã ꝯſideratiõnẽ. Cuius ſignũ ponit: qꝛ Themiſtius reli
quit illum tanq̃ falſum. Hec de cõmento ⁊ textu. ¶ Circa Queſtio.
dicta eſt queſtio vtrum iſte due ſcie de eadem re ſubo diffe
renti rõne ſit vna: ⁊ videt̃ ꝙ ſic: qꝛ ſcientie ſoꝛtiunt̃ eſſe ſuũ
a ſubiectis: vt in 6° huius ⁊ in 3° de aia diximus: qꝛ ſimilis
eſt diffinitio ⁊ identitas. ¶ Reſpondet̃ ꝙ ſcie pñt conſide Rñſio.
rari in rõne foꝛme ⁊ in rõne habitus. ſi ꝯſiderent̃ inquãtuꝫ
foꝛme qũo foꝛma ſit vna qꝛ ab agente vno: ⁊ ſubm ſit vnũ
agens: ambe ille erunt vna foꝛma: re ⁊ ſubiecto: diſtincte ra
tione. Si in rõne habitus: cum ſtet vnum deberi altera acq
ſita: erunt diſtincti habitus ⁊ re ⁊ ratione: ⁊ ſic perſpicua eſt
ſolutio. Debes ſcire ꝙ ex hoc loco ſolet ſumi ꝙ in ſeparatis
a mã hec tria foꝛma finis ⁊ agens ſunt vnum in ſubiecto ⁊
differunt rõne. Tu vo an ſit ita: conſidera.

SI itaq; tranſmutationes ſunt q̃tuoꝛ:
aut ſm qđ: aut ſm q̃titatem: aut ſm
qualitatem: aut vbi: ⁊ generatio qui
dem ſimpliciter ⁊ coꝛruptio ſm hoc
⁊ augumentum ⁊ decremẽtum que ſm quã
titatẽ: alteratio aũt que ſm paſſionẽ: latio autẽ
que ſm locum. Si in cõtrarietates vtiq; erunt
eas: que ſingule trãſmutationes: neceſſe itaq;
tranſmutari materiam potentem ambo.

UVA. BHSC. IyR_143_1

Terminauit queſtionem an ſit materia. Nunc ꝟo qd ſit
oſtendit: ⁊ concludit hanc eius deſcriptionē. vȝ. mã eſt ens
in potentia: vtit̃ autem ſyllogiſmo hypothetico: cuius ante
cedens ſunt due ꝓpōnes categorice per notam copulatiōis
coniuncte hoc pacto: ſi tranſmutationes ſunt quatuor vt ge
neratio ⁊ corruptio i ſuba. Augumētatio ⁊ diminutio i quã
to: alteratio in quali: loci mutatio in vbi: ⁊ ſingule inter con
traria vel media: neceſſe eſt tranſmutari materiam poten
tem ambo. Si igitur qs ponat añs: erit ⁊ ꝯñs ꝯceſſuȝ. Ingt.
Si itaqȝ tranſmutationes ſunt quatuor: quaꝝ expoſitionē
ſubſcribit. d. aut ſm quid/hoc eſt ſm ſubam aut ſm q̃ntum
aut ſm q̃le aut ſm vbi: ⁊ hoc exponit. d. ⁊ generatio quideȝ
ſimpl'r ⁊ corruptio contra ſcōm hoc. i. ſm ſubam ſunt. dixit
ſimpl'r: q2 generatio ⁊ corruptio ſm qd pñt eſſe in quolibet
p̃nto. ⁊ augumētum ⁊ decrementum que ſm q̃ntum. altera
tio aũt que ſm paſſionē. ⁊ dixit ſm paſſionem: q2 ſolum in
3ª ſpecie qualitatis eſt alteratio. latio aũt que ſm locuȝ. hec
eſt p̃ma categorica. Si vtiqȝ in eas cōtrarietates erunt: que
ſunt ſingule tranſmutationes. hec eſt ſcda categorica. qbus
addit ꝯñs ⁊ inquit. neceſſe itaqȝ trãſmutari mãm potētem
ambo. ſ. extrema. eſt ergo mã ens (vt in prima demonſtra
tione dixit) potens: vt in preſenti dicimus.

Cō. 7m. Quomodo declarauit]. Debes ſcire tria in pñti cōmento
ſolũ q2 reliqua patēt. p̃mum eſt ꝙ Auerroes aliter itrodu
cit textum. vult enim ꝙ Ariſt. declarat quot ſunt modi con
trarietatis: ⁊ ꝙ ſint quatuor. ꝟ. g. In ſuba forª ⁊ p̃uatio. In
q̃litate calor ⁊ frigus. In tactu duꝝ ⁊ lene. In guſtu dulce ⁊
amarum. In viſu album ⁊ nigrum. In quantitate magnuȝ
⁊ paruum. Scdo debes ſcire ꝙ ex hoc vult vt ſequatur ma
teriam eſſe ſm ſucceſſionem ſubm recipiens vtrũqȝ. ⁊ per
ꝯñs ens in potentia. Tertio debes ſcire ꝙ qdam antiquoꝝ
poſuerunt mãm eſſe actu: ⁊ habere formã in ſui ſubſtantia:
ita ꝙ forma erat ſibi ratio recipiendi. ⁊ contra hos arguit
Auerroes: q2 mã nō eſt mã niſi inquantum tranſmutatur: ⁊
non tranſmutatur niſi prout eſt potentia: ergo non eſt fora
aliqua de eſſentia materie. Reliqua cōmenti patent.

Quoniam aũt duplex eſt ens trãſmuta
tur omne ex potētia ente in actu ens:
vtputa ex potentia albo in actu albũ.
Silr aũt ⁊ in augumēto ⁊ decremē
to: quare non ſolum ſm accidens contingit fie
ri ex non ente: ſed ex ente fiunt oĩa. potentia q
dem ente: ex non ente ꝟo actu.

Veteres negauerũt oĩno gñatiōem ⁊ vtebant̃ ſyllogiſmo
diuiſiuo a deſtructione oium ptium ⁊ ꝯcludebãt oppoſitũ
dati hoc mō. vȝ ſi gñatio ſit vel ex ente vel ex non ente: ſed
deſtruit̃ p̃ma ps: q2 ſi ex ente: g̃ res eēt anteq̃ȝ fieret. deſtrui
tur 2ª q2 ex nihilo nihil fit. hoc eni pterruit oēs Phos: ergo
ꝯcludit̃ ꝯdictorium dati. vȝ. nulla gñatio eſt. Ariſto. ergo in
hoc loco inducit ſolōneȝ que ſumit̃ ex declaratione nature
mãe. Tum vt ſoluat ambiguitatē eoꝝ. tum vt hēat ꝙ ea q̃
dixit de mã ſunt bene dicta: q2 ex illis ſoluitur omnis qō ac
cidens in re. Innuit aũt ad hoc ſolōnem per diſtinctioneȝ:
⁊ vult ꝙ vtrũqȝ mēbrum ſit ꝯcedendum ſm vnum modũ
⁊ negandũ ſm alium. ⁊ hoc dupl'r. pōt enim dici ꝙ genera
tio eſt ex ente ⁊ ex nō ente dupl'r. ex ente per accñs hoc eſt
priuatione. que di non ens per accñs: ⁊ ex non ente per ſe: h
eſt ex forma: ſed ex p̃uatione que eſt non ens per ſe. Scdo
pōt dici ꝙ gñatio eſt ex non ente potentia vtpote mã: ⁊ ex
nō ente actu. q2 mã eſt ens potentia ⁊ non ens actu. Debes ſcire ꝙ priuatio di ens ⁊ nō ens. di quidem ens per ac
cidens pro quanto accidit enti: hoc eſt mãe que eſt ens. di
ꝟo nō ens per ſe pro quãto nullã hȝ entitatem formalem:
ergo qui dicit generationem fieri ex priuatione: dicit illam
fieri ex ente vno mō: ⁊ ex non ente alio modo. ⁊ ex ente per
accñs: ⁊ ex non ente per ſe. Amplius materia di ens ⁊ nō
ens. di qdem ens potentia: non ens ꝟo actu. ergo qui dicit
generationē fieri ex mã ꝯcedit gñationem fieri ex ente ⁊ ex
nō ente. ex ente qdem potētia: nō ente ꝟo actu. Secũdo
debes ſcire ꝙ ſolutio accepta a priuatione differt a ſolutio
ne accepta a mã: q2 gñatio fit a priuatione tanq̃ȝ a termino
a quo: a mã ꝟo tanq̃ȝ ex ſubiecto. Sed vtraqȝ ſolutio ſatiſ
facit qōni. Ingt. qm̃ autē duplex eſt ens vtpote potentia ⁊
actu vel per ſe ⁊ per accidens trãſmutat̃ oĩo. ſ. compoſitũ
ex potentia ente vtpote mã in actu/ens vtpote in formam.
Cuius exemplum ſubſcribit. d. vtpote ex potentia albo in
actu album. Silr aũt ⁊ in augumēto ⁊ decremento trãſmu
tatur ex potentia magno in actu magnuȝ: ⁊ ponit exempla
in accñtibus vt ſolutio ſit aptior. Tunc ſoluit ad formam
qōnis ⁊ inquit: quare non ſolũ ſm accñs ꝯtingit fieri ex nō
ente. ⁊ hic dedit itelligere p̃mam ſolutionē. ſed ex ente fiũt
oia potentia quidem ens nō ente ꝟo actu: hoc eſt ex mã q̃
dicit̃ vtroqȝ modo. Et ſic pȝ ſolō queſtionis.

Quomodo declarauit.] Epilogat ⁊ ponit intentioneȝ par Cō. 8m.
tis in vli ⁊ in particulari. epilogando dicit eſſe declaratum
ꝙ p̃ncipia ſint ſubſtãtie. i. predicata eſſentialia ꝯtrarioruȝ:
q2 oē ꝯtrium eſt p̃ncipium ⁊ non ecōuerſo. hic eſt epilogus.
Intentio ꝟo eſt declarare mãm ⁊ eſſentiam mãe: ⁊ hoc in
vli. In pticulari ꝟo declarabit qualr ens in ſingulo p̃nto di
uiditur in duo. ſ. in actu ⁊ potētia. [Et Alexander.] Sol
uit queſtionem. nam poſſet dicere qs Ariſto. eſt valde bre
uis: ergo diminutus. Reſpondet Alexander vt refert Auer
rois ⁊ dicit. ꝙ hoc declaratuȝ eſt in tractatu 9° ſufficientius
in quo loqtur de potentia ⁊ actu: ⁊ ideo nō curauit hic diffu
ſe dicere. [Et intelligebant.] Et qs dicet. quid intelligit Ale
xander per illum ꝓnomen hoc: Rñdet Aũ. ꝙ non intelli
gebat per illud ꝓnomen hoc referre ꝙ illa diuiſio ſit poſi
ta in 9°. ſed intelligit duo. vȝ. ꝙ in 9° ſit dictum qũo potētia
precedit actum: ⁊ quot ipoſſibilia contingunt negantibꝰ po
tentiam eſſe: ⁊ eam eſſe ſimul cum actu. [Et hoc.] Con
tra. nulla ſcia ꝓbat ſuum ſubm eſſe. Rñdet ꝙ non ꝓbauit
illic potētiam eē: ſed ad ꝯfirmandum q2 potētiam eē eſt ꝑ
ſe manifeſtum. [Et cum poſuit.] Accipit nũc vnam ſup
poſitionem ad declarandum intentum. vȝ. ꝙ oĩs trãſmuta
tio eſt ex ente potētia ad ens actu nulla ſpecie trãſmutatio
nis: id eſt nulla ſpecie motus veri: h declarat inductiue in
generatiōe: corruptione: ⁊ alteratiōe. [Et intēdebat.] Quia
qs dicere poſſet qũo ens actu fit ex ente potentia: an eiuſdē
generis an diuerſi: Et ꝙ oē ens actu fit ex ente potētia eiuſ
dem generis ⁊ eiuſdem p̃nti ⁊ non alterius. [Et quia hoc.]
Nunc ponit defectũ antiquoꝝ ⁊ tria facit. p° ponit erro
rem eoꝝ. 2ª ibi [Et mouit eos.] Ponit argumentum eorũ.
3ª ibi [Et cũ poſuit ꝙ generatio.] Soluit qōnem dupl'r vt
diximus in lr̃a ⁊ ſmo eius pȝ. [Fecit igit̃.] Hic ſoluit qōnē
quãdam. nam videt̃ Ari. valde breuis: ⁊ non declarat qũo
gñatio fiat ex ente. Rñdet Aũ. ꝙ hic loqtur non principali
ter ſed rememoratiue: ⁊ ideo ipſe copioſe declarat quo mō
ex ente per accñs ⁊ ente per ſe generatio fiat ⁊ ſermo eiꝰ pȝ.
[Et Alexãder.] Nunc colligit qōdam verbum Alexandri
hic ⁊ reducit id ad ſuum propoſitum ⁊ totum patet.

Et hoc eſt Anaxagore vnũ. Dignius
eniȝ eſt q̃ȝ ſimul omnia. ⁊ Empedo
clis miſtura ⁊ Anaximãdri: ⁊ vt De
mocritus aut nobis erant omnia po
tentia: actu ꝟo minime. quare materiam vtiqȝ
erant tangentes.

UVA. BHSC. IyR_143_1

De principio mali poſitiões.

C De principio mali apud antiquos fuerunt tres ſecte: que oẽs ꝯueniunt in quodã: ⁊ differũt in quodam. Conueniunt qdem in hoc ꝙ pñm mãle ponunt ens: ⁊ potẽtia aliquomõ. ens qdẽ qꝛ oẽs cõueniũt ex nihilo nihil fieri. potentia ꝟo qꝛ res factas nõ ponũt oino pceſſe in illo pncipio penit⁹ eodẽ mõ ſicut ſunt in effectu: qꝛ tũc gnõ eſſet ſupflua. Differunt ꝟo circa hãc potẽtiã. nã Anaxagoras ponit quodã vnum chaos: ⁊ dicit in illo ɔtineri oia actu entitatiuo: nõ tñ omnia actu effectuali. ⁊ ſic dicit id eſſe in potentia non ad formas: ſed ad exitus in effectu formaꝝ. Empedo. ꝟo ⁊ Anaximander ſil'r dicũt pñm mãle eſſe ens: qꝛ dicunt eſſe quãdã miſturã: ſed eſſe in potentia nõ ad eſſe: qꝛ ibi oia ſunt ſed ad ordinẽ mẽbroꝝ. Democritus ꝟo dicit potentiã illã eẽ ad eẽ: qꝛ ponit corpa athomalia eſſe pmũ pñm mãle ⁊ in eo eẽ potẽtiam ad eſſe per ɔgregationẽ. Ergo Anaxagoras dicit potẽtiam illaꝫ eſſe ad effectus. Empedo. ⁊ Anaximander: dicũt potentiam illam eſſe ad ordinẽ. Demo. ꝟo potentiã ad eſſe dicit. ergo in duobus cõueniunt. qꝛ ponunt pncipium materiale eſſe ens ⁊ potentiaꝫ: ſed differunt in mõ ponẽdi id pncipium ⁊ illã potentiam. C Ex ħ pꝫ qualiter omnes tetigerunt mãm: qꝛ cũ Ar. eam poſuerunt aliquo mõ ens. ⁊ cũ eodem conceſſerunt potentiã aliquo modo ad formã. Sed defecerũt qꝛ id pncipiũ poſuerunt ens actuale: ⁊ qꝛ potentiam non ponunt ſimpl'r ad formã ſed ad ɔditiones formarum. ⁊ hec dicit: ⁊ hoc. ſ. materia noſtra eſt id vnũ Anaxagore qd chaos vocat. Subaudi ⁊ hoc vnũ noſtrum eſt meli⁹ illo vno Anaxagore: dignius eniꝫ eſt ꝙ ſimul oia qd chaos dr: vel ſil'r oia. Idem eniꝫ ſunt: ⁊ hec noſtra mã ſil'r eſt miſtura Empedoclis ⁊ Anaximãdri: ⁊ hec noſtra materia eſt vt Democritus ingt in carmine erãt oia potẽtia actu ꝟo minime. mã enim hꝫ cum his tribus ɔuenientiã in duobus: qꝛ ens: ⁊ qꝛ in potẽtia: ppea ɔcludit qre mãm vtiqꝫ erant tangentes: ſꝫ nõ potuerunt venire vſqꝫ ad ſummũ illius.

Cõ.9m C Uult declarare.] Sex facit in cõmento. pmo enim ponit intẽtionẽ ⁊ epilogũ pdictoꝝ. 2a ibi [⁊ iſtã nãm cõtra declarata.] Ponit opinionẽ Anaxagore ⁊ cõparationẽ illius opinionis ad illã Ar. 3a ibi [Et iſta mã.] Idẽ facit de Empedocle [⁊ ponebat iſte.] Idem facit de Anaximandro. 4a ibi [Democritus omnia.] Idem ⁊ de Democrito 5a ibi [dicit Alexander.] Docet moduꝫ quõ Ar. correxit ꝟbum Democriti: 6a ibi [⁊ nã veritatis.] dat intelligere quãtã vim habeat veritas ⁊ quo approximarit ſũt veritati. ⁊ oia que dicit ſũt manifeſta per ſe. Debes tñ pmo ſcire ꝙ ex cõmẽto ⁊ textu põt colligi bonũ argumentuꝫ ɔtra Auicennã. tenebat enim Auicenna oia elementa manere in miſto actu ⁊ formaliter ſꝫ poſuit ea non habere ibi eſſe liberum. qꝛ ſolum qualitates ſunt remiſſe. modo ex ꝟbis Ar. põt argui ꝙ data poſitione Auicenne ex miſto nõ poſſe ꝑpria generatione generari elementum: qꝛ vel elementum qd prefuit: vel qd nõ ꝑfuit. Si qd prefuit: ergo eſt alteratio: ⁊ non ſimplex generatio. Si qd non prefuit: quare elementum nõ prefuit actu in miſto. ⁊ hoc eſt fortiſſimum argumentum. 2o debes ſcire ꝙ Democritus dixit omnia eſſe in potentia. Ar. autem adijcit / actu ꝟo non. Sed quo modo ſit iſtud ſecundo de generatione viſum eſt.

Cõtra aui cẽ. de miſtura.

Omnia ꝟo mãm hñt quecunqꝫ tranſmutant: ſed aliaꝫ ⁊ ſempiternoꝝ quecũqꝫ nõ gñabilia: mobilia aũt latione: iteꝝ nõ generabilẽ habẽt: ſꝫ vñ quo.

C Concluſit mãm eſſe ⁊ ipſam eſſe in potentia ſubiectum ⁊ per teſtimonium veterum: nũc remouet. q. dictum eſt enim mãm eſſe ſubm in potentia ad ambo hoc eſt ad formam ⁊ ad priuationem. ⁊ ꝙ oia ſenſibilia habent mãm eiuſmodi. C Cõtra. nã corpa celeſtia ſunt corpa ſenſibilia: ⁊ tamẽ nõ habent potentiã ad ambo. qm̃ ſunt ſempiterna. C Rñdet ꝓcedendo aſſumptũ. ſ. ꝙ oia corpa ſenſibilia hñt mãm: ſed potentia dr analogice. nã mã celeſtiuꝫ corpoꝝ eſt potentia ad formã loci ⁊ ad ꝑuationẽ loci. mã ꝟo gñabilium eſt potentia ad formã ſubalẽ ⁊ ꝑuationem ſube: vtraqꝫ ğ mã eſt potentia: ſed celeſtis eſt potẽtia ad ambo accidentia. Generabilium ꝟo ad ambo ſubalia inquit. [Omnia ꝟo mãꝫ habent quecunqꝫ tranſmutant.] Qm̃ in omni motu opꝫ intelligere ſubm ⁊ ſic cõcedit aſſumptum. [Sed quecunqꝫ non generabilia: mobilia aũt latione tm̃.] que [et.] de numero. [ſempiternoꝝ.] ſunt. [habent ⁊ aliã.] hoc eſt dictum equoce. [verum nõ gñabilem.] hoc eſt in potentia ad terminos gñonis. [Sed vñ quo.] id eſt in potẽtia ad terminos mot⁹.

C Et ſi oia.] Ponit quandã gñalem ꝓpoñẽ ⁊ differẽtiã iter mãm ⁊ fundamentum. [Differentiarũ.] Generalis qdeꝫ ꝓpoſitio eſt: oia ſenſibilia habent mãm. differentie ꝟo materiarum ſunt due. nam eternoꝝ mã eſt in actu: qꝛ omne qd mouet eſt ens in actu. generabiliũ ꝟo mã eſt in potentia: qꝛ omne qd generat eſt in potentia. Scda dr̃ia: materia eternorum eſt in potẽtia ad terminos oppoſitos accidẽtales in motu: mã generabiliũ eſt in potentia ad terminos ſubſtantiales. Fundamẽtum aũt eſt. qꝛ mãe differunt ſm differentiam motuũ qbus ſubijciunt: ⁊ per habitudines ad diuerſas formas. [Et ideo qd.] Corollariũ eſt ꝙ nullum traſmutabile qd eſt eternũ hꝫ mãm in potentia: vult dicere ad terminos ſubſtantiales. ⁊ hoc ſubſcribit cum dicit [quaſi dicat ⁊c.] ergo mã cum eſt non eſt in potẽtia ⁊ eſt in potentia: nõ eſt in potentia qdem ad terminos ſubſtantiales. eſt ꝟo in potentia ad terminos accidẽtales. [Et ex hoc.] Hic colligit peccatum Auicenne ⁊ pmo ꝓponit hoc contra Auicennaꝫ ⁊ inquit. ⁊ ex hoc videt corpus celeſte non habere potẽtiaꝫ diuiſibilem. i. formã extenſiuam ſm diuiſioneꝫ corporis. ſ. formã mãleꝫ. [Nam ſi.] Hoc arguit ⁊ vtitur ſyl'o hypothetico ſic. ſi celum haberet formã diuiſibilẽ ad diuiſionẽ ſubiecti: in eo eſſet mã que eſſet in potẽtia ad terminos ſubſtãtiales. deſtruit ɔñs. d. ⁊ iam declaratum eſt ꝙ nullum eternum hꝫ potentiam vt corrumpat 2o celi ⁊c. ergo oppoſitũ antecedentis. deinde ſubſcribit peccatum Auicẽne ⁊ patet. Cõ.10m.

C Sed ɔtra. Qm̃ ſuba celi ſubijcit motori: ergo põt recipere illum: põt recipere: ergo in ea eſt potentia ad ſubſtantiã. Dubitatõ Solutio.

C Rñdeo ꝙ ſba celi eſt in potẽtia ad motorem ⁊ per ɔñs dici põt. ſubm ⁊ mã reſpectu illius. Sꝫ hec potentia eſt ſm dimidium ɔtingentis hoc eſt ad eſſe tm̃: ⁊ non ad vtruqꝫ. ſ. ad eſſe ⁊ non eſſe. Tu ꝟo vide dicta noſtra in libro de celo: vbi de materia celi diffuſe diſputatũ eſt. Qual' potẽtia in celo.

Dubitabit aũt aliqs ex quali nõ ente eſt generatio: tripliciter eniꝫ nõ ens. Si itaqꝫ eſt aliqd potentia: tñ nõ ſimiliter ex quocũqꝫ: ſꝫ alterum ex altero: neqꝫ ſufficiens: qꝛ ſimul res oẽs: differũt eni mã: qm̃ quare infinita facta ſunt: ſꝫ nõ vnũ. Intellectus enim vnus: quare ſi mã vna: illud factũ eſt ⁊ actu: cuius ⁊ materia erat potẽtia.

Dubitatõ Ariſto.

C Mouet circa dicta Ariſtoteles. q. nam accepit gñationeꝫ eſſe ex non ente ad ens. 2o querit quõ gnõ ſit ex non ente. Inquit / dubitabit aũt aliqs ex quali nõ ente ſit gñatio. reddit cãm. q. dicẽs. tripl'r enim nõ ens: ⁊ nõ expreſſit: qꝛ phyſice auſcultationis ſatis dixit. Ibidem enim dixit nõ ens qñqꝫ ſumi pro nihilo ſimpl'r: ⁊ hoc modo vocat priuatio totientis oino. qñqꝫ pro ꝑuatione forme tñ: que qdem eſt ens ꝑ accidens pro quãto accidit enti. ſ. mãe. qñqꝫ ſumit ꝑ ente in potẽtia: ⁊ ſic materia dr nõ ens: eo qꝛ non eſt ens in actu. Ideo eſt dubitatio ſatis rationabilis. triplici enim nõ ente accepto

UVA. BHSC. IyR_143_1

accepto.ex quali triū eſt gñatio.[ Si itaqꝫ ]dubitationē apð
me non ſoluit quia vult eſſe ſolutam ex p̄mo auſcultatiōis
phyſice.vꝫ.ꝙ generatio fit ex non ente dupl'r.i.priuatiōe ⁊
mā:nō autem ex nō ente ſimpl'r.Sed ſoluit aliaꝫ.q.incidē/
tem ad principalem ſolōnē:qa ſi generatio fit ex nō ente.ſ.
ex mā.ergo quodlibet fit ex quolibet.❡ R̄ndet ꝯcedēdo
antecedens ⁊ negādo ꝯñs.d.Si itaqꝫ eſt aliqd potētia ſub/
audi ex quo fiunt gñationes:tñ nō ſimil'r qðlibꝫ fit ex quo/
cūqꝫ:ſed alteruꝫ.ſ.determinatū ex altero.ſ.determinato: co
qa lꝫ omnia generabilia conueniant in vno p̄ncipio cōi ma
teriali:nō tñ in ꝓximo:imo differunt in materijs proprijs.
[ neqꝫ ſufficiens. ]refellit.q.Anaxagore ad.q.ſcðam.R̄ndet
enim Anaxagoras ꝙ ideo gñata ſunt multa:quoniaꝫ lꝫ mā
ſit vna:in ea ſunt ſimul oia.ꝓpterea qñ gñatur aliquid ge/
neratur ex ſuo cōpari.❡ Contra arguit dupl'r.p̄ qa ſuppo/
nit falſum.mā enim non eſt vna oium:qð itelligit de proxi
ma.2° qa nō poſſet reddere cāꝫ:quare oia generabilia ſunt
multa:imo deberent eſſe vnum qa agens vnū:⁊ mā vnuꝫ:⁊
per ꝯñs factum vnū.d.neqꝫ ſufficiens.ſ.dicere qa ſimul res
oēs ſint:nam hoc videt̄ falſuꝫ:differunt eniꝫ mā.❡ Scðo
arguit.Qm̄ ꝑꝑ quid infinita facta ſunt:ſed nō vnū:quod vi
detur debere eſſe.Intellectus eni vnus qui eſt motor oium
apud ipſum:quare ſi materia vna illud factum eſt actu:cu/
ius ⁊ materia erat potentia:⁊ per conſequens vnum:agens
vnum:⁊ potentia vna.ergo factum vnum.

Cō. 11m. ❡ Vult. ]Preponit intentioneꝫ in vl'i ⁊ in particulari:in ge/
nerali qdem:qm̄ Ariſt.intēdit declarare ꝙ mā ſit vna po/
tentia tñ ⁊ habitudine ſit plures:⁊ ꝙ quodlibet ens miſtū
cum mā cōmuni hꝫ per mām ꝓpriā determinatā nām.In
ſpeciali ṽo qa ſoluit qōneꝫ ⁊ ſermo patet.[ Et qūo poſuit. ]
Hic ſoluit qōnem ⁊ videt̄ ꝙ nō ſoluat.q.principalē:ſꝫ aliā
Digreſſio que accidit illi ſolōni:vt diximꝰ in textu.[ Et dixit hoc. ]Di/
gredit̄ ⁊ ideo debes ſcire ꝙ materia eſt vna ſubto ſimpl'r:
⁊ per ꝯñs vna ſibi ineſt potentia:que eſt ſuum accidēs:naꝫ
non poteſt eſſe ſubiectuꝫ vnum:⁊ ꝓpria accidentia plura ⁊
hec potentia eſt vna oium ſicut mā eſt vna oium.eſt etiam
eterna ſicut ⁊ materia eterna.Sūt tamē in mā multe habi/
litates de nouo:quas noui vocāt potentias reſpectiuas:que
non eterne ſunt materie:ſed noue.per potentiā enim cōem
primo materia recipit elemēta:poſt elementorū receptiōeꝫ
ipſi materie accidit quedā noua habilitas cōtrahēs māꝫ ad
hanc formam ſuſcipiendā magis ꝗ̄ ad hanc.Receptis ṽo
formis conſimilibus emergit quedā alia potentia plus cō/
trahens:⁊ ſic mā eſt vna:potentie ṽo noue ſunt multe:que
differunt per ordines ad diuerſos actus:⁊ ꝑꝑ miſtiones di/
uerſas:⁊ hoc declaratū fuit primo phyſicoꝝ.[ Et qa antiq. ]
❡ Hic oſtendit qūo antiqui ſm̄ eorum poſitiones de mā
nō poſſunt ſaluare gñationē nec entiū multitudinem.⁊ pri/
mo oſtēdit hoc in poſitione Anaxagore.2ª ibi[ ⁊ ſimile con
tingit. ]Oſtendit idem in poſitione Democriti.3ª ibi[ ⁊ qūo
dixit. ]applicat totū verbis Ariſtotelis:⁊ ſermo eiꝰ eſt ꝑſpi
cuus:eſt enim ex textu manifeſtus.[ Et intendebat. ]❡ De/
ductio Auerrois fundatur in tribus propoſitionibus. p̄ma
eſt ꝙ Anaxagoras nō poſuit formas latitare in materia ſꝫ
diuerſas diſpoſitiones:quia iam ibi eſſent abſtracte:ſtatim
enim quādo materia diſponit̄ reſpectu vniꝰ forme:illa for/
ma reducit̄ ad lucem.2ª ꝓpoſitio ab vno agente re ⁊ rōne
prouenit vnum tm̄.3ª ꝓpoſitio eſt ꝙ vel Anaxagoras po/
ſuit vnū agens re ⁊ rōne eſſe cām oium:vel poſuit ſolā ma/
teriam eſſe ſufficienteꝫ.Ex his habetur propoſitum,nam ſi
forme ſint diuerſe in materia:vel ſunt ab ipſa mā tm̄:vl' ab
agēte tm̄:vel diſpoſitionibus diuerſis:⁊ quicqd dicit̄ pꝫ eē
falſuꝫ.Anaxagoras ergo non potuit ſaluare entium plura/
litatem.Debes ſcire ꝙ propoſitio Ariſt.eget tribus condi/
tionibus.p̄ma in agente proximo,ſcða mediāte diſpoſitio/
ne vnica.tertia in agente naturali.Eſt ergo propoſitio vni/ Ab vno agēte ꝓue/nit vnuꝫ.
uerſalis ab agente vno proximo mediāte vnica diſpoſitio/
ne:⁊ ipſo exiſtente naturali in paſſum proximū ⁊ vnica diſ/
poſitione ⁊ naturali effectus eſt vnus.

TRes itaqꝫ ſunt cauſe:⁊ tria principia
duo quidem contrarietas:cuius hoc
qdem ratio:⁊ ex quo ⁊ ſpecies:illud
ṽo priuatio:tertiū ṽo materia:poſt
hec qð non ſit materia nec ſpecies. Dico autē
vltima. Omne nāqꝫ trāſmutat aliqd:⁊ ab ali/
quo:⁊ in quid:a quo quidem primo mouēte:
cuius ṽo mā:in quod ṽo ſpēs. In infinitum
ergo ſunt:ſi non ſolum ęs fit rotundum:ſed ⁊
ipm rotūdū aut ęs:neceſſe eſt itaqꝫ ſtare.

❡ Vult nūc de forma agere:⁊ primo quaſi que dixerat:epi
logat.⁊ inquit.Tres itaqꝫ ſunt cauſe:⁊ tria p̄ncipia:qð expo
nit.d.duo quidem ꝯ̄rietas.i.duo ꝯ̄ria:cuius ꝯ̄rietatis h̄ qui/
dem eſt ratio more peripatetico.⁊ ex quo more Anaxago/
re.⁊ ſpēs more Platonico.forma eni his tribꝰ modis dr̄.Il
lud ṽo priuatio.hec enim duo ſunt extrema cōtrarietatis.
3m ṽo his ſubiectū mā.Hic igit̄ eſt epilogus.ſed dices qūo
ſunt tres cauſe imo tria ſunt p̄ncipia ⁊ quatuor cauſe. vt 2°
phyſicoꝝ dicit̄.Dicēdū ꝙ veꝝ eſt q̄tuor eſſe cauſas:ſꝫ ipſe
loqtur in ꝓpoſito.q.d.in ꝓpoſito noſtro tres ſunt cāe:⁊ tria
p̄nª.Simpl'r ṽo cauſe ſūt plures.[ poſt hec. ]nūc de forma
tractaturus accipit quoddā cōmune forme ⁊ māe:⁊ eſt for
ma prima ⁊ mā p̄ma:vel qð ideꝫ eſt forma vltima ⁊ mā vl
tima ſunt ingenerabiles ⁊ incorruptibiles.⁊ ſyllogiſmus eſt
cuiuſlibꝫ generati eſt aliquod in quo a quo ⁊ in quod:ſꝫ ma
terie ⁊ forme non ſunt in quo a quo ⁊ in qð:ergo nō ſunt ge
nerate:accipit maiorem ⁊ ꝯcluſionē:⁊ inquit poſt hec acci/
piendum ꝙ nō ſit mā:neqꝫ ſpecies:dico auteꝫ vltima.Qm̄
mā compoſita ⁊ forma cōpoſita fiunt.ſed non ſunt vltime.
hec eſt ꝯcluſio ſyllogiſmi.Deinde ſumit maiorem.d.omne
nāqꝫ tranſmutat aliquid:⁊ ab aliquo ⁊ in quid.i.cuiuſlibet
tranſmutati tria ſunt ſubiectū in quo:agens a quo:⁊ forma
in quam.hec eſt maior:⁊ ſubdit.d.a quo quideꝫ ſubaudi eſt
vt a primo mouente:cuius ṽo.i.in quo ṽo eſt mā: in quod
ṽo eſt ſpecies.hec eſt maior:⁊ maioris expō:ſubticuit autē
minorē:ſed ponit illius ꝓbationē ꝑ ipoſ'e.⁊ inqt. In infini/
tum ḡ ſunt ſi nō ſolū ęs.i.mā fit rotūdū:ſed ⁊ ipm rotūduꝫ
aut ęs fiant.q.d.ſi mā fit ⁊ forma fit:tūc materie eſſet mā ⁊
forma forme:⁊ ſic ad infinituꝫ:neceſſe itaqꝫ ſtare.Ex his ꝑ/
ſpicuū iā cōiter qualiter mā vltima ⁊ forma vltima ſint in/
genita ⁊ incorrupta:⁊ h̄ eſt p̄mū demōſtratū de forma.
❡ Cum declarauit. ]Primo epilogat oia declarata. 2° ibi[ ⁊ Cō. 12m
cum oia iſta. ]exponere incipit textum ⁊ totum patet.[ For/
ma non generat̄ neqꝫ mā. ]Auerroes accipit hanc ꝓpōneꝫ
compoſitū generat̄:⁊ neqꝫ forma:neqꝫ mā.p̄mo ꝓbat ꝓpo
ſitioneꝫ vt fecimus in lr̄a.2° ibi[ ⁊ hoc qð dixit. ]exponit il/
lam:⁊ quoſdaꝫ terminos textus:⁊ totus ſermo eſt ꝑſpicuus.
❡ Circa hec dubitabis.An forma vel compoſitū per ſe ge
neretur.Dico aūt de forma vltima:qa de forma miſta vel
compoſita nihil ꝓhibet.In iſta difficultate cōis poſitio eſt
ꝙ compoſitū p̄ ⁊ per ſe generat̄:capiēdo p̄mo ⁊ per ſe vt dī
cit cauſalitatem:⁊ ſic in qð generatur ⁊ forma per ſe primo
in quo.Utitur autē hec poſitio pluribꝰ argumentis.⁊ preci/
pue propoſitione Ariſt.in litera.⁊ pro hac parte ſunt aucto/
ritates infinite per Auerroem inducte.vt 7° prime philoſo
phie cōmentis.22.26.27.31.33.⁊ 8° metaphyſice.cōmento
3° ⁊ alibi pluries.vnde 7° huius dicit forma nō eſt gñabilis
neqꝫ corruptibilis niſi per accidēs:⁊ ſimil'r eſt de mā.gene/



UVA. BHSC. IyR_143_1

rabile enim ⁊ corruptibile in rei veritate eſt indiuiduũ cõpoſituz ex forma ⁊ materia. hec ipſe cõmento. 23. Põ ꝑpa. ¶ Uidetur autẽ mihi dicendum eſſe de mente Auerrois ꝙ forma ſimplr ⁊ primo generatur. compoſitum ỽo per accñs: ⁊ hͦ declaro ex dictis eius: nam gñatio ꝓprie ⁊ pͥmo eſt ad eſſe. eſt enim tranſmutatio de non eẽ ad eſſe. 5. phyſice auſcultationis. Sed id qđ vere eſt: actus eſt: vt dicit Auer. in. 7. commento ſcđi de aĩa: quare proprie ⁊ principaliter forma generatur. ¶ Amplius corruptio ⁊ generatio habent fieri circa idem: ſed corruptio eſt forme pͥncipaliter ⁊ pͥmo vt Auerroes inqͭ pͥmo phyſice auſcultationis cõmẽto. 68. ergo ⁊ generatio habet eẽ circa formã. Adhuc ꝑpter qđ vnũquodqȝ tale ⁊ illud magis. ſed compoſitũ generaẗ ꝑpter formã. ꝰ ⁊ forma magis. Rurſum id gñaẗ qđ extrahiẗ de potentia ad actum: ſed forma ſola extrahitur de potentia in actum: ⁊ cõpoſitum ratione forme: vt. 8. metaphyſice cõmento. 15. ⁊. 7. metaphyſice cõmento. 31. ⁊ infra cõmento. 18. ergo forma generaẗ principaliter. Poſtremo cõpoſito nullũ correſpõdet eſſe preter eſſe forme apud Auerro. 7. huius. eo ꝗa compoſitum non dicit tertium eſſe. forma enim totius ⁊ forma partis idem ſunt apud ipſum ꝗa materia nõ eſt pars quidditatis. ergo cõpoſito nõ correſpondet generatio alia a generatione forme: ⁊ ſic per ſe ⁊ pͥncipaliter forma generabitur. he rationes nõ ſunt demõſtrationes: ſed ſunt ſatis probabiles ⁊ mihi bone ſicut ⁊ oppoſite aduerſaryȝ ſunt ꝓbabiles. Sed ꝑpter rõnes oppoſitoruȝ debes ſcire ꝙ generatio eſt ad eẽ: aliquid aũt eſſe eſt duplr: vel vt per ſe exiſtẽs: vel vt per ſe ſubſiſtens. id qđ per ſe exiſtit: qđ eſt ⁊ alia ſũt propter ipſum: ⁊ hoc modo forma per ſe exiſtit. id ỽo ꝑ ſe ſubſiſtit qđ eſt ⁊ nullius pars eſt: ⁊ ſic compoſitũ per ſe ſubſiſtit qm̃ eſt ⁊ nullius neqȝ ps neqȝ accñs eſt. Tũc pȝ ꝙ forma principaliter generaẗ vt per ſe exiſtẽs. ⁊ hoc mõ rationes mee ſunt probabiles. Compoſitũ ỽo principalr gñaẗ vt per ſe ſubſiſtẽs. ⁊ hoc mõ ſonant rationes ⁊ auctoritates oppoſite partis: ⁊ ſic perſpicuum quo modo forma ꝑ ſe generatur ⁊ per accidens: ⁊ ſic compoſituȝ per ſe generaẗ ⁊ ꝑ accidens. aliter tamẽ ⁊ aliter: ⁊ ſic de queſtione.

Poſt hec ꝗa quecunqȝ ex vniuoco fit ſubſtantia: nã ⁊ que nã ſunt ſubſtãtie ⁊ alia. Aut enim arte: aut natura fit: aut fortuna: aut caſu. Ars quideȝ igitur: principium eſt in alio. natura autem principium in ipſo. hõ nãqȝ hominem generat: relique ỽo cauſe: horum priuationes.

¶ Proponit Ariſt. hanc cõcluſionẽ. oĩs ſuba fit ab vniuoco. dico omnem ſubam fieri ab vniuoco: taȝ de nãli ꝙ arte facta. Sed quo accepit cõcluſionem hanc: difficile eſt: põt tñ dici ꝙ hec de cauſa accepit hanc: ꝗa dicitur cõpoſitum generari. ⁊ ideo poſſet dici ſi cõpoſituȝ generaẗ: qũo generaẗ an ab vniuoco vel qũo: vel forte hec eſt maior 2ᵉ ratiõis hͦ modo. vȝ. omne qđ generaẗ generatur ab vniuoco: forma ⁊ mã vltime non generantur ab vniuoco: ꝰ nõ generanẗ. ⁊ ſic hec videtur 2ª rõ: teſtaẗ aũt huic modus loquendi Ariſtotelis qui dicit. [Poſt hec ꝗa.] Hoc aũt denotat hic velle tãgere ſcđam rõnem. Et forte nullus ante me inſpexit ad hec ⁊ valde conſonat textui greco. dicit enim meta tauta: qđ nõ conſueuit ponere: niſi quãdo ꝯtinuat plures rõnes ad ideȝ. primo ergo accipit maioreȝ. ⁊ inquit. Poſt hec ꝗa quecũqȝ ſubſtantia fit ex vniuoco ſubaudi fit: loquor auteȝ hic ample. q. d. de ſuba: nam ⁊ que nã ſunt ſubſtãtie ⁊ alia. i. ⁊ q̃ nõ ſunt a nã: ſed arte. q. d. ſumo in maiori ſubam large prout ſe extendit ad nã factum ⁊ ad arte factum. Subiicuit aũt minorẽ: que deberet eẽ: ſed forme ⁊ mã vltime nõ fiũt ab vniuoco: quare non generanẗ: ſed ꝗa minor ⁊ concluſio ſunt ꝑſpicue: conuertit totum ſermoneȝ eius ad maiorem: ⁊ ꝓbat illam ibi [aut enim.] ⁊ videtur ꝙ ſua ꝓbatio ſit inductio: ꝗa res poteſt fieri quatuor modis: vel natura: vel arte: vel fortuna: vel caſu horum quatuor ſunt duo boni ⁊ reliꝗ ſunt priuatiões. Modo cõſtat ꝙ nã factũ fit ab vniuoco: vt homo ab homine: ⁊ arte factũ ſimiliter. nam domus in re fit a domo in mente. relique ỽo cauſe vt fortuna ⁊ caſus non ſunt cauſe ſed priuationes cauſarum: ⁊ ideo non eſt cura ſi que fiunt caſu ⁊ fortuna nõ fiunt ab vniuoco. Inquit. naȝ omne quod fit: aut arte: aut nã fit: aut fortuna: aut caſu. differt ỽo caſus a fortuna: ꝗa caſus eſt natura agens preter itentiõeȝ: ⁊ fortuna eſt intellectus agens preter intentionem. ⁊ apponit incidẽtaliter differẽtiam inter factum arte ⁊ factuȝ nã. ⁊ dicit ars igitur principium eſt in alio. natura ỽo principiũ eſt in ipſo: vt 2ᵒ phyſicoꝝ dixit. Facta diuiſiõe iducit in generatione naturali. ⁊ inquit. homo nãqȝ hominem generat ſubaudi ⁊ domus in mente generat domũ in re. Subiicuit autem exemplum in arte: quoniã in 7ᵒ poſuit exẽplũ de ſanitate. vt dicit Auerroes ibidem cõmento. 23. Et quia induxit in arte factũ ⁊ natura: ne quis credat ipſum eſſe inſufficientem: addit relique ỽo cauſe: vtpote caſus ⁊ fortuna: horũ ſcȝ artis ⁊ nature priuationes ſunt. quia cauſe per accidens: ideo effectus illarũ nõ ſunt ab vniuoco: ⁊ hec expoſitio eſt optima: ⁊ nullus latinoꝝ intelligit locum hunc.

¶ Quo modo declarauit.] Auerroes ponit intentionẽ ⁊ cauſam intentionis. Cõ. 13ᵘˢ Intentio quideȝ eſt loqui de cauſa agente. cauſa intentionis eſt quia compleuit ſermoneȝ de forma ⁊ materia: ⁊ tu vides quo mõ hec expoſitio differt a noſtra ⁊ eſt bona: ⁊ apud Auerroem Ariſtoteles ſumit hanc concluſionem / omne generatum fit ab vniuoco in nomine ⁊ definitione: vt homo ex homine ⁊ equus ex equo: ⁊ ſic de ceteris. Rõnes ꝫ Ariſto. [Et dicit Alexander.] ¶ Contra hanc propoſitionẽ arguit Alexander tribus argumentis. primo / quia animalia ex putri materia orta: naturaliter fiunt: quia neqȝ caſu: neqȝ arte: neqȝ fortuna fiunt. ⁊ tamẽ non ſunt ex ſimili in nomine vel definitione. [Neqȝ etiam.] Secũdo mulus eſt a natura genitus. ⁊ tamen non fit a mulo ⁊ ſibi ſimili in nomine ⁊ definitione. [Quid autem.] Tertio obiicit. naȝ Ariſtoteles facit hanc copulatiuã: que fiunt a natura: fiunt ab vniuoco ⁊ alia que explicat vt arte caſu ⁊ fortuna. ergo videẗ velle ꝙ oĩa facta fiant ab vniuoco. hoc autem lȝ ſit verum in natura ⁊ arte facta: nõ tamẽ in caſu ⁊ fortuna generaẗ: nam hec non fiũt ab agente determinato: ſed ab infinito: vt ſcđo phyſicorum colligitur. [Et forte.] ¶ Soluit ⁊ primo vltimaȝ queſtionem ꝙ lȝ Ariſtoteles acceperit illam vlem omnis ſubſtantia generata fit ab vniuoco: poſt tamẽ in fine textus facit exceptionẽ volens hanc eſſe intelligendaȝ de vere generato: modo que caſu ⁊ fortuna fiunt nõ vere ſunt generata. ⁊ propterea ſermo Ariſtotelis non verificaẗ in illis. ꝙ autẽ hec non vere generenẗ: pȝ ꝗa nõ per gñationes: ſed per priuationes generationis fiunt. i. per defectus ⁊ errores in generatione. per hoc enim ꝙ ſperma ab aliquo accidente impediẗ: generat aliquando manuȝ cum duobus vel pluribꝰ digitis. Et breuiter ad formã dicendum ꝙ genita caſu non ſunt genita: ꝗa lȝ Ariſtoteles vniuerſaliter protulit verbum limitat id in fine. ¶ Confirmat autẽ hanc ſolutionem Alexandri per hoc ꝙ in tractatu 2ᵒ. hoc eſt in. 8. ſatis ample dedit hanc ſolutionem. [Et eſſe.] ¶ Soluit primam queſtioneȝ ⁊ vult ꝙ lȝ genita non fiant a ſimili ſpecie vel nomine: fiunt a ſimili in operatione hoc eſt in virtute. nam generantur a calore ſtellarum qui eſt virtualiter ſimilis genitis illis: ⁊ hoc ſatis eſt. poteſt etiã dici ꝙ quãdo gñatur aliqđ putrefactorum: vtpote veſpa / prius fit quoddã corpuſculũ ſiſe permati quod habet duas partes: alteram quidẽ calidam

que

que eſt velut ſpiritus formatiuus.alteram ꝟo humidaꝫ ex
qua format corpus.Jlle ergo ſpiritus eſt ſimilis animali ge
nito ſaltem in virtute:⁊ de his ample dicemus in cõmẽ.18.
[Dicitur etiam.] ❡ Aliter reſpondet ad.3.q.⁊ eſt ſolũ apõ
quoſdam.volunt enim ꝙ litera non debet legi copulatiue:
ſed ſingulum debet referri ad ſingulum.Intelligitur ergo
ſic ꝙ omne quod fit fit ab vniuoco ſm ſpeciem modi faci
endi ⁊ nõ ſm ſpẽm rei facte.verbi gr̃a.omne quod fit a na
tura fit ab ente nature ⁊ non ab ente artis:⁊ omne qđ fit ab
arte fit ab ente artis ⁊ nõ ab ente nature.Similiter ⁊ de ca
ſu fato ⁊ fortuitu.⁊ ſic vniuerſale verum eſt omne qđ fit fie
ri ab vniuoco ſui gñis ⁊ non ſue ſpeciei.[Ars eſt pñcipiuꝫ.]
❡ Hic ponit differentiam inter artem ⁊ naturam:que dif
ferentia ex declaratione litere perſpicua eſt.[Et cum nõ di
xit.] ❡ Dubitaret forte aliquis.dixit Ariſtoteles generata
generari quatuor modis ⁊ ſubiicuit de genitis voluntate:⁊
ſic videntur quinque modi.Reſpondet ꝙ voluntas redu
citur ad artẽ qa eſt pñcipiũ agendi in alteruꝫ queadmoduꝫ
⁊ ars.agit eniꝫ in potentijs executiuis que ſunt alie ab ea:lꝫ
apud quoſdam voluntas agat in ſeipſam actum volendi:ſꝫ
hoc relinquitur ꝙ non eſt peripateticum.[Homo enim.]
Facta diuiſione inducit nunc ⁊ vtitur vno exemplo.Colli
git Alexander hic ꝙ Ariſto.loquitur in ſuo ſermone de ge
neratis primarie/hoc eſt per ſe ⁊ non de generatis ſecunda
intentione que vocant̃ gñata per accidens ⁊ caſu.Cuius ſi
gnum dat:qa ea que fortuna ⁊ caſu generant̃ vocat genera
ta priuatiue ⁊ non abſolute:⁊ Auerrois primo ponit verba
Alexandri.2ª ibi[⁊ vt dicit Alexander.]exponit verba illa.
[Dixit Alexander.]Aliter reſpondet Alexander ad pmam
⁊ vult ꝙ generata ex putrefactione ſunt caſu ⁊ non per ſe ⁊
ſicut excluduntur a copulatiua.addit tamẽ eſſe manifeſtũ
ex alijs libris ab arte facta fieri ab vniuoco.qa.7.metaphy
ſice cõmento.23.declarauit ſanitatem in re fieri a ſanitate
exiſtẽte in anima medici.[Quoniaꝫ ꝟo mulus.] ❡ Ad 2ªm
de mulo reſpondet ꝙ mulus fit ab vniuoco ſm ſpecieꝫ p
ximã ⁊ non ſm ſpeciem ſpecialiſſimã eo qa aſinus:equus:
⁊ mulus ſunt eiuſdeꝫ ſpeciei ſubalterne ⁊ nõ ſpecialiſſime.
Modera-tio Auer. [Et hoc quod dixit Alexander.]Recitatis expoſitionibꝰ et
queſtionibus ⁊ ſolutionibus Alexan.in iſto loco vult Auer
roes aliqualiter moderare dicta Alexandri.⁊ pmo obijcit:
nam lꝫ artificialia ſint ab vniuoco:tamẽ non apparet ex te
xtu.In textu enim non plus habetur niſi ꝙ ſubſtantie ſunt
ab vniuoco:⁊ cauſa erroris eſt/qa litera non eſt legenda co
pulatiue vt legit Alexãder.ſed illa particula[⁊ alia.]que in
barbara tranſlatione iacet[⁊ illa alia reſidua.]non tenetur
copulatiue.ſed illa particula[et]eſt principiuꝫ noui ſermo
nis cuius appoſitum eſt:⁊ illa alia reſidua aut ſunt artificia
liter ⁊ reliqua.[Et in alia.]Confirmat qa in alia tranſlatio
ne non inuenitur ſcriptum illud artificiale ⁊ ſignũ eſt ꝙ eſt
additum extra.[Et idem.]Tertio qa ſermo iſte ponitur in
7.vbi non ponit illã particulã/artificiale.[Et inuenimus.]
Quarto arguit qa in alio ſermone hec litera copulatur hoc
modo.[Neceſſe eſt vt hoc ſit.]⁊ reliqua vbi poſt non repe
riri verbum illud:ſed ſolum ꝙ omne qđ fit aut fit naturalr̃
aut per ſe.i.caſu.[Et reputo.] ❡ Pro Alexandro arguit et
oſtendit ꝙ litera debet legi copulatiue ſic ꝙ illa particula
[⁊ alia.]vel vt habet barbara trãſlatio[⁊ illa alia reſidua.]
debet legi cum precedẽti ⁊ non ꝙ ſit principium noui ſer
monis:⁊ ſignum huius ponit qa probat̃ illis verbis ſubſcri
bit.[Aut enim.]Modo hec particula enim vel hec parti
cula:quoniã dat intelligere ꝙ ſermo nõ incipit ab illa par
ticula.[⁊ alia.]vel ab illa[⁊ illa alia reſidua.]⁊ certe Alexã
der loquitur iuxta verba greca.hec.vꝫ.que eni natura ſunt:
ſubſtantie ſunt:⁊ alia.vel enim arte ⁊c̃.[Et hoc inuenimus.]
Idem confirmat per tranſlationem Joãnis ⁊ repetit ꝟba
precedentis textus cuꝫ verbis preſentis:vbi patet illa par
ticula.Quoniaꝫ eſſe additam vt reddat cauſam eius qđ pre
ceſſit.[Et qđ plus.]Tertio probat idem qa addit artificia
liter facta:modo cõſtat illa fieri ab vniuoco.hec faciunt pro
parte Alexandri:eſt ergo queſtio ambigua pro vtraqꝫ pte.
[Sed videtur mihi.]Cum queſtio erat ambigua p vtraqꝫ
parte.Auerroes nũc ponit opinionem propriaꝫ ⁊ vult ꝙ p
poſitio ſolum vera ſit in ſubſtãtijs.Quoniã per illud ꝟbuꝫ
[⁊ alia.]quod in barbara tranſlatione habet̃.[⁊ illa alia re
ſidua.]intelligit accidentia.q.d.ſubſtantie fiant a natura et
a ſibi ſimili:⁊ illa alia reſidua.ſ.accidentia fiũt aut caſu aut
fortuna:⁊ hoc pacto vult Auerroes literam eſſe legendam.
❡ Sed ad argumenta nõ reſpondet que erant pro Alexã
dro:poſſet tamẽ dici pro Auerroe negando tranſlatiões:et
hoc quia Alexander habuit falſum textum.Tu ꝟo in his
conſidera.[Et ſm hoc.] ❡ Contra.quia ſi propoſitio Ari
ſtotelis eſſet vera in ſubſtantijs:tunc animalia ex putrefa
ctione orta fierent ab vniuoco. ❡ Reſpondet ⁊ cõcedit an
tecedẽs ⁊ cõſequẽs ⁊ cõſequẽtiam:⁊ hoc probat duabus ra
tionibus.pma/quecũqꝫ fiunt caſu non habent ordinem:ſed
orta ex putrefactione habẽt ordinem:ergo non fiũt caſu.ſe
cunda ibi[Et plura eorum.]Et eſt quecũqꝫ fiunt in tempo
ribus terminatis non fiunt caſu:ſed hec orta ex putrefactio
ne fiunt in periodis terminatis.ergo non a caſu.[Hoc autẽ
quod.]Reprehendit Alexandrũ in alio.quoniam Alexan
der allegauit ſolõnez ſuam de aialibus ex putrefactiõe or
tis in phyſicis:mõ dicit Auer.Alexãdrũ peccaſſe per obli
uionẽ:qa talis ſolutio nõ reperitur in libro phyſicoꝝ.excu
ſat tamen ipſum eo qa forte liber phyſicoꝝ eſt diminutꝰ in
libro eius.Sed hec excuſatio eſt fuga.forte enim Alexãder
intelligit per phĩca omnes libros naturalis phĩe.nam in li
bro de generatione aialium dedit ſolutionẽ illam Ariſtote
les.[Et cuꝫ diximus.]Quia accepit hec aialia fieri ab vni
uoco:exponit qũo.nã Alexander voluit in pma expoſitiõe
ꝙ fiunt ab vniuoco in virtute.ſ.a calore ſolis ⁊ ſtellaꝝ mul
tiplicato in aere.ipſe dicit ꝙ fiunt duplr̃ ab vniuoco:vno
modo(vt dicit Alexãder)a calore ſolis ⁊ aliarum ſtellarũ.
ſecũdo modo a virtute formatiua reperta in particula ſeu
corpuſculo putrefacto.Jmaginatur enim ꝙ ſicut a patre et
matre deciduntur duo ſpermata e quibus fit quoddã cor
pus quod embrio dicitur:ſic a calore ſolis ⁊ ſtellaruꝫ gene
ratur corpuſculum quoddã ſimile embrioni:⁊ ſicut in em
brione eſt pars ſubtilis ſpirituoſa que ſpiritus formatiuus
dicitur ſicut in corpuſculo illo adeſt pars ſubtilis aerea ſpi
rituoſa.ergo duplex eſt vniuocatio:⁊ vniuerſalis qualis eſt
inter calorem celeſtem ⁊ animal id/⁊ particularis reperta
in particulari ſemine.Uirtus autem illa que eſt in corpore
vel in ſemine illo aſſimilatur arti apud Ariſtotelem:⁊ ideo
eſt ſimilis illi genito:⁊ quaſi probat hoc Auerroes:ars gene
rat ſibi ſimile:ſed virtus illa cõtẽta in ſemine eſt ſimilis ar
ti:ergo generat ſibi ſimile.pbat minorẽ.qa nulla videt̃ dif
ferentia inter illa tria:ſed inter virtutem que eſt in corpu
ſculo in ſemine ⁊ arte:niſi in hoc tñ ꝙ illa que fuit in ſemi
ne deciſa eſt a patre ⁊ matre:ea ꝟo que eſt in corpuſculo de
ciſa eſt a ſole tñ:cuius ſignum dicit qa Ariſto.dicit.Homi
nem generari ab homine ⁊ ſole.[Et ideo.] ❡ Corollarium
contra Themiſtiũ.Themiſtius eniꝫ pbauit pro Platone
formas ⁊ ideas eẽ vt ſaluaret generationem aialium ex pu
trefactione ortorum.dicit mõ Auerroes ꝙ nulla eſt pter
hoc neceſſitas:qa talia animalia generant̃ a ſole ⁊ corpuſcu
lo illo loco ſeminis facto.Sꝫ in hoc cõmento adſunt q̃ſtio
nes.pma eſt expoſitoris.Arguit eni calidũ in corporibꝰ iſe
rioribus gñari a ſole ⁊ nõ a calido.ergo ppõ falſa.Amplꝰ
2° celi cõmento.42.Calor cauſatur a motu ⁊ luce:⁊ tñ non
ſunt vnius rõnis.Adhuc in ſubſtãtijs arguit̃.nã 3° de celo



UVA. BHSC. IyR_143_1

cōmento.56.Ponit ꝙ ignis poteſt generari ab igne ⁊ a con
cuſſione lapidū:quādo ergo generabit a concuſſione:certū
eſt ꝙ non generabit a conueniēti in nomine ⁊ definitiōe.q̈/
re propoſitio falſa.Ruſum motor celeſtis corporis efficit
motum:⁊ tñ motus ⁊ motor nō ſunt vnius ſpeciei.¶Circa
hanc expoſitionem Alexāder dedit tres expōnes.⁊ prima
eſt ꝙ debet intelligi in vere genitis ad excludenduz genita
caſu ⁊ fortuna que generantur.qui errores ſcdo de vniuo
catione in forma vel in virtute:⁊ hoc ꝓpter aīalia genita ex/
putrefactione.¶Scda expoſitio fuit ꝙ debz intelligi vni/
uerſaliter in omnibus.ſz ſimilitudo debet eſſe in genere vt
ſi ē ens nāle a nā:⁊ ſi artificiale ab arte ⁊c̈.¶Tertia expo/
ſitio fuit ꝙ dz intelligi in vere genitis ⁊ de vniuocatione in
ſpecie ſpecialiſſima vel ſubalterna:dico in vere genitis:ex/
cludendo animalia ex putrefactiōe ⁊ caſu facta:dico in ſpe/
cie ſpecialiſſima vel ſubalterna ꝓpter gñationem muli ex
his oēs rationes ceſſant.Themiſtius autē vt dicet cōmēto
24.gloſſat ꝓpoſitionē tribus conditionib⁹ ſeruatꝭ.ſ.in agē/
te principali ꝓpinquo:⁊ eēntiali:⁊ tu vide ibidē.Auerroes
aūt videt gloſſare hanc in ſubſtātijs:⁊ videt velle omnem
ſubam fieri a ſibi ſilī.in accidētib⁹ aūt vult ꝓpōnē non hēe
locum.Sz hec ſolō vī falſa.p̄mo ꝑꝑ ignē qui gñat ab igne
⁊ ab excuſſione lapidis.2° videt falſum ga vel intelligit ꝑ
vniuocationē in virtute vel in forma.ſi in virtute erit vni/
uerſalis in oibus.ſi in forma eſt falſa in ſubſtātijs genitis ⁊
putrefactione.⁊ hec videtur maxima ipſi.Adhuc contradi
cit ſibi.ga.7.huius cōmēto.30.dicit propoſitionē eſſe veraz
ſolum in generatis ex patre ⁊ matre.⁊ hoc vult eſſe vniuer
ſaliter in oibus ſubſtantijs:⁊ vtinam eēt ſolō aliqua ꝓ ipſo
que eēt vtilis.forte propter hec recentiores fingunt ꝓpoſi/
tionē eſſe verā in omnibus tam ſubſtantijs q̄ꝫ accidētibus.
Quoniā omne qd̄ fit ab vniuoco fit:vel in forma ⁊ mō eēn/
di forme:vel in forma tm̄:vel ſpecialiſſima:vel generica:vl'
virtute:⁊ ſic conſtituunt gradus quatuor vniuocatiōis:⁊ tu
vide eos.Sed hec ſolō eſt contra textum qui tm̄ videt ve/
rificare in ſubſtantijs.Adhuc etiam caſu videntur fieri ab
vniuoco iſto modo.Et ꝓpterea videt mihi eſſe dicēdū cū
Auerroe.vbi debes ſcire ꝙ Auerroes vult hic per gñatio
nē vniuocam eam in qua effectus ⁊ agens ſunt conueniētia
in forma:ſed formam ſumit tā per gradū a quo ſumit ſpe/
cies q̄ꝫ pro gradu a quo.ſumit genus p̄dicamēti.Tunc ipſe
vult duas ꝓpōnes.prima/ſoluz ſubſtātia generatis ab vni/
uoco in forma predicamēti.hoc eſt dicere/ſolum ſubſtātia
fit a ſuba principal'r.2ª/aliqua ſubſtantia fit a ſilī in ſpecie ⁊
aliqua a ſimili in predicamēto.p̄ma pars pz.7.huius com̄.
30.2ª pars patet in animalibus generatis ex putrefactiōe.
In accidētibus autē non eſt ſic.Qm̄ accidēs pōt generari
ab accidēte ⁊ a ſubſtātia.¶Tūc rn̄det ad argumēta ꝯtra
hoc.primuz tollit eo ga ignis gñatur principal'r a ferro ⁊ a
lapide ſz diſpoſitiue a motu.¶Ad 2ªᵐ dd̄z ꝙ itelligit vni/
uocationē forme p̄nti ⁊ nō forᵉ ſpēi.⁊ ſic nō pōt intelligi ac/
cidēs ſic fieri.Qm̄ accn̄s qn̄qꝫ ab accidente:qn̄qꝫ a ſuba fit.
¶Ad tertiā pz ꝙ nō ꝯdicit per ſecūdam concluſionem.

SUbſtantie autē tres ſunt:mā qdem:
hoc aliquid exiſtēs apparere.nā que/
cūqꝫ ſunt tactu ⁊ non connaturalita/
te:mā:⁊ ſubiectuz:nā ꝟo:⁊ h̄ aliqd
inquantum ⁊ habitus quidaz.Amplius tertia
q̄ eſt ex his ſingularis vt Socrates ⁊ Callias.
In quibuſdam ꝙ igitur hoc aliquid nō eſt pre
ter compoſitam ſubſtātiā:vt ſpecies domus:
ſi nō eſt ars.Sed nec eſt gñatio nec corruptio
horum:ſed alio mō ſunt ⁊ non ſunt vt domus
que ſine materia ⁊ ſanitas.⁊ oē qd̄ ſm artem.
Sed ſiquidem in eis:que ſunt natura.

¶Incepit tractare de forma ⁊ declarauit primo qual'r ipſa
per ſe nō eſt generabilis ſed vt pars compoſiti:⁊ ſic de ea
locutus eſt in comparatione ad agens:nunc iteruz de ea lo
quitur in comparatione ad materiam ⁊ ad ſubſtātiaz com/
poſitam:⁊ hoc vt contradicat Platoni ⁊ alijs male ſentien/
tibus.p̄mo tamē iterum diuidit ſubſtātiam ſenſibilez.Fuit
enim prima diuiſio in tres partes:vt in ſubſtātiam ſenſibi/
lē eternam:⁊ ſubam ſenſibilem gñabilē:⁊ ſubam inſenſibi
lē.Nunc diuidit ſubſtātiam ſenſibilē gñabilē:⁊ hoc in tres
vt in mām formā ⁊ compoſitū.⁊ ſinguluz propria declara/
tione declarat.Inquit.ſubſtantie autē.ſ.ſenſibiles ſunt tres.
mā quidez hoc aliquid exiſtēs apparere.debes ſcire ꝙ ali/
quid eſt hoc aliquid vere:vt forma vel cōpoſitum.⁊ h̄ ga
eſt actus vel hn̄s actum.Aliud dicit eſſe hoc aliquid appa/
rēter:non ga ſit hoc aliqd:ſed ga apparet eē tale.eo quia ſi/
cut ſubſtātia cōpoſita ſubijcitur accidētibus.ſic mā ſubij/
citur formis.Expoſitor ⁊ ſequaces ꝟba hec ad antiquos re
ferunt.dicit enim ꝙ antiqui ſolam mām cognouerunt ⁊ ꝓ/
pterea differunt ſolam illam eē ſubſtātiā:reliqua ꝟo accn̄/
tia.Sz iſti peccant valde.nō enim Ariſtoteles adantiquos
loquitur ſed illudmet dicit qd̄ in phyſicis accepit.dixit en
mām non eē ſcibilē niſi ꝑ ſimilitudinē ⁊ ad formā ⁊ ad ſubi
iectum compoſitū.⁊ hoc vī dicere hic.Inquit.n.materia q̄/
dem hoc aliquid exiſtens apparere.⁊ iſta particula appa/
rere debz legi in ablatiuo:nam grece ſic iacet.materia qui/
dem hoc aliquid exiſtens to phenesthe.modo greci vtūtur
datiuo pro ablatiuo:quaſi ergo dicat.materia quidem hoc
aliquid exiſtēs apparere:hoc eſt quadam ſimilitudine ⁊ ꝓ/
portione.non ꝙ ſit vere hoc aliquid ſed ſimilitudine ⁊ pro/
portione ad hoc aliquid.omne eniz ſimilitudinarie tale pōt
dici tale:huius autē cauſam ſubſcribit Ariſto.d.nā q̄cunqꝫ
ſunt tactu ⁊ non connaturalitate:vt ſunt opera artis:vt do/
mus:arca:⁊ hꝰ.ſunt materia ⁊ ſubiectuz ⁊ nihil tertiū ex his
aut preter hec.⁊ hac ſimilitudine materia ad formā dicitur
hoc aliquid.Fecit autē errare expoſitores mala tranſlatio:
eo ga in tranſlatione eorum habebat ſubſtātiam appare/
re.⁊ hoc non ſic habet in greco:ſed exiſtens apparere.⁊ tu
vides qūo ex mala trāſlatione cadunt.[Natura.]Nūc for
mā exponit.⁊ inquit.nā ꝟo ⁊ hoc aliquid.ſumit autē natu/
ram pro forma:ga nā dicit de vtraqꝫ:ſed per quādam ex/
cellētiam de forma.hec autē dicit vere hoc aliqd ⁊ non ap
parentiā:vel ſimilitudinē:ſed abſolute.Sz quoniaz forma
dī qn̄qꝫ priuatio:adijcit ad quā ⁊ habitus qdā ſubaudi re/
ducit:nam forma efficit habitus quādo in mā permanet.
[Amplius.]Deſcribit tertiā.⁊ inqt.Amplius tertia que eſt
ex his.ſ.materia ⁊ forma eſt ſingularis:vt Socrates ⁊ Cal/
lias.[In quibuſdam ꝙ igitur.]premiſſa diuiſione ſubſtan
tie ſenſibilis corruptibilis:nunc ꝓſequitur de forma.⁊ p̄ ſu/
mit hanc concluſionez in formis artificialibus.vz.forme ar
tificiales nō ſunt ſeparate a ſubiectis ſeu ſubſtantijs cōpo/
ſitis.2° ſumit hanc hypotheticam ſique forme ſunt ſepara/
te a ſubſtātijs cōpoſitis:ille ſunt nāles:non tamen ipſe acce
ptat antecedens nec conſequens:ſed loquitur hypothetice.
inquit.In quibuſdā quidem igitur hoc aliquid.i.forma nō
eſt preter compoſitaz ſubſtātiam ⁊ exponit ſe.d.vt domus
ſpēs.i.forma.[Niſi ſit ars.]Soluit tacitam.q.ga quis pōt
dicere ꝙ domus ſpecies eſt ars exiſtens in mēte artificis ⁊
non in re:domus ergo eſt ſeparata.¶Soluit ⁊ arguit con/
tra.d.niſi ſit ars.Contra arguit.d.quecūqꝫ ſunt in mente nō
generantur neqꝫ corrumpūtur:ſed ſpecies domus genera/
tur ⁊ corrūpitur.ergo nō eſt in mente.Ponit maiorē.p.Sz
nec

UVA. BHSC. IyR_143_1

nec eſt generatio nec coꝛruptio hoꝝ:puta/que ſunt in mẽte:
ſed alio modo ſunt ⁊ non ſunt:qa per doctrinaꝫ vel diſcipli
nam.ſ.domus que ſine materia.ſ.que eſt in mente ⁊ ſanitas
⁊ omne qđ ſm artem.hec eſt pꝛima concluſio ⁊ eius decla/
ratio.ponit ſecundam.d.Sed ſiquidem ſubaudi ſint foꝛme
abſtracte:ſunt in eis que ſunt natura:hanc autem non decla
rat:ſed poteſt declarari per conſequentia poſt.hec ergo eſt
expoſitio huius loci ſane iuxta verba greca.
Cõ.14. ¶ Cum dixit.] Pꝛoponit intentionem partis ⁊ cauſam intẽ
tionis.Uult itaqꝫ ꝙ Ariſt.diuidit ſubam in tres queadmo/
dum fecit in nãlibus ⁊ in 7° huius.cauſa huius diuiſiõis eſt
vt per ipſam poſſit deuenire ad cognitionem pꝛime foꝛme:
⁊ pꝛimi finis:⁊ hec expoſitio parum differt a noſtra.[Dicit
Alexãder.] ¶ Mouet nunc.q.Alexandri circa id verbum
[hoc aliquid exiſtens apparere.] Ubi Alexãder dicit mihi
etiã in hoc ſermone eſt difficultas:⁊ pꝛopterea dat quatuoꝛ
Expõ pª. expoſitiones. ¶ Pꝛima ergo expoſitio eſt ꝙ mã nõ eſt hͦ
aliquid ſui nã:ſed ipſo apparere/hoc eſt foꝛma qua ipa mã
ſentitur vel videt̃:nã ipſa ſeipſa eſt inſenſibilis:ſentit̃ auteꝫ
2ª expõ. pꝛopter foꝛmã.[Dicit auteꝫ erit.] ¶ Scđa expoſitio eſt/ꝙ
mã eſt hoc aliquid exiſtens ipſo apparere.i.apparenter. vt
videbatur antiqs ⁊ nõ exiſtẽter:quoꝝ fundamentũ fuit qa
mã reperitur in quolibet:⁊ omne quod eſt in quolibet eſt hͦ
Expõ pº aliquid.ergo mã eſt hoc aliqd.[Intẽtio auteꝫ.] ¶ Poſitis
expõnis. expoſitionibꝰ Alexãdri Auerroes declarat illas ⁊ dicit.In
tentio autem ⁊ ſenſus pꝛime expoſitionis Alexandri eſt/qa
mã eſt illa que videtur aut ſentitur non pꝛopter ſe ſed pꝛo/
pter foꝛmã:⁊ tunc litera debet legi conuerſe.vꝫ.mã quideꝫ
apparet ſm ꝙ eſt hoc aliquid.i.actuata per foꝛmã ⁊ nõ ꝙ
ſit hoc aliquid per apparentiam:⁊ hec eſt expõ pꝛima. Sꝫ
hec expoſitio valde contoꝛquet textum ⁊ eſt falſa. Contoꝛ/
quet quidem textum vt patet in greco.eſt ꝟo falſa. quoniã
Auerroes pꝛimo celi cõmẽto 95° ait mãꝫ itelligi ꝑpter foꝛ/
mã:⁊ rem ſentiri ꝑpter mãm:ecce quo mõ cõtradicit huic.
¶ Dicendum pͫmo ꝙ lꝫ contoꝛqueat textum/hoc nõ eſt i/
conueniens pꝛopter veritateꝫ. ¶ Dicẽdũ ſcđo ꝙ mã ⁊ foꝛ/
ma poſſunt comparari inter ſe ⁊ ad compoſitum. Si inter
ſe/ſic materia eſt ſenſibilis pꝛopter foꝛmam: ⁊ ſic intelligit
hic.Si ad compoſitum:ſic compoſitum eſt ſenſibile ꝑpter
materiã ⁊ intelligibile pꝛopter foꝛmam:⁊ ſic loquitur pͫmo
Expõ 2ª. celi.[Intentio ꝟo ſecũde.] ¶ Exponit ſecundam ⁊ vult ꝙ
mã ſit hoc aliquid apud ſenſum:nã ſenſus non diſcernit dif
ferentiam inter mãm ⁊ foꝛmam ſed intellectus. ⁊ hoc dicit
pꝛopter antiquos qui tm̃ ſenſibilia cognouerunt:⁊ ſic mate
riaꝫ ſolã ⁊ non foꝛmam perceperũt:⁊ ſic apud eos ſola ma
teria eſt ſubſtantia:⁊ foꝛme ſunt accidentia: eo quia foꝛme
ſunt intelligibiles tm̃:⁊ non ſenſibiles.[Dicit Alexander.]
Exponit Alexãder ſecundam partem textus ⁊ videt̃ ꝙ ipe
in hac parte ſequatur ſecundã expoſitionem nunc poſitaꝫ:
⁊ ſic vult ꝙ reddat cauſam quare veteres non dixerũt niſi
materiã:⁊ vult ꝙ hoc dixerint pꝛopter argumentũ a ſimi/
li.naꝫ ita ſe hꝫ foꝛma naturalis ad mãm nãlem:ſicut artifi/
cialis ad ſubſtantiam:ſed in artificialibus ſola materia eſt
ſubſtãtia.ergo in naturalibus:hec eſt expoſitio ſecũde par/
3ª expõ. tis textus.[Sed foꝛte.] ¶ Tertia expoſitio Alexandri eſt
de materia pꝛoxima:qa hec eſt hoc aliquid ipſo apparere/
4ª expõ. hoc eſt ipſo exiſtere actu.[Et foꝛte dicit.] ¶ Quarta expo/
ſitio eſt noſtra quaꝫ diximus in textu.⁊ vult ꝙ materia ſit
hoc aliquid non vere ſed apparere ipſo.ideſt ſimilitudine
⁊ pꝛopoꝛtione ad foꝛmã ⁊ ad ſubſtantiã compoſitaꝫ.reddit
cauſam huius expoſitionis.d.ꝙ non dicit de ea in alio loco.
vꝫ.ꝙ ipſa ſit cognita ſm ſimilitudinem:non debet contra/
dicere huic qđ dixit modo.nam materiã intelligere nõ poſ/
ſumus niſi per comparationẽ ad ſenſibilia ⁊ nobis pꝛimo
nota.[Et foꝛte.] Adaptat nunc ſecundam parteꝫ textus ad
hanc expoſitionem.quaſi dicat.ꝙ ideo materia eſt hoc ali/
quid per comparationeꝫ:quoniã ſic ſe habet ad foꝛmas ſi/
cut ſubiectum ad accidẽtia artis.addit Alexãder ꝙ Ariſto.
foꝛte vtitur hoc verbo hoc aliquid loco huius verbi aliqua
ſubſtantia.Inquit Auerroes.hec igitur ſunt verba Alexan/
dri.Accipe ergo quatuoꝛ expoſitiones bonas ⁊ ego vltimã
tm̃ teneo.[Intentio autem pꝛimi.] ¶ Exponit nunc per oꝛ Expoſiº
dinem omnia dicta Alexãdri.⁊ pꝛimo expoſitionem ſecũ/ Aũ.ſuꝑ
de partis textus.⁊ quaſi dicat.dico materiã eſſe ſolam ſub/ dict̃ Ale
ſtãtiam:quoniã in rebus artificialibus cum contingũt ſe ſo xandri.
la materia eſt ſubſtantia ⁊ ens:reliqua ſunt accidentia ⁊ po
nit exempla ⁊ ſermo patet.[Intentio autem tertie.] ¶ Ex/
ponit tertiã ⁊ vult ꝙ mã pꝛoxima ſit exiſtens hoc aliquid
ipſo apparere.i.reſpectu ſubſtãtie ſenſibilis:quia ipſa eſt in/
quantum eſt pars ſubſtantie compoſite.⁊ ſupꝛa hoc expo/
nitur id qđ ſubſcribit.d.nam quecũqꝫ ſunt tactu ⁊ non con/
naturalitate eſt mã ⁊ ſubiectuꝫ:quod dicit eo qa materie ꝑ/
xime ſe tãgunt:quoniã tactus eſt coꝛpoꝛuꝫ modo mãe ꝑxi/
me ſunt coꝛpoꝛa:que ꝟo cõnaſcuntur pꝛimo ſunt elementa:
que non ſe tangunt:ſed cuꝫ miſto connaſcuntur. ⁊ huius po/
nit exemplũ ⁊ patet.[Intentio quarte.] ¶ Exponit quartã
⁊ vult ꝙ Ariſ.velit tres eſſe ſubſtãtias.ſ.mãm ⁊ foꝛmã ⁊ cõ
poſitum:⁊ materiã vult eẽ hoc aliquid ipſo apparere.i.ipa
pꝛopoꝛtione ad foꝛmã.eſſe enim materie eſt eẽ relatum ad
foꝛmã.Eſt autem hec pꝛopoꝛtio ſimilitudo quedã ſic ꝙ ita
ſe habet materia ad foꝛmas ſicut ſubſtantia ad foꝛmas ar/
tificiales:⁊ per hoc patet pꝛima ⁊ ſecunda pars textus.[Et
omnia.] ¶ Uult modo ponere quintã expoſitionem.⁊ pꝛi/ 5ª expõ.
mo pꝛemittit cãm ſue neceſſitatis:⁊ vult ꝙ ideo eſt ponen/
da quinta expoſitio qm̃ ex his quatuoꝛ Alexandri nihil no
ui ſcitur de mã quod non eſt omnibus cõmune: ⁊ ꝑpterea
eſt ponẽda quinta vt ſaluetur ſenſus litere:⁊ cũ hoc habea/
tur aliquid noui in ipſa mã nondum compertuꝫ.[Et vide/
tur mihi.] ¶ Pꝛemiſſa cã neceſſitatis quinte expoſitionis
nunc pꝛoſequit̃ ⁊ pꝛimo pꝛemittit intentioneꝫ partis.⁊ in/
quit.⁊ videtur mihi ꝙ intendebat dare differentiã iter na/
turã mãe in eſſe:⁊ nãm foꝛme vniuerſalis:⁊ maxime illius
foꝛme vniuerſalis quod eſt genus.hec ergo eſt itẽtio.[Re/
putatur enim.] Pꝛobat neceſſitatẽ.⁊ inquit.reputatur eniꝫ
ab antiquis ꝙ pꝛima mã habet nãm rei vniuerſalis pꝛedi/
cabilis de pluribus:⁊ hoc qa cõmunis multis:imo oibꝰ ge/
nerabilibus ⁊ coꝛruptibilibus quo fundamento quidã exti
mant mãm eſſe coꝛpus:⁊ foꝛte tangit Auicẽnã vt pͫmo phy
ſicoꝛum cõmento.63.⁊ foꝛte tangit Platonem:vt pͫmo peri
hermenias:⁊ foꝛte tangit alios.[Et ſi ita eſſet.] Contra ergo
hanc poſitionẽ adducit duas rationes quas clarius ſcripſit
in pꝛimo huius cõmẽto.17.⁊ inquit.⁊ ſi ita eſſet haberet foꝛ
mã ſubaudi qua ſubaretur:tenet cõſequentia qa omne coꝛ/
pus eſt tale pꝛopter foꝛmã.⁊ ſic nõ eſſet pura potentia.[Et
nõ eſt.] ¶ 2° arguit/ſi materia eſt vniuerſale genus vtpote
coꝛpus non eſt vna ſm numerum ſed ſm foꝛmaꝫ ſubaudi
mediam inter potentiam ⁊ actum.modo dictum eſt alibi
ipſam eſſe vnã nũero.ergo ⁊c̃.[Demonſtrãdũ igit̃.] ¶ Sꝫ
dubitatur.qa ſi mã eſt vna numero non videt̃ poſſe repe/
riri in pluribus.vt pꝛimo huius cõmento.28.31.⁊.46. qũo
enim aliqd põt eẽ vnuꝫ numero ⁊ reperiri in pluribus: vi/
det̃ enim implicare cõtradictoꝛia.[Hoc qdeꝫ.] ¶ Rñdet
queſtioni ⁊ diſtinguit de vno numero:qm̃ vnũ numero du
plex eſt in actu ⁊ in potentia.In actu qdem vt Socrates ⁊
Callias:qa qlibet hoꝝ eſt vnus ꝑpter foꝛmã vnam.tale qͦ
vnũ numero ipoſſibile eſt reperiri in pluribꝰ.Sed vnũ nu
mero pꝛiuatione ⁊ potẽtia bene põt pluribꝰ in eſſe.[Qđ nõ
hꝫ.] ¶ Solõnẽ declarat ⁊ oñdit ꝙ mã eſt vna numero et
cõis pluribus.vna numero qdeꝫ ꝑ hͦ qa caret foꝛmis indi/
uidualibus qbus numeret̃ ⁊ plurificetur.cõis ꝟo qa caret

vna forma qua res dicatur vna numero ⁊ non per formaꝫ cõmunem:ſicut genus.ergo ſm carentiã formarum indiuidualium eſt vna numero:dẽpta enim cauſa pluralitatis relinquitur vnitas.Scḋm carentiaꝫ vͦo forme indiuidue eſt cõmunis pluribus:quoniã res eſt vna per vnam formaꝫ:qͣ dempta cauſa vnitatis relinquitur pluralitas.⁊ communitas.ergo mã eſt vna numero ⁊ cõmunis pluribus.⁊ ſolũ fundamẽtuꝫ eſt qꝛ eſt ens in potentia.[Forme eni.] ¶ Sꝫ circa dicta mouet.q.quoniã ſimilr̃ erit de vl̃ibus.naꝫ vl̃ia ſunt entia in potentia.ergo qḋlibet vniuerſale erit vnum ⁊ cõmune ſicut mã:añcedẽs ꝓbatur.qm̃ ſcire vl̃e eſt ſcire in potẽtia.⁊ hoc pro tãto qm̃ vl̃e eſt ens in potentia.ergo vl̃e erit vnum numero ⁊ cõmune ſicut mã.[Coniũctio igitur.] ¶ Rñdet ꝙ cõmunitas vl̃is ⁊ materie differunt:qm̃ vnitas rei vl̃is eſt extra aiam in potẽtia:qm̃ rõne forme que ẽ vniuerſale potentia.Sed vnitas materie eſt ꝑꝑ priuatiões:qͣ nõ intelligiẗ talis niſi ꝓpter ablationẽ formarũ:mõ priuatio eſt ens rõnis ⁊ non eſt ens extra animam.[Materia igitur.] ¶ Corollariuꝫ cõcludit ⁊ dicit.mã igitur non habet eẽ extra aiam ſm hunc intellectum.ſ.inquãtum cõis oibus generabilibus ⁊ corruptibilibus.quãdo non intelligitur ſic niſi ſm priuationẽ:mõ priuatio eſt ens in aia.[Et qũo ita.] ¶ Soluit.q.qͣ ſi ſic,tunc mã nõ differt a priuatiõe nec eſt ens extra aiam.Rñdet ꝙ differt a ꝑuatione ⁊ eſt extra animã inquãtuꝫ ſubiectũ indiuidui ſenſibilis qḋ videẗ ⁊ nõ ꝓpter illud qḋ intelligiẗ ex ea.i.ꝓpter priuationẽ.ergo inquãtum ſubiectũ eſt ens extra animã.ſed inquãtum priuata:eſt ens in aia.[Et hec.] Nunc declarat qualiter ſe habeãt eius dicta hic.⁊ inquit.⁊ hec eſt perfecta imaginatio materie co qꝛ ſcitur eius vnitas ⁊ eius cõitas:⁊ per cõſequẽs eius nã.⁊ hoc expreſſe nunꝙ̃ dixit Ariſto.in aliquo loco ſed inueniẗ ex eius verbis:ſupra quibus dicit Joãnes,⁊ hoc eſt veruꝫ:qꝛ in ꝑmo metaphyſice dicit.ꝙ in fundamẽto nature nihil eſt diſtinctũ.⁊ Auerroes cõmẽto 17° ibidẽ declarat qualr̃.⁊ 7° huius dicit ꝙ ipſa nec eſt quid,neqꝫ quale,neqꝫ quãtũ,neqꝫ aliquid alioꝝ qͥbus diuiſum eſt ens.Ex his duobꝰ põt ſumi ſententia Auerrois de mã.Ego autẽ ex alijs locis colligo intellectum Auerrois de mã.dicit enim Ariſt.8.metaphyſice.neqꝫ omnis mã eſt:ſed quoꝝ generatio eſt ⁊ tranſmutatio:vbi Auer.cõmen.14.dicit.⁊ ex hoc verificatur ꝙ prima mã rerũ generabiliũ ⁊ corruptibiliũ eſt eadem.ſ.qꝛ omnia generabilia ⁊ corruptibilia alteranẗ adinuiceꝫ.⁊.10.huius dicit.mã enim negatione oſtendiẗ.vbi Auerro.commento.24.ideꝫ colligit.Jd ergo inueniẗ ex verbis Ariſto.nõ tamẽ ita explicate atqꝫ ita colorate ſicut dic̃ Auerroes.

Digreſſiones.

¶ Sed circa dicta ſunt queſtiones non ꝑue.Prima ſi materia eſt cõmunis pluribus(vt dicit Auerroes)ergo predicatur de pluribus.cõſequens eſt cõtra Auerroem ꝑmo huius cõmento.17.⁊ cõtra rõnẽ:qm̃ ſi predicaẗ de pluribus:vel predicatur in qͩ vel in quale:ſi in quid erit genus:ſi in quale erit dr̃ia. ¶ Scḋo dubitaẗ.qͣ ſi genus eſt ens ex̃ animã in potẽtia.ergo qñqꝫ erit ens extra aiaꝫ in actu:qm̃ fruſtra eſt illa potentia que non reduciẗ ad actum.primo celi. ¶ Tertio q̃ro qũo forma eſt fundamẽtuꝫ vniuerſalitatis:vel qꝛ ipſa forma ⁊ vl̃e idem ſimpliciter:vel qꝛ forma gñat vl̃itatẽ:qḋ eſt falſuꝫ:qꝛ intelligẽs gñat vl̃itateꝫ. ¶ Quarto,cuilibet enti poſitiuo debeẗ vnitas poſitiua:qꝛ eadẽ rõ entis ⁊ vnius entis:vt 4° huiꝰ ſcribiẗ.ſꝫ mã eſt ens poſitiuuꝫ:qꝛ ſubã ⁊ illius ſpẽs.vt per diuiſionẽ ſuperius poſitã in textu pꝫ.g̊ ⁊ vnitas ẽt erit poſitiua. ¶ Quinto,qꝛ tũc mã eẽt vna numero priuatiue ⁊ plures numero.vna qͥdeꝫ qꝛ caret pluribus formis quibꝰ diuidaẗ.plures vͦo qꝛ caret vna qua vnificeẗ.g̊ vna ⁊ plures. ¶ Sexto,tunc per idẽ dici poſſet vna ſpecie priuatiue ⁊ vna genere:qͣ caret pluribꝰ formis ſpecificis qͥbus ſint multa. ¶ Septio,vĩ falſum qḋ dicit.ſ.

ꝙ priuatio ſit ens in aia:qm̃ principiũ tranſmutationis realis eſt reale.mõ priuatio eſt ꝑncipiũ gñationis ⁊ corruptionis realis vt prediximus:q̃re erit reale quoddã. ¶ Prima quidẽ ſoluit Auerro.7° huius cõmẽtis.23.⁊.24.⁊ 8° huius cõmento.6.⁊.9.metaphyſice cõmẽto.12.⁊ videtur mihi ꝙ ſua ſolo conſiſtit in hoc ꝙ mã poteſt ſumi duplr̃.Uno mõ vt pars:⁊ ſic nõ predicatur niſi de ſeipſa.Alio mõ vt totũ.verbi grã.pro materiato,⁊ ſic predicatur de pluribus qꝛ de oibus gñabilibus.quodlibet enim gñabile eſt materiatuꝫ. ¶ Tunc ad auctoritatem dico ꝙ mã nõ ꝑdicaẗ in qͩ ſꝫ in quale:qm̃ nõ eſt quidditas nec ꝑs qͩditatis ſed addituꝫ ei:⁊ ſic ꝑdicatur in quale:qꝛ ꝑdicat aliqͩ extra eſſentiaꝫ:qñ g̊ dicit mãm non ꝑdicari:dicit mãm non ꝑdicari ad modum generis.ſ.in quid.nec ꝓpter hoc eſt dicere:qꝛ nõ predicatur in quale eſſentiale vt dr̃ia.Secũda tolliẗ.qꝛ non opꝫ ꝙ oẽ in potentia reducaẗ ad actũ eodẽ mõ quo fuit in potentia:⁊ ideo vult dicere Auerroes ꝙ vl̃e extra animã acceptum actu eſt ſingulare:potentia vͦo vniuerſale:mõ non oportet vt tale fiat vniuerſale extra animam. ¶ Ad tertiam rñdet Auerroes ꝑmo huius cõmento.27.ꝙ forma dicitur fundamentum vniuerſalitatis propter tria.Primo,qꝛ ꝓpter formam repertam in cõpoſito intellectus cõcipit compoſituꝫ vniuerſalr̃.Scḋo,qꝛ vniuerſale nõ eſt niſi forma concepta ſub rõne totiꝰ abſqꝫ ꝯditionibꝰ mãe.Tertio,qꝛ a forma eſt ꝑdicatio eſſentialis.ergo forma dicitur fundamẽtũ vniuerſalitatis ⁊ per cõtrariũ ꝑuatio vt vides. ¶ Ad quartaꝫ mihi videẗ eſſe dicendũ ꝙ vnitas numeralis materie põt cõparari ad ſubiectũ remotum:vtpote ad eſſentiaꝫ mãe ⁊ ſic dicitur poſitiua:vel ad ſubiectũ ꝓximuꝫ:vtpote ad priuationẽ mediante qua intelligiẗ materia vna:⁊ ſic vnitas eſt priuatiua. ¶ Ad quintã,Auerroes cõcedit totum:eſt enim materia vna numero ⁊ plures numero:⁊ dicit hoc non eſſe inconueniens in ente in potentia:ſed bene eſſe incõueniens in ente actu.vñ vnum priuatione ⁊ plura priuatione nõ opponuntur,ſed bene vnus poteſt eſſe ⁊ plura. ¶ Ad ſextam cõceditur totum.poteſt enim dici vna ſpecie per priuationem plurium formarum ſpecificarum ⁊ vna genere ſimiliter.Sed Auerroes non expreſſit hec propter breuitatem. ¶ Ad vltimam dḋm ꝙ priuatio formaliter eſt ens in aia tm̃.ſed fundamentaliter eſt ipſa potentia materie.mõ non eſt inconueniens aliqḋ eſſe principiũ per accidens trãſmutationis realis ⁊ eſſe ens in aia:⁊ tu vide alios:ex his pꝫ tota ſententia Auerrois de materia.plura dici poſſunt:ſꝫ hec ſatis.[Si igitur.] ¶ His expeditis venit ad expoſitionem verborum Ariſtotelis.⁊ ꝑmo premittit vtilitatẽ expoſitionis ⁊ hoc ex quatuor.primo,qͣ facit intelligere eſſe mãe qḋ eſt valde difficile.2°,qꝛ eſt ꝓprium huius ſcientie.naꝫ phyſicus declarat eſſe materie ꝑ trãſmutationẽ:metaphyſicus per ordinem ad formam:⁊ propterea hic ſermo eſt ꝓprius metaphyſico.3°,quia nullus põt intelligere eẽ materie niſi mõ iſto.4°,qꝛ qũo verba Ariſto.inſpexeris inuenies hanc expoſitioneꝫ non remotã ab eis plus alijs quinque:⁊ dixit quinqꝫ qꝛ reuera quatuor ſunt:ſed quia dixit ꝙ intelligit h̄ in loco eiꝰ quod diceret ꝙ eſt aliqua ſubſtãtia:ꝓpterea vocat expoſitiones eſſe quinque.ſed reuera quatuor ſunt quia illa quinta cadit in vno verbo tm̃.[Et ſm hoc.] ¶ Nũc venit ad rem.Ubi primo debes ſcire ꝙ apud Auerroem materia nullum hꝫ eſſe de ſe:ſed eſſe eius eſt in comparatione ⁊ ordine ad formam eo qꝛ mã dependet in eſſe ⁊ conſeruari a forma.Utrum vͦo forma dependeat ſic a mã:alibi diximus.opꝫ g̊ ſupponere ꝙ mã nec eſt ens,nec qͩ,neqꝫ q̃le,nec aliqͩ alioꝝ ꝑdicamẽtoꝝ niſi ꝑꝑ formã.Et ad h̄ ſupponẽdum ꝑcepit Auerroes mãm eſſe vnã numero ꝑuatione forme ⁊ cõem etiã:⁊ hoc ad demõſtrationem intelligere totum eſſe mãe eſſe ꝓpter formã vel ordinẽ ad illã:h̄ ergo premiſſo

Solono

UVA. BHSC. IyR_143_1

ꝑmiſſo:facile eſt exponere verba Ariſt.dicit enim mã eſt ꝭ
aliqͥd extrĩs apparere hoc eſt ipſa ꝓportione ad formã.naꝫ
ipſa ſꝫm ſe nulluꝫ hꝫ eſſe niſi vel ꝓpter formam vel ꝓpter
ordinẽ ad formã.[Et qꝛ eſſe.] ¶Exponit ſecundam ꝑtem
textus:⁊ vult ꝙ det cãm ꝓximi verbi:⁊ inqͥt.nam quecũqꝫ
ſunt caſu.i.quorũcũqꝫ eſſe eſt in ꝯtactu ⁊ comparatione ad
aliud ⁊ non ꝯnãlitate.i.⁊ nõ forma.i.⁊ eius eſſe nõ eſt forã:
eſt mã ⁊ ſubm.nam ſola mã eſt per eius eſſe in cõparatiõe
ad aliud.Barbara aũt trãſlatio quaꝫ Auerroes cõmentat̃
alr̃ hꝫ ſed in id redit:⁊ ꝓpterea aſſumpſi noſtram literam.
[Et q̃ſi intendit.]Epilogat expõnem ⁊ vult/ꝙ per oia hec
Ari.inuit eſſe mãe:⁊ ꝙ ipſa nullum hꝫ eſſe niſi in cõꝑatio/
ne:⁊ ſic per ꝯtactum itelligit cõꝑationem:⁊ per ꝯnãlitatẽ
itelligit formã:⁊ tu applica totum hoc verbis ſuis.¶Sed
dubitat̃.nã hec expõ nõ differt a ꝑ̇ma Alexandri: vt pꝫ in/
tuenti.¶Dicendũ/ꝙ q̃tuꝫ ad modũ exponẽdi nõ differt:
ſed bñ q̃tum ad rem expoſitam.nã Auerroes voluit Ariſ.
per hec dare itelligere eſſe mãe ⁊ nõ Alexander.Sed qũo
mã depẽdeat a forma ⁊ non ecõuerſo:alibi enucleauimus.
nunc vero hec ſupponẽda ſunt:qꝛ ex 2° auſcultationis phyſi
ce clare habeat̃.[Et forte intendit.]Dat ſcdam expõnem:⁊
hanc vocat manifeſtiorem ſꝫm verba:⁊ vult ꝙ Ariſt. inuat
dĩam iter formã ⁊ mãm.nam mã eſt ſenſibilis ⁊ forma in/
telligibilis:ꝓpterea mã ſenſu ꝑcipit̃: forma vero itellectu.⁊
iuxta hoc exponit ſcdam ꝑtem.⁊ quaſi dicat.nam quecũqꝫ
ſunt caſu ⁊ nõ ꝯnãlitate.i.forma ſunt mã ⁊ ſubiectum:id eſt
ſunt mãe ꝓxime que dicunt̃ ſubiectuꝫ ⁊ quaſi tangit elemẽ
ta.elemẽta enim ſunt ꝯtactu ⁊ nõ ſunt vnũ in forma. ⁊ pro/
pterea ſunt materie ⁊ ſubm.i.ſunt materie actu ⁊ ꝓxime. ⁊
ꝓpterea hic ſermo verus ſolũ de materijs ꝓximis.nã hec
ſunt ſenſibilia ⁊ ꝓprie apud nos nota.[Et dicit ſꝫm ꝯtactũ.]
Tũc ponderat verbũ cur.ſ.Ariſt. dixit quecũqꝫ ſunt caſu ⁊
nõ miſtione.Rñdeo qꝛ tactus eſt cõior:qꝛ eſt tam miſtorũ
in vna forma q̃ꝫ vnitoꝝ ſed non in vna forma. vt ergo vte/
ret̃ ſmone vniuerſaliori:dixit tactu.Sed dices. Tunc hec
expõ non differt a tertia Alexandri.Reſpõdet vt ſupra:ꝙ
quãtum ad modũ exponendi eadem ſunt.nõ aũt q̃tum ad
rem expoſitam.[Et cum dixit hoc.]Hoc reliquum cõmen
ti ꝑſpicuuꝫ eſt per ſe:⁊ maxime ex expõne textus facta per
me:nec in hoc eſt aliqua vtilitas.

Quapropter vtiqꝫ non male Plato
ait:qꝛ ſpecies ſunt quecunqꝫ natura.
Siqdem ſunt ſpecies: alie ab his vt
ignis:caro:caput:omnia enim mate/
ria ſunt:⁊ maxime ſubſtantie vltima.

¶Quaſi corollarie ꝯducit q̃tum ad quid Plato bene dixit
vbi debes ſcire ꝙ ꝯditionalis eſt duplex: quedam neceſſa/
ria neceſſitate rei:⁊ quedam nec̃ia neceſſitate illatiõis:⁊ po/
teſt addi tertia que eſt neceſſaria ſꝫm rem ⁊ illationem. qui
ꝯcedit ergo ꝯditionalẽ neceſſariaꝫ vtroqꝫ modo bñ:aut qꝛ
ſimplr̃ ⁊ ex toto verum ponit.qui vero ꝯcedit hypotheticaꝫ
neceſſariã vno mõ tm̃ nõ male dicit:qm̃ dicit ꝑtim verum
ꝑtim falſum.⁊ hoc Plato ꝯcedit.Ponit enĩ hanc hypothe/
ticam:ſi idee ſunt:forme nãles debent eſſe tales idee:⁊ non
forme artificiales.modo hec hypothetica ẽ neceſſaria vno
mõ.ſ.ſꝫm ꝯñtiaꝫ ⁊ nõ ſꝫm rem:⁊ ideo nõ male ait Plato:in/
quit.quapropter vtiqꝫ nõ male ait Plato ſpẽs eẽ quecũqꝫ:
natura ſiqdem ſpẽs ſunt alie ab his.Dixit aũt Platonẽ nõ
male dicere ſed nõ dicit ipſum bñ dicere:vtens inuida lau/
datione:qm̃ Plato dicit hypotheticam vno mõ tm̃ veraꝫ
⁊ nõ vtroqꝫ modo. exemplum ſubſcribit eoꝝ a qͥbus ſpẽs
debẽt eſſe alie:ſi debẽt eſſe idee.d.vt ignis:caro : caput.Cu/
ius cãm ſubſcribit:oia enim mã ſunt ⁊ maxime ſubſtantie
vltime.q̃ſi dicat ꝙ ſublatis formis ⁊ poſitis illis in abſtra/
ctione vt Plato.inqͥt:oia reliq̃ ſunt vltima mã maxime ſub
ſtantie que indiuiduũ dr̃.qm̃ vt in ꝑntis dr̃ ꝓprie ⁊ ꝑ̇ncipa/
liter ⁊ maxime ſubſtat.Sed de hoc dicet̃ in cõmento.
¶Dixit Alexander.]Que dicit continuando patent.Debes Cõ.15m.
ſcire ꝙ ſermo Ariſt.põt duplr̃ itelligi.Uno modo ꝙ Pla/
to velit formas ipſas nãles compoſitoruꝫ eſſe abſtractas.
Alio mõ/ꝙ Plato velit formas formaꝝ ſubſtantiaꝝ ꝯpoſi
tarum eẽ abſtractas:⁊ ꝓpterea dat duas expõnes. Prima
ſupponit Platonem ſentire ꝑ̇mum itellectũ. 2a vero ſuppo/
nit 2m itellectũ.differũt ergo he expõnes:qm̃ ꝑ̇ma vult apõ
Platonẽ ipſas formas ꝯpoſitoꝝ eſſe ſeꝑatas.ſcda vult ipſa
rum formas exiſtere ſeꝑatas.[Dicit ⁊ erit.]Docet ꝯſtruere
vba ⁊ debes ſcire ꝙ textus barbarus ſic ſtat(qꝛ iſta ſi fue/
rint alio mõ:ſunt oia que exiſtunt ſꝫm nãm)vult mõ Auer
roes ꝙ ſiue primo ſiue ſcdo mõ exponat̃ textus:lr̃a dꝫ legi
tranſpoſite.vꝫ.ꝙ hec particula iſta conſtruat̃ cum ly ſunt ⁊
ly forme ſubintellecte conſtruat̃ cum ly fuerunt alio mõ.i.
ſi forme habent eſſe:⁊ hoc modo certe legit̃ in tranſlatione
noſtra vt vidiſtis : ⁊ vba Auerrois (vt puto)ſũt corrupta
hic ex ignorãtia verboꝝ eiꝰ.[Et omnes.]Reducit totã ſen
tentiam in duo.nam opinio Platonis poteſt dupliciter itel
ligi.Uno mõ ꝙ ipſe ſubſtãtie que ſunt forme ponantur ab
ſtracte:vt forma aque ⁊ forma ignis ⁊c̃.⁊ ſic itelligit prima
expoſitio.Alio mõ vt intelligat Plato formas formaruꝫ.i.
vniuerſalia formaꝝ eſſe abſtractas.vtputa vniuerſale ho/
minis ⁊ vniuerſale leonis ⁊c̃.⁊ ſic intelligit ſecunda expoſi/
tio.Prima ponit tm̃ ſpẽs indiuiduoruꝫ ſeparatas. 2a ponit
vniuerſalia ſpẽrum eſſe ſeꝑata. Ambe ergo expõnes vere
ſunt in ꝑte pro quãto ſolum in formis nãlibus loquuntur:⁊
nõ in artificialibus.[Duo enim.] Ponit conuenientiam ⁊
differentiam inter has expõnes.Cõueniẽtia eſt qꝛ ſunt pro
pinque q̃tum ad hoc ꝙ nõ male dicunt excludendo artifi/
ciales formas.differunt vero:qꝛ ꝑ̇ma perſcrutatio eſt nãlis.ſ.
vtrum forme compoſitoꝝ abſtracte ſint.Sed ſcda eſt me/
taphyſica.ſ.vtrum forme abſtracte ſint alie a formis ſenſi/
bilibus:qm̃ tractare de diſtinctione ⁊ differentia eſt ꝓpriũ
metaphyſici.[Et ex hoc ſꝫm Alexandrum.] Literam illaꝫ
duplr̃ exponit Alexander.Uno mõ vt excipiat adhuc hec
a ꝓpõne Platonis.vꝫ.ignis:caro:caput:⁊ cetera membra.⁊
ſic forme nãles ſũt idee:exceptis illis que ſunt velut partes
alioruꝫ integrales:⁊ ſic habet̃ prima expoſitio. Uel poteſt
intelligi vniuerſalius vt excipiantur quecunqꝫ ſunt vt ma/
teria:vt itelligatur forme naturales ſunt abſtracte:exceptis
illis que ſunt vt materia.[Intelligẽda eſſet.]¶Debes ſci/
re ꝙ litera barbara ſic iacet:⁊ hec ſubſtantia eſt illud quod
eſt maius valde:⁊ illud poſtremum ⁊ indiuiſibile.ꝑ̇ma ex/
poſitio itelligit per ſubſtantiam/compoſitũ:⁊ per illud itel
ligit mãm:quaſi dicat ⁊ hec ſubſtantia.ſ.ꝯpoſita eſt maius
valde:⁊ illud.ſ.mã eſt poſtremum ⁊ indiuiſibile.⁊ hãc Ale/
xander vocat corpus cõe.poteſt 2° mõ itelligi ꝑ ſubiectuꝫ:
miſtum:⁊ per illud elr̃ta vt ſit ſenſus:⁊ hec ſuba eſt illud qõ
eſt maius valde:hoc eſt miſtum eſt nobile:⁊ illud.i.elemen
tum eſt poſtremum ⁊ indiuiſibile.Iuxta hec certe põt eligi
bonus intellectus in verbis grecis poſitus. lege ergo ſic:q̃/
propter vtiqꝫ non male Plato ait ſpecies eſſe quecunqꝫ na
tura:ſiquideꝫ ſunt ſpẽs alie ab his que ſunt alioꝝ materie:
vt ignis:caro:caput.nam oia ſunt mã vltima ⁊ eius ſubſtã/
tie que maxime eſt. Ignis enĩ ẽ mã vltima miſti ⁊ caput ⁊
reliqua quare exceptio debet fieri ab his:⁊ quantũ ad hoc
ponit textum ſuũ Alexander.[Dicit Alexãder.]¶Sꝫ du
bitat̃.nã elementa ⁊ talia non ſunt mã vltima maxĩe ſube.
¶Rñdet/ꝙ per mãm vltimã non itelligit indiuiſibilem.
Cuius cauſam dicit ipſe Auerroes:qꝛ Ariſto.comparat in/
ter ſubſtãtias compoſitas ⁊ actu entes.Intelligit ergo ma/

UVA. BHSC. IyR_143_1

teriam vltimam.i. primã que dicitur vltima compoſitione ⁊ prima reſolutione. Quantum ergo ad duo Plato bene dicit.ſ. ꝙ forme artificiales non poſſunt eſſe idee: ⁊ ꝙ forme naturales poſſũt eſſe idee ſed nõ omnes: ſed ſole he que nec ſunt mã nec partes integrales alicuius totius. ⁊ hoc qꝛ talia nõ poſſunt exiſtere per ſe. Sed q̃tum ad reliqua male dicit: qm̃ reuera idee non ſunt neq; dari poſſunt vt plurima argumenta oſtendunt. ⁊ ppterea recte inquit Platonẽ non male dicere. ſed cum dixit ipſum bene dicere: pro quãto in parte verum dixit ⁊ in parte falſum.

Mouentes quidem igitur cauſe: velut prius facte exiſtentes. que autem vt ratio: ſimul. Quando enim ſanatur homo: tunc ſanitas eſt: ⁊ figura ęree ſphere ſimul ⁊ ęrea ſphera.

¶ Accepit primo formas artificiales nõ poſſe ſeparari a cõpoſitis: ⁊ ꝙ ſi que ſeparari poſſunt ille ſunt naturales. adycit ⁊ tertio ꝙ nec iſtud eſt vniuerſaliter verum: qꝛ nõ in formis que ſunt vel partes itegrales alicuius totius vel miſti. Nunc ergo vl'r oſtẽdere vult ꝙ nulla forma poteſt ſeparata eſſe. ⁊ vtit̃ tali ſyllogiſmo. Omne ſeparatuz ab aliquo preexiſtit generationi illius ⁊ remanet poſt corruptionem eius. Sz nulla forma preexiſtit generationi compoſiti: nec remanet poſt corruptionem eius. ergo nulla forma eſt ſeparata. maiorem tanq̃ perſpicuam ſupponit: ⁊ minorem declarat per dĩam inter cauſas mouẽtes ⁊ formales. Subticuit autẽ ↄcluſionem: qꝛ prius eam dedit intelligere. inquit. Mouentes qdem igit̃ cauſe ſunt velut prius facte. dixit/ velut prius facte: qꝛ non ſemꝑ cauſe efficientes ſunt prius facte: qꝛ quandoq; ſunt ꝑpetue vtraq; ex parte: que autez vt ratio. i. cauſe formales ſunt ſimul. ſ. cum ipſis factis. Cuius probationem ſubſcribit per exempla. d. quando enim ſanatur homo/ tunc ſanitas eſt etiam ⁊ non prius nec poſt. Et figura ęree ſphere tunc eſt quando ſimul eſt ęrea ſphera. patet ergo veritas minoris.

Cõ.16m. ¶ Cum declarauit.] Auerroes videtur velle Ariſto. ex principali propoſito declarare differentias inter cãm formalez ⁊ agentem: ⁊ hoc nulla alia cauſa niſi vt declaret naturam forme ⁊ nãm agentis: ⁊ certe expoſitio poteſt ſtare. Ego vo textum introduxi modo dicto ⁊ ppter cauſam predictam: verba cõmenti perſpicua ſunt.

Si autem ⁊ aliquid manet poſterius: perſcrutandum eſt. In quibuſdam enim nihil prohibet: vt ſi eſt anima tale: non omnis: ſed intellectus. omnez naq; impoſſibile forſan.

¶ Minor habebat duas partes: ⁊ ꝙ nulla forma preexiſtit generatiõi compoſiti: ⁊ ꝙ nulla forma remanet per ſe poſt compoſiti corruptionem: ⁊ probauit primã partẽ per differentiam dataz inter agentes cauſas ⁊ formales. Nunc ergo de ſecunda vult ſe excuſare: lz addat quandam veritatez q̃ primo aſpectu apparet: ⁊ inquit. Si autem ⁊ aliquid. ſ. de numero formarum manet poſterius: hoc eſt poſt compoſiti corruptionem: pſcrutandum eſt: opponit tñ id qđ pmo videtur aſpectu ⁊ ingt. In qbuſdam enim nihil prohibet: exponit in qbus ⁊. d. vt ſi eſt aĩa tale non oĩs ſed intellectus: omnem naq; ſeparari eſt impoſſibile forſan. Sed qũo itelligitur textus iſte: in cõmento aperte diſputabitur: quoniaz expoſitor contradicit Auerroiſtis.

Cõ.17m ¶ Dicit Alexander.] Proponit. q. Ariſto. ⁊ fundamentum q. eſt ergo queſtio. Utrum aliqua formaruz remaneat poſt compoſiti corruptionem. [ Deinde narrauit.] Ponit fundamentum qõnis ⁊ cõponit̃ ſic. aĩa ſeu intell's hoĩs eſt forma hoĩs: aĩa ⁊ intell's hoĩs remanet poſt corruptionem hoĩs. g͛ aliq̃ forma manet poſt corruptionez cõpoſiti. [ Sed non.] Rñdet Alexander ꝑ vba Ariſt. Ubi debes ſcire ꝙ partes aĩe rõnalis quedam ſunt depẽdentes in eẽ ⁊ in conſeruari a mã vt cibalis: concupiſcibilis: ſenſibilis ⁊c. Sil'r intellectus mãlis qui dı̃ virtus aĩe apud Alexandrum: quedã ſunt nullo mõ dependentes a mã ⁊ corꝑe: vt intell's adeptus ⁊ intellectus agẽs: ⁊ tales remanẽt poſt corruptionem: vt in 3° de aĩa dictum eſt. Tunc cõſtrue lr̃am ſic: vt ſi eſt aĩa tale non oĩs. i. non tota ſed intell's ⁊ itelligitur adeptus vel agẽs: omnem naq; ipoſſibile eſt forſan ſeparari. addit tñ cur Ariſto. adycit forſan. ⁊ vult qꝛ eſt ꝓprium alterius libri. [ Et hoc qđ dicit.] Nunc declarat põnem Alex. ⁊ vult ꝙ apud Alexandrum ſit triplex itellectus: ⁊ forte quadruplex. Unus eſt intellectus agens eternus. ⁊ vnus mãlis eductus de potentia mãe. ⁊ tertius compoſitus aliquo mõ: ⁊ eſt itell's in habitu: vt diximus 3° de aĩa. quartus eſt intell's adeptus qui ẽ ipſe intellectus agens vt cognitus a poſſibili. vult modo Alexãder verbum Phı̃ eſſe verum ſolum de adepto. hic enim inaſcit̃ hoĩ de nouo: ⁊ tñ non corrũpit̃ hoĩe corrupto: ſed poſterius remanet. [ Sed nõ eſt.] Recitata poſitiõe Alex. narrat põnem Themiſty ⁊ Theophraſti: ⁊ ponit omnes propoſitiões quas ↄceſſerũt hi. Prima/ intell's mãlis remanet poſt hoĩs corruptionẽ. 2ª/ intell's agẽs eſt quaſi forma intellectus mãlis. ⁊ nõ dicunt abſolute eſſe formã qꝛ hꝫ moduz forme: vt dixit in 3° de aĩa. ⁊ ppterea vocat̃ compoſituz q̃ſi ex mã ⁊ forma. 3ª/ intellectus agens creat intellecta vno mõ ⁊ recipit alio mõ. creat qdem per ſe inq̃tum intellect⁹: ⁊ recipit eas per accñs inq̃tum ↄiungit̃ itellectui poſſibili qui recipit eas: ⁊ ſic recipit eas per accidẽs. [ Nos autem.]

¶ Epilogat oĩa que dixit in libro de aĩa breuiter: ⁊ ponit multas ꝓpões breuiter: que ad longum ſunt declarate in 3° de aĩa. quarum pᷓma eſt. Intellectus agẽs eſt quaſi forã itellectus mãlis. Tum qꝛ hꝫ rõnem ꝑfecti ⁊ intellectus mãlis hꝫ rõnem ipꝑfecti. Tum qꝛ ↄiungitur ei aliquo mõ: lꝫ nõ mediãte diſpõne qdditatiua ⁊ q̃titatiua: ⁊ ppterea non dı̃ vera forma ſed quaſi forma. 2ª eſt/ ꝙ itell's agens agit intellecta per ſe ⁊ recipit ea per accidens: pro quãto copulat̃ intellectui poſſibili qui per ſe recipit illa. 3ª/ intellectus mãlis eſt gñabilis ⁊ corruptibilis vt dicet̃. 4ª/ itell's in habitu hꝫ ꝑtem generabilem. ſ. phantaſmata ipſa: ⁊ ꝑtem incorruptibilem. ſ. itellecta ipſa vl'ia. dictum eſt enim ꝙ corrumpitur q̃tum ad id per qđ eſt ens verũ: ⁊ eternum q̃tum ad illud per qđ eſt vnum entium in mũdo. ⁊ qꝛ dixit ꝙ itell's mãlis eſt corruptibilis declarat qũo ⁊ vult ꝙ corrũpat̃ q̃tum ad actionem ⁊ nõ q̃tum ad eſſentiam. 5ª/ intellectus mãlis ab extrinſeco itrat nos: qm̃ non reducit̃ ex ſemine ſed deforis aduenit. ꝙ autem intellectus mãlis veniat deforis: ſupponit. [ Si enim eſſet.] Quia accepit ꝙ intellectus materialis reſpectu agentis eſt velut locus ⁊ nõ quaſi materia. potius enim aſſimilat̃ loco q̃ materie: qm̃ mã eſt res indiuidua. Sed intellectus mãlis eſt res vl'is. ¶ Amplius/ mã dependet a forma: ſed itellectus mãlis nõ depẽdet qꝛ eſt etern⁹: ⁊ propter multa alia que dixit in cõmento 6° terty de anima. [ Et ſi actio.] Probat ſcđaz partem. ſ. ꝙ ipſius itellect⁹ agentis opatio eſt corruptibilis ꝓut copulat̃ poſſibili: qꝛ ſi non: erit ergo eterna. ſed in eternis actio eterna eſt eius ſubſtantia: vt dicet̃ cõmẽto 51°. ergo erit ſubã itell's. Tũc vltra ſi actio hec erit ſubã eius. g͛ ſemꝑ erit ↄtinuus ipſi itellectui mãli: ⁊ quo ad ſubam ⁊ quo ad opationẽ: cum ſubſtãtia ei⁹ ⁊ opatio idem ſint. [ Sed qũo.] Ponit g͛ qũo nr̃a opatio eſt corruptibilis vbi innuit talem diſtinctionem ꝙ ipſius intellectus agentis opatio duplex eſt. vna eſt illius vt agens eſt: ⁊ hec eſt creare intellecta: ⁊ talis debetur ſibi in principio

UVA. BHSC. IyR_143_1

quo itellectus poſſibilis incipit perfici in nobis:alia eſt ei⁹
vt forma eſt.⁊ hec eſt ipſemet intellectus agens vt copulat̃
ipſi poſſibili:⁊ hec debet̃ ei in fine.ſ.quãdo intellectus mã/
lis adeptus eſt totũ intellectum ſpeculatiuum.ergo vult/ꝙ
actio eius ꝓut copulat̃ cum mãli in ꝑncipio ſit alia a ſub/
ſtantia eius.Actio ꝟo ei⁹ ꝓut copulat̃ in fine eſt ſubſtãtia ⁊
forma alij nõ ſibi.[Et ideo.] ¶ Corollariũ/qm̃ actio agen/
tis eſt alia ab eius ſubſtãtia: ideo fuit poſſibile vt aliquod
eternum vtpote itellectus poſſibilis intelligat aliqđ corru/
ptibile.ſ.virtute agentis de nouo abſtrahentis.[Si igitur.]
¶ His declaratis vult declarare qđ ſit proſperitas ⁊ quã/
do:vbi debes ſcire ꝙ donec remanet aliqđ ꝓducibile faciẽ/
dum:ſemꝑ agens hꝫ potentiam actiuam. Qm̃ cuilibet po/
tentie paſſiue correſpondet actiua.ergo per ↄuerſionez per
contrapoſitionẽ ſi nullum eſt ꝓducibile:nulla erit potentia
actiua in agente: quare qũo oĩa ſpeculabilia ⁊ intelligibilia
ſunt actu intellecta nihil remanet amplius ꝓduci.ergo ceſ/
ſat potentia ab agente:⁊ per ↄñs deſtruet̃ hec actio:que eſt
alia ab eo. Eſt ergo ſupponẽdum intellectum agentẽ qñqꝫ
remanere abſqꝫ actione que eſt alia ab eo ꝓpter rationem
dictam.[Et tunc.] Nunc arguit:poſito caſu ꝙ actio hec ceſ
ſet:aut nõ intelligemus omnino per hunc itellectum:aut in
telligemus per eius ſubſtantiaz.ſed eſt impoſſibile vt aliq̃
hora non itelligamus per ipm̃ aliter eſſet ocioſus.ergo itel/
ligemus per ipm̃ inq̃tum eius actio eſt eius ſubſtantia.⁊ h̃
eſt vltima ꝓſperitas.ſ.vt itelligamus per eius ſubſtantiã/ſi
cut ipſe itelligit ſe. ¶ Sed quid ſit iſte itellectus agens per
cuius eſſentiã intelligimus. Utrum deus vel aliq̃ intelligẽ/
tia inferior:dictum eſt 3° de aĩa ⁊ in libro nr̃o de intellectu.
Amplius/vtrũ felicitas ſit ipſe itellectus:an aliqđ medium
quo vnimur ipſi itellectui:dictuz eſt ibidem.Adhuc etiam
qũo ꝑueniemus ad hec qñqꝫ ⁊ q̃bus:diximus ibidem.hec
enĩ dicta ſunt in trãſcurſu ⁊ tranſitu ⁊ per modum epilogi.
¶ His viſis veniamus ad verba textus.videt̃ enim ex tex
tu ſumi ↄtra Auerroem rõnalem aĩam non p̃exiſtentez cor
porib⁹:vt dicit Auerroes:qui ponit eaz eternam a ꝑte ante
⁊ poſt ⁊ vnam.Qm̃ quãtum ad hoc ↄuenit cum verbis Ari
ſtotelis.⁊ videt̃ remanere poſt hominis corruptionem:qm̃
quantum ad hoc differt ab alijs.ergo ex textu aperte ſumi/
tur ꝙ incepit ⁊ nõ deſinit.Inq̃t enim.In quibuſdam enim
nihil ꝓhibet vt ſi eſt aĩa tale non omnis:q2 nõ quelibet:q̃a
non ſenſitiua/nec vegetatiua ſed intellectus.i.ſed ſola rõna/
lis.vocat enim itellectum aĩam rõnalem:omnem nãqꝫ ani
mam ⁊ ſenſitiuã ⁊ vegetatiuam ⁊ rõnalẽ ſeparari eſt forſan
ĩpoſſibile.Ecce qũo aperte ſumit̃ rõnalis aĩa incipere:quẽ/
admodum ⁊ alie forme ⁊ remanere:⁊ in hoc differt ab eis.
⁊ in hac gloſſa multum letat̃ expoſitor contra Auerroez:ſꝫ
pace ſua dixerim.ipſe nõ ꝑcipit verba nec ſenſum verboꝝ
Ariſtotelis.lꝫ enim põ ſua ſit veritas:nec ſumus: nec volu/
mus:nec appetimus ↄtradicere veritati.Sed in hoc eſt fal
ſitas ꝙ ipſe credit talem veritatem eſſe in verbis Ariſtote/
lis hic ⁊ alibi.Adſunt etiaz alij p̃clariſſimi theologi:qui Ari
ſtotelem in tali queſito eẽ ſemper dubium aſſerunt:ſed quo
cunqꝫ modo ſit ex verbis his nõ colligit̃.Propterea debes
ſcire ꝙ apud Auerroim rõnalis aĩa non eſt compoſituz ex | De aĩa ⁊ i tell'u apđ Auerroẽ
intellectu agente ⁊ intellectu mãli vt credit Joãnes.hec enĩ
eſt vera fictio nec ab Auerroi alicubi inueni.ſed rationalis
anima apud Auerroem eſt quoddã compoſitum ex parte
ſenſitiua ⁊ ꝑte itellectiua.Accipiat̃ enim totum illud anime
qđ ex ſemine eradicat̃:⁊ ponatur loco partis mãlis:⁊ totuz
id qđ deforis aduenit loco partis formalis:⁊ ex his conſti/
tuitur rõnalis anima conſtituens compoſitum in eſſe ſpeci
fico:⁊ plures ſ̃m numerum indiuiduoꝝ ſpeciei hominis lꝫ
intellectus ſit vnus oĩbus.tale autẽ ↄſtitutum incipit ſimul
cum compoſito:quẽadmodũ omnes forme mãles ⁊ aliqđ
eius remanet:vtpote intellectus: ⁊ in hoc differt ab alijs:⁊
hec expoſitio multum conſonat textui.dicit enim in quibuſ
dam enim nihil prohibet vt ſi eſt anima tale non omnis h̃
eſt non tota ſed aliqđ eius.i.intellectus.omnem nãqꝫ.i.totã
nãqꝫ impoſſibile eſt forſan: q2 ſaltem ſ̃m ꝑtem ſenſibilem
traducit̃ ex ſemine.⁊ ꝙ hec ſit mens Ariſtotelis patet.nam
Ariſtoteles nullibi ſumit intellectum pro anima.dicit̃ eniꝫ
grece intellectus nus. anima ꝟo grece dicitur pſyche: nec
alicubi viſus eſt variare terminos.⁊ hoc quia anima dĩ to/
tum quoddam:intellectus ꝟo ꝑs eius vt in principio tertij
dictum eſt:imo intellectus nõ dĩ forma niſi equiuoce:vt di/
ctum eſt in cõmento.Ex his apparet talem veritatem non
colligi ex verbis Ariſtotelis.q̃ꝫq̃ꝫ idem ſit catholice dictuz
atqꝫ nullatenus ambigendum.

Palam itaqꝫ quia non oportet ꝓpter
hoc eſſe ideas. homo enim hominez
generat: qui ꝟo ſingularis ſingula/
riter aliquem.Similiter autem in ar
tibus.medicinalis enim ars:ratio ſanitatis eſt.

¶ Confutauit põnem Platonis ⁊ declarauit q̃tũ veritatis
ↄtinebat.Nunc g̃ vult ſoluere argᵐ eius.erat aũt argumen/
tum eius:q2 oẽ qđ fit:fit ab vniuoco:ſed non põt eſſe aliqđ
vniuocũ niſi idee:g̃ opꝫ ideas eſſe.Soluit.d.palaꝫ itaqꝫ q2
nõ opꝫ ꝑꝑ hoc/ſubaudi argumentũ eẽ ideas.nam hõ gñat
hoiem:ſed qui ſingularis ſingul'r aliquez.etiam vl'is vl'em
nec vl'is particularem gñat.Sil'r autez in artibus ſubaudi
opꝫ dici.nam medicinalis ars eſt rõ ⁊ ſil'itudo ſanitatis a q̃
fit.non ergo opꝫ ponere ideas vt res ꝓducant̃ a ſil'i:qũo in
ferius inueniat̃ ſimile a quo ſuum ſimile ꝓducat̃.⁊ ſic poſi
tio Platonis nullo mõ eſt neceſſaria:nec q̃tum ad poſitio/
nem ipſam nec q̃tum ad argumentum poſitionis.
¶ Cum declarauit.] Auerrois ↄuenit nobiſcum in exponen | Cõ.18ᵐ.
do Ariſtotelis textum:ſed vult ꝙ Ariſtoteles ꝓbet in litera
ſuã ſol'onẽ ex loco a ſimili.nam ſicut in arte ita in nã. ſed in
arte omne qđ fit:fit a ſimili ⁊ nõ ab idea.ergo ĩ nã oẽ qđ fit:
fit a quodam ſil'i hñte formã rei facte in potentia actiua.tu
ꝟo ſcis iſtud nõ eſſe ita:vt pꝫ in textu greco:ſed vtcunqꝫ to/
tum eſt bonũ.[Themiſtius.] Digreditur cõtra Ariſtotelis | Digreſſio
dicta.Et primo inducit Themiſtij poſitionem ⁊ argumen | ⁊ põ The
ta Themiſtij.Themiſtius ergo opinat̃ ꝙ idee ſint ſed quo | miſtij.
pacto dicemus: vtit̃ argumento ex eis que fiunt abſqꝫ pa/
tre ⁊ matre:vbi certuz eſt talia fieri a ſil'i ⁊ nõ a patre. ergo
ab idea.Et huius argumentum ait Ariſtotelem fuiſſe obli/
tum.⁊ dixit argumẽtũ nõ bonũ.[Et nos.] Remouet The/
miſtius dubium.diceret eniꝫ q̃s talia aĩalia fieri caſui ⁊ nõ
ab agente ꝑ ſe:vt diximus cõmento.13. ¶ Contra arguit ⁊
ſyll's eius eſt:oẽ id ante cuius gñationem procedit debitus
ordo ⁊ debitus proceſſus nãe fit per ſe ⁊ ab agente:ſed in oĩ
bus talibus p̃cedit ordo ⁊ ꝓceſſus nature.ergo generantur
ab agẽte.minor pꝫ in aĩalibus factis ex ſemine.⁊ eodez mõ
pꝫ in animalibus factis ex putrefactione.nullum enim ho/
rum fit niſi p̃ceſſerit quedam reſultatio.i.diſpõ habilis per
quã ita hoc ꝙ nõ id producat̃.vt pꝫ in animalibus ex ſemi
ne generatis ⁊ ex putrefactione etiam.[Dicit ⁊ non decipi/
at.] Contra.q2 non vĩ ſimile in animalibus ꝑfectis ⁊ talib⁹
vilibus.ergo lꝫ animalia perfecta ꝓducant̃ ordine ⁊ debi/
to ꝓceſſu:animalia talia vilia non ſic: ⁊ ꝓpterea caſu ꝓdu/
cuntur. ¶ Contra arguit:q2 vilitas nõ tollit ordinez rei ge/
nerande.nam videmus aliquẽ gñare rem a luto ⁊ ab auro:
⁊ tñ vtroqꝫ modo facit cuꝫ ordine ⁊ debito proceſſu.[Et ſi
tu bene.] Scđo p̃ncipal'r arguit Themiſtius animalia per
fecta fiunt ordine ⁊ debito proceſſu.⁊ hoc q2 ꝓcedit reſulta
tio ſeu diſpoſitio certa in materia ad illa d̃terminate.quero

UVA. BHSC. IyR_143_1

ergo a quo talia gñantur:⁊ certum eſt ꝙ non a patre ⁊ ma-
tre:qm̄ hec nihil faciunt ad ꝯpoſitionem hois:lȝ faciant ad
ipſum fieri nihil tñ ad factū.nam corpus nihil facit ad cor-
pus niſi in extremitate,ſed nã facit in ipſo corpore itriſeco:
ergo talia erunt ab agente alio ⁊ tale eſt idea.[Et non eſt.]
¶ Cōtra.qūo nã dirigit ſe tali mō:vt ſimul cū idea produ
cat debitū effectum.Rñdet ꝙ hoc facit inq̃tum dirigit̃ ab
itelligentia nō errãte que eſt aia in terra: hoc eſt in ſphera
actiuoꝝ ⁊ paſſiuoꝝ de qua Plato dicit,ꝙ fit ex dijs ſecun-
dis:⁊ vocat eam in Tymeo aiaȝ mundi.⁊ Ariſtoteles dicit
eam fieri ex ſole ⁊ orbe declini.i.zodiaco.[Et ideo.] Cōclu-
dit propoſitum ꝙ lȝ nã nō intelligat qđ facit:tñ agit ordia-
te pro quanto dirigit̃ ab illa aia qūo ꝓphete loquunt̃ futu-
ra lȝ nō itelligant illa:q̃ dirigunt̃ ab intelligentia nō erran
te.¶ Sed dubitat̃ qūo nō corpus poteſt fieri a corpe:cuȝ
ḡ talis aia nō ſit corpus:non videt̃ poſſe fieri a ſole ⁊ orbe
declini.Amplius,ſi ꝓphete loquunt̃ futura cum loq̄la ſub-
ordinet̃ rōni:videt̃ ꝙ debeant ꝑſcire futura.¶ Debes er-
go ſcire ꝙ hãc mundi animam declarauimus in libro nr̄o
de aia.⁊ Themiſti⁹ in libro de anima caplo 23° declarauit
omnia hec.Poſſumus ergo dicere ꝙ Themiſtius ſic intel
ligit non vt dixi.nam aia duplex eſt:vna terrena que nō dr̄
anima mundi,ſed aia gñabilis:⁊ hanc vocat Themiſtius
aiam in terra:⁊ talis apud Platonem fit a dijs ſecundis.i.
ideis.apud Ariſtotelem hec fit a ſole ⁊ orbe declini tanq̃ȝ a
cauſa vl̄i.⁊ ab agente ꝓximo tanq̃ȝ ab inſtr̄o.Poſſet itelli-
gi per aiam in terra aiam mūdi vt dixi:⁊ tūc tu ſolue argu-
mentum.¶ Ad 2m,forte ipſe loq̄tur more aſtrologoꝝ:qui
ꝓphetas euenire a virtutibus celoꝝ aſſerunt:vt qñ preſue
rit aliqua magnaꝝ ꝯiunctionum Saturni,⁊ Iouis:⁊ maxi
me qñ talis ꝯiunctio mutauerit triplicitatem.⁊ Saturnus
fuerit in 2a domo vel 3a ab aſcēdente ꝯiunctionis:vt Albu-
maſar inquit:⁊ tunc certuȝ eſt tales eſſe ⁊ futura predicere:
qui tñ non precognoſcunt futura qñ ab impetu loquant̃.vl̄
hoc itelligit de melancholicis apud medicos vel de demo-
niacis.Tu ῡo hec conſidera.[Et vl̄iter neceſſe eſt.] Dedit
Themiſtius neceſſitatē ponendi ideas.Nunc vult ꝯclude-
re ꝙ nō ſufficiunt ⁊ ſupponit vnum.vȝ.ꝙ oē qđ fit:fit a de-
bito ꝑncipio mãli ſimili ⁊ ꝓportionali rei facte:q̃ nō q̄li-
bet fit ex quolibet.Ex hoc ſeq̄tur ꝙ dȝ forma anteq̃ȝ fiat ꝑ-
exiſtere in materia tota ⁊ tota debet educi de potētia agen-
tis.⁊ hec eſt poſitio Themiſtij:⁊ verba ſua vide.[Et appa-
ret ꝙ iſte.] ¶ Reprobat nunc poſitionem Themiſtij in
duobus.primo q̃ neſcit qūo fit generatio.2° q̃ neſcit qūo
generatum fit a conuenienti in noie ⁊ definitione.Hec ergo
duo que credebat declarare videt̃ Themiſtium ignorare.
[Qūo enim intellexit.] Declarat hec ſimul ⁊ ꝓponit ꝙ de
mente Themiſtij generatum fit de nouo pro quanto agēs
creat formam ⁊ ponit eam in mã:ac ſi nullo modo ꝯtineat̃
in mã:ſed eſſet aliud in mã ⁊ aliud in effectu.¶ Arguit mo
do ſi ita eſſet:tunc eſſent forme creantes animalia ⁊ plãtas
⁊ generata ex putrefactione:ita ꝙ darent formas : animas:
lineationes:creationes:⁊ eſſe talibus.Eſt ergo enthymema
Auerrois ſi eſſet:vt Themiſtius inq̄t.Tunc darent̃ ſubſtã
tie creatrices.[Et contingit.] Deſtruit ꝯñs predictum hoc
modo:ſi forme creatrices ſunt.ergo tales erūt anime.tenet
ꝯñtia:qm̄ aia creatur ab anima qūo dēat eſſe ſil̄itudo.Tūc
vltra:ſi aie vel abſtracte ⁊ imateriales nullo mō dependē-
tes in eſſe ⁊ ꝯſeruari:vel non abſtracte ⁊ dependentes in eſ
ſe ⁊ cōſeruari a mã.hec eſt diuiſio ſyll̄i hypothetici.[Sed
ſi fuerint.] Deſtruit alteram partem ⁊ infert alteram quaȝ
iterum deſtruet:⁊ per ꝯñs falſum dixit.Debes aūt ſcire ꝙ
forma dici pōt abſtracta dupliciter:ſm̄ eſſe ⁊ inſtrumētū,
⁊ ſm̄ eſſe tm̄:non tamen ſm̄ inſtrumentum.Exempluȝ pri
mi vt deus.Exemplum ſecundi vt virtus formatiua: que
q̄dem eſt abſtracta ⁊ vtitur inſtrumēto corporeo.ꝑmo quo
deſtruit ꝑmam ꝑtem.d.ſi fuerint non abſtracte:ita ꝙ fuerit
coniuncte inſtrumētis ꝓprijs ⁊ formis mãlibus q̄bus vtit̃
vt inſtr̄is ſic,ꝙ neq̃ȝ ſubiecta in q̄bus ſunt etiam ſint abſtra
cta:itaq̃ȝ nullo mō ſint abſtracte neq̃ȝ ſubiecto neq̃ȝ inſtr̄o:
ſed hēant de ꝑncipijs inſtr̄alibus calorem aialem:ſi inquaȝ
hoc dicat̃:tunc erunt facte.Eſt ḡ enthymema ſi dicat̃ tales
formas creatrices eſſe mãles ⁊ ſm̄ ſubiectum ⁊ ſm̄ inſtr̄m.
Tunc erunt facte:⁊ tūc erit qđ a quo tales fiant qūo oē qđ
fit dȝ fieri a ſil̄i:⁊ ꝓpterea dat aliud mēbrum ꝙ opȝ tales
creatrices formas eſſe abſtractas ⁊ ideas.[Et hoc non tm̄.]
¶ Deſtruit hanc ſcđam ꝑtem:nam ſi dicat̃ tales eē abſtra
ctas hoc non tm̄ erit in aialibus ex putrefactione genitis:ſȝ
ex ſemine genitis.nam in ſeminibus ſunt virtutes ⁊ forme
ſimiles formis artificialibus que formãt corpora ⁊ tales fa
cte ſunt:vt etiam ille in putrefactis.ergo ab alijs:⁊ per ꝯñs
opȝ deuenire ad ideas ſimplices eternas:quo Themiſtius
hȝ idem dicere ⁊ in animalib⁹ genitis ſemine ⁊ putrefactio
ne quare argumentum eius non eſt neceſſarium.[Unde q̄-
dam.] ¶ His adductis pro ⁊ contra:nūc narrat opinioneȝ
Auicēne,⁊ Themiſtij:⁊ hi volūt duo.ꝑmum,ꝙ omnes for
me ſubſtantiales gñabiliū fiunt ab vna vl̄i abſtracta a mã
que ab Auicēna dr̄ colcodea,hoc eſt dator formarum.2° di
cūt ꝙ talis colcodea ſit itellectus agens.ergo apud eos col-
codea ⁊ intellectus agens ſunt idem ſubiecto ⁊ differunt ra
tione.dr̄ q̄dem enim colcodea,ꝓ quãto creat formas,dr̄ ῡo
itellectus agens pro quanto abſtrahit ſenſibilia a materijs.
[Et rōcinat̃.] ¶ Nunc ponit fundamentum huius pōnis:
⁊ ſupponit duas ſuppōnes.ꝑma,tm̄ quatuor ſūt qualitates
actiue.vȝ.caliditas:frigiditas:humiditas:⁊ ſiccitas:tales.n.
actiue dicunt̃ q̃ agunt ſimilia.[Forme aūt ſubſtantiales.]
Scđa ſuppō,nulla forma ſubſtãtialis eſt ꝑnm actiuum ſue
oppōnis vel ſui ſimilis qđ exponit : ita ꝙ ignis qūo fecerit
alium ignem ſibi ſimileȝ ex corpore graui,vȝ.ligno:forma
ſubſtantialis que eſt in eo vtpote q̃ leuitas gr̄a exēpli non
agit leuitatem ſibi ſimilem . ⁊ hec ſuppoſitio pȝ ex verbis
Ariſtotelis in libro de gñatione:⁊ in libro đ ſenſu ⁊ ſenſato.
[Et cum ita ſit.] Tunc arguit:cum aliq̄s ignis generat̃ : vel
forma eius conſequitur primo facta:ita ꝙ fiat concomitati-
ue:vel fit principal̄r.Si cōcomitatiue,tunc forma ignis fie
ret ex non forma ignis:⁊ per ꝯſequens generatio fieret non
a ſibi ſimili.[Et hoc non.] Secundo arguit : nam ſaltem in
aia oportet dicere ꝙ fiat ab idea.nam non dicunt eodē mō
in aia ⁊ alijs.modo nos nō vidimus aiam fieri ex aia i his:
ſed potius ex non aia.fit enim aia ex ſꝑmate qđ non eſt aia:
ergo ſi generatio eſt ab vniuoco opȝ ſaltem aiam fieri ab
aia:⁊ per ꝯñs opȝ eſſe ideam abſtractã a qua fiunt aie oēs.
ergo lȝ q̄s poſſet fugere in elementis:ſaltem in aia non poſ
ſet fugere.[Et hoc iã.] ¶ Cōfirmat hec auc̄te Themiſtij.
nã Themiſtius ꝑmo de aia.caplo.23.idem confirmat.Si-
militer ⁊ hic idem dicit.dicit eni aiam mãlem apud Plato
nem fieri a dijs ſecūdis:apud Ariſto.ῡo a ſole ⁊ orbe decli
ui.hec ḡ eſt poſitio Auicēne.¶ Sed circa hãc pōnem ſunt
difficultates.ꝑma,nã cuilibet itelligentie corr̄ndet orbis ꝑ-
petuus.Quero ḡ q̄s orbis corr̄ndet illi intelligētie.2a que-
ſtio:talis itelligentia eſt prima:vel quem ordinem tenet in
numero itelligentiarum apud Auicēnã:⁊ a qua producit̃:
⁊ multe poſſunt eſſe q̄ōnes:ſed breuitatis cã relinquantur.
q̃ eam nō intendimus ſequi.¶ Ad ꝑmaȝ,videtur quibuſ-
dam illi itelligentie correſpondere vnus orbis per ſe ⁊ alte
rū ꝑ accñs.hec enim itelligētia ꝑmo ⁊ per ſe gubernat ſphe
ram lune.2° ⁊ per accñs gubernat ſpherã actiuoꝝ ⁊ paſſi-
uoꝝ:⁊ ſic apud eos intelligentia lune eſt colcodea:⁊ intell̄s
agens:intelligētia lune q̄dē pro quãto mouet ſpherã lune.
Colcodea ῡo pro quanto ſecundario gubernat ſpheram

UVA. BHSC. IyR_143_1

actiuoꝝ ⁊ paſſiuoꝝ. Intellectus autem agens pro quanto
creat itellecta: ⁊ mouet itellectum nãlem. Sed re vera hec
eſt fabula. Auicẽna enim in pluribus locis tenet talem itel/
ligentiam eſſe ſolum reſpectu ſphere actiuoꝝ ⁊ paſſiuorũ:
nec vult eam eſſe intelligentiam lune: ⁊ talem vocat intelli/
gentiam agentem quã poſuit abſtractã ꝓpter duo. ſ. pp itel
lectionẽ ⁊ pp gñõnem: ⁊ ego adducerẽ multos textus ſuos.
ſed tu vide per te loca eius. ¶ Ad 2ᵐ dõm apud eũ/ ꝙ itel/
ligentia lune intelligẽdo ſupiorem apud ipm: vtpote illam
mercury ꝓduxit hanc ſphere medie. Intelligendo ꝟo ſe ꝓ
duxit animam orbis lune: ⁊ ſic apud Auicẽnam ex duplici
rõne ꝓducendi intelligentia lune duas ꝓduxit res. [Et iſta
queſtio.] Nũc vult rñdere qõni: ⁊ pmo ꝓponit difficultatẽ
queſtionis: ⁊ quomodo ipſe vult loqui in hac mã. [Ibi dica
mus.] Proſeqtur ⁊ prima ps perſpicua eſt. ¶ Circa ſcdaz
ipſe omnes põnes reducit ad extrema duo: ⁊ ad medium:
nam gdam differunt latitationem omnium formaꝝ: ⁊ aly
extremi his 2ry dicunt creationẽ omnium formarum. pmi
dicunt quattuor: quoꝝ pmum eſt qólibet eẽ in quolibet. Se
cundum eſt gñationem eſſe ſolum exitum rerũ de confuſo
ad diſtinctum. Tertium eſt agens eſſe ſolum diſtinguens ⁊
nõ gñans. Quartum erat ꝙ agẽs ſolum diſponit mouendo
mãm: ſed itellectus ille creauit oĩa ſimul. hec ergo quatuor
erunt de mente hoꝝ quoꝝ princeps fuit Anaxagoras. [Di/
centes aũt creationẽ.] Scdam enarrat põnem ⁊ vult eã po
nere duo. pmum ꝙ agens creat totum eſſe cõpoſiti ex nihi/
lo. 2ᵐ ꝙ nulla eſt neceſſitas mãe vt pſuppoſite gñationi: ⁊
hec vt dicit eſt opinio legis ſue ⁊ legis chriſtianorum: ⁊ ad/
dit de qua dicit Ioãnes chriſtianus (vtpote euangeliſta) ꝙ
tota potẽtia eſt in deo: ⁊ ſine ipſo nihil factũ eſt: ⁊ ꝙ omnia
in ipſo erãt: ⁊ hoc narrauit Alpharabius de Ioãne chriſtia/
no: qꝛ ipſe nõ vidit: ſed forte põt tangere Ioãnem philopo/
num: qui fuit de primis chriſtianis: ⁊ talis quantum ad hoc
2dicit Ariſtoteli: vt dicemus. Debes ſcire ꝙ Auerrois falſũ
iponit noſtre religioni: nõ enim chriſtiana religio vult agẽs
nãle nihil facere: ſed vult ꝙ ſi deus vellet poſſet oĩa crea/
re: tamẽ corpora phica produxit: ⁊ dedit eis vtutes actiuas:
ſed de his poſtmodum. [Opiniones aũt medie.] ¶ Nunc
narrat medias ⁊ vult illas eſſe duas: ſed qꝛ vna ſubdiuidit
ideo ſunt tres: ſed ponit pmo ea in gbus differunt: ⁊ ea in g/
bus 2ueniunt ſunt tria. pmum eſt/ qꝛ apud eos generatio eſt
trãſmutatio in ſubſtãtia. 2ᵐ eſt/ ꝙ in omni generatione ẽ ne
ceſſarium ſubiectum: ⁊ per 2ñs nihil fit ex nihilo. 3ᵐ eſt/ ꝙ
omnis generatio eſt ab vniuoco ⁊ ſibi ſilí. [Una aũt.] Po/
ſitis his in gbus 2ueniũt: ponit ea in gbus differũt: ⁊ narrat
poſitionẽ Auicẽne: ⁊ hec 2ſiſtit in duobus. pmuz omnis for
ma creat in mã ab agente ⁊ ꝓpter hoc dicũt agentia mate
rialia diſponere mãs tm̃ ⁊ non agere principalr. 2° dicunt
tale agens eſſe abſtractum: vtpote itellectum agẽtem: ⁊ talẽ
vocant datorem: ⁊ hec eſt poſitio Auicẽne. Themiſtius ꝟo
dicit ꝙ rerum genitaꝝ quedam ſunt valde impfecta ⁊ ma/
terie prime ꝓpinque vt elemẽta ⁊ miſta inaĩata. ⁊ quedam
ſunt pfecta ⁊ nobilia: ⁊ hec duobus modis. quedam habent
ſimilia vt homo ⁊ equus ⁊c̃. quedam ꝟo nõ hñt ſimilia vt
putrefactione orta. Tũc Themiſtius dicit/ ꝙ ꝓ primis nõ
opꝫ recurrere ad agens abſtractuz: qꝛ pro generatiõe ignis
ſatis eſt ignis: nec pro pfectibus hñtibus ſimilia: qꝛ pro ge/
neratione hoĩs ſatis eſt homo: ⁊ ꝓpterea ponit ideam ꝓ ge
nitis ſponte: que ſunt pfecta miſta ⁊ viua: ⁊ per 2ſequẽs opꝫ
ponere agens ei ſimiles: ⁊ ſic hꝫ dicere agens in generatiõe
duplex. ſ. abſtractũ qõ ponitur tm̃ ꝓpter generationez aĩa/
lium ex putrefactione genitorum: ⁊ nãle qõ ponit propter
alia: ⁊ hec videtur opinio Alpharaby in libro de duab⁹ phi
loſophys: lꝫ ſatis ambigue loquatur. [Tertia aũt.] ¶ Nũc
narrat põnem Ariſtotelis: ⁊ ponit id in quo fere tota conſi/
ſtit: ⁊ ingt. ⁊ eſt ꝙ agens phyſicum nõ facit niſi compoſituz
ex mã ⁊ forma. In hoc enim 2ſiſtit totum fundamẽtũ Ari/
ſtotelis. ergo videt velle ꝙ generatio non eſt inductio for/
me in mã: ⁊ hoc 2tra Platonez/ Themiſtium/ ⁊ Auicẽnaz.
Nec fit forme manifeſtatio vt ſentit Anaxagoras: ſed eſt cõ
poſiti ex mã ⁊ forã acceptio eſſe poſt non eſſe. [Et hoc fit.]
¶ Declarat iſtud ⁊ vult ꝙ generationem compoſiti prece
dit quedam diſpõ: que eſt inquantum agens mouet alterã/
do mãm de diſpõnibus precedentibus ad diſpõnes ſequẽ
tes facientes pro noua forma tãdiu dꝫ q̃diu exit qõ erat in
potentia ad actum: ⁊ ꝓducit compoſituz pfecte. ergo apud
Ari. forma nõ inducit nec ꝓducit: ſed compoſitũ generat
ꝓpter forme eductionem. [Et in iſta.] Aſſimilat hanc poſi/
tionem põnibus antiquoꝝ ad hoc vt oſtendat nõ eſſe fictã:
⁊ pmo aſſimilat illam opinioni Empedoclis. Empedocles
enim voluit agens ſolum 2gregare ſeparata vel diſgregare
congregata. ⁊ ſic apud ipſum generatio nõ erat niſi inordiña
toꝝ ordinatio vel ordinatoꝝ ſeparatio: ait tñ ꝙ in precedẽ/
ti caplo ipſe nihil dixit de agente: ſed vtcũqꝫ ſit agẽs apud
Ari. nõ eſt 2gregans inter duo in rei veritate. i. actualia: ſed
eſt extrahens id qõ erat in potẽtia ad actum: ⁊ quaſi cõgre/
gat inter potẽtiam ⁊ actum. i. inter mãm ⁊ formam non de
ſtruendo mãm priſtinam ſed illam pdiſponendo donec in
compoſito fiant duo. i. mã ⁊ forma vnum cõponẽtia. patet
ergo gd ſit generatio apud Ariſt. ⁊ gd agens: ⁊ ex his pꝫ q̃li
ter omne generans apud Auerroem eſt diſponẽs ⁊ alterãs:
vt 7° huius cõmenti. 31. dixit. generans enim inq̃tum ꝓdu
cit compoſitũ eſt gñans. inq̃tuz ꝟo educit formã eſt diſpo
nens. ¶ Sed 2tra: qm̃ 2° phyſice auſcultationis vult Ari/
ſtoteles ꝙ diſponens ſit aliud a dante formam vt exempli
ficat in artibus. Amplius/ lumen diſponit oculos: ⁊ colores
inducunt ſenſationez. Adhuc apud Auerroiſtas ſpecies ſen
ſibilis vtpote phantaſma diſponit ad itellectionem: ſed in/
tellectus agens cauſat intellectionem. poſſet dici pro nunc/
ꝙ verbum Auerrois intelligit in actione phyſica ⁊ corru/
ptiua: vel forte verbum illud intelligit quando diſpoſitio
eſſentialiter ordinat ad actionem pncipalis agentis: cuiuſ/
modi nõ eſt forte in illis: ⁊ alias gloſſas dixim⁹ in 3° de ani
ma. Scias tamen ꝙ illa ꝓpõ non acceptatur ab oĩbus. dici
mus enim nos nãle agẽs vtpote hominem diſponere pro
anima rõnali: ⁊ deum illam creare: ⁊ ſic apud nos opꝫ eſſe
falſam hanc ꝓpõnẽ. [Et etiam.] Scda ſimilitudo eſt ad ſe/
cundam ſectam. Scda enim ſecta voluit formas creari: mo
do hec 2uenit ⁊ diſconuenit. Conuenit gdem pro quanto in
creatione fit qõ erat potẽtia fieri. Silr in generatione fit qõ
erat potentia fieri. differunt ꝟo qm̃ in creatione fit qõ erat
poſſibile fieri potentia in agente: ⁊ ꝓpterea fit ens ex nõ en/
te: vtpote forma ex non forma. [Et ſilr.] Tertia ſimilitudo
eſt ad latitantes: nam latitantes ponũt formam peſſe: ⁊ hoc
modo Ariſtoteles. Sed differunt qm̃ Ariſtoteles vult illaz
preeſſe potentia exiſtente in vtroqꝫ. Anaxagoras vult illas
peſſe totalr: addit ꝙ opinionez Ariſtotelis voluerunt dice/
re antiqui: ſed non potuerũt. [Intentio igit.] Epilogat intẽ/
tionem Ariſtotelis: ⁊ vult ꝙ Ariſtoteles intẽdat ſimile fie/
ri a ſibi ſimili totalr vel aliqualiter: non ꝙ agens nãle ad/
ducat ab extra formam in mã illa nullo pacto precedente:
ſed agens eſt qõ adducit ab intra: forma ad extra: vt dictuz
eſt. [Et ſic eſt.] ¶ Soluit qõnem vtrum hoc ſit veruz vlr.
Et reſpondet ꝙ eſt vlr verum in decem pntis. ⁊ exemplifi
cat in tribus vt in calido: magnitudine: ⁊ motu. Quando. n.
generatur calidum opꝫ imaginari calidum preeſſe in mã: ⁊
ꝙ agens educit ipſum de potentia ad actum. Ampli⁹/ ſimi/
li modo ⁊ de magnitudine. nulla enim quãtitas fit de nouo:
ſed gnõ q̃titatis nihil aliud eſt niſi terminatio dimẽſionuz
interminataꝝ: ⁊ hꝫ pacto dixit Auerroes dimẽſiones inter/

UVA. BHSC. IyR_143_1

minatas eſſe coeternas materie ⁊ nõ vt Joãnes fingit: ſed de hoc in libro noſtro de ſuba orbis: qꝛ illud dicit̃ exemplariter. Adhuc de motu ſimili nõ eſt dicẽdum. nõ enim inducitur: ſed educit̃ (vt diximus.) Debes ſcire ꝙ inducere eſt agere nullo preſuppoſito: educere vero eſt agere aliquo preſuppoſito. ſed qd ſit illud p̃ſuppoſitum dicemus ſuo loco. [Et ideo.] ⸿Primũ corollariũ eſt/ꝙ nõ opꝫ agẽs aſſimilari oibꝰ modis effectui: ſꝫ ſatis eſt ſimilitudo virtualis. [Generans igit̃.] ⸿Scõm corollarium eſt/ꝙ gñans aiam terrenam nõ ponit aiam in mã deforis: ſed eam ab itra extrahit faciendo cõpoſitiõ: vt dixit. [Uñ ignis.] ⸿Tertium eſt/ꝙ ignis gñari põt a pluribus agẽtibus: vtpote ab igne ⁊ a motu. vt pꝫ in excuſſione lapidis cũ ferro: nã ad gñonem req̃rit̃ ꝯueniẽtia ⁊ ſl'itudo in forma: ſꝫ ꝯuenientia in vtute. mõ motus hꝫ potentiam ꝑducẽdi ignem ſicut ⁊ ignis. [Et intẽtio.] Uult ſoluere. q. quõ iaiata pñt agere aiata ⁊ arguit ſic. omne extrahens aliqd de potẽtia in actuꝫ dꝫ hẽre aliq̃ mõ illud: ſed vtutes in ſemine extrahunt ꝓportiones ⁊ formas que ſunt in potentia in mã ad actum. ergo debẽt habere aliquo mõ aiata ⁊ nõ oibus modis. [Uirtutes igit̃.] Declarat quõ vtutes exiſtentes in ſeminibus hñt aias quas inducũt in mãs: ⁊ vult ꝙ tales virtutes habeant aias potẽtia ⁊ non actu: queadmodũ domificator hꝫ domũ potẽtia ⁊ nõ actu. Signũ aũt huius eſt: qꝛ Ariſto. aſſimilat tales virtutes arti.

Uirtus ſeminalis. Semen. Seminarium.

⸿Circa hec debes ſcire ꝙ reperiunt̃ hec tria. vꝫ. virtutes ſeminales: ſemen: ⁊ ſeminariuꝫ. Semen qdem eſt corpus qõdam cuius forma non eſt intenta ꝓpter ſe: ſed vt ex illo generet̃ aliqd ſimile agenti a quo deciſum eſt. Seminariũ vero eſt exordium cuiuſlibet rei: ⁊ ꝓpterea ſeminariuꝫ apud Platonem eſt inchoatio forme: virtutes vero ſeminales ſũt rõnes quedam exiſtentes in ſemine: inclinantes ſemen ad actum. vt. ſ. ꝓducat aliqd ſimile ei a quo deciſe ſunt: ſꝫ vtꝝ ſint ſubſtãtie vel accñs poſterius dicetur. [Et dicit in libro de aialibus.] ⸿Auerroes nunc intendit declarare quales ſint tales virtutes: declarauit enim eas eſſe aliquo mõ ſimiles aiatis ⁊ aliquo modo diſſimiles. declarat modo quales: qd: ⁊ quõ: ⁊ duo oſtendit. pmo ꝙ diuine, 2º ꝙ ſimiles itellectui. diuine qdem: qꝛ dant vitam. ꝓpriuꝫ enim diuinoꝝ dare vitam: ⁊ hoc diuinum dr̃. Similes vero itellectui: qꝛ adducunt ad finem certum. ꝓprium enim eſt rõni per debita media venire ad finẽ. [Et qꝛ iſta ſemina.] ⸿Declarat modo inſtrumentuꝫ vtutis ſeminalis: ⁊ per hoc magis declarabit q̃lis ipſa ſit: ⁊ pmo accipit ꝙ virtus ſeminalis vtit̃ calore tanq̃ inſtrumento: ⁊ non probat hoc: qꝛ ex libro de aialibus declaratũ relinqt. [Et calor ignis.] Oſtendit qualis calor: ⁊ vult ꝙ hic calor non eſt igneus: ⁊ ſyllogiſmus ſuus eſt nullus: calor igneus facit animatione ⁊ figuram: talis calor facit aiationem ⁊ figuram. ergo non eſt igneus. [Et dic̃ Ariſtoteles.] Scõo idem probat auctẽ Ariſtotelis: qui dicit ꝙ iſte calor non eſt ignis neq3 igneus. [Ignis enim.] Tertio idem ꝓbat: nam calor igneus corrumpit: iſte calor generat. ergo non eſt igneus. [Et ideo videt̃.] Quarto calor ſimilis arti nõ eſt igneus. ſed iſte calor eſt ſimilis arti. ergo non eſt igneus. [Et iſta forma.] Soluit dubiuꝫ. ſ. que eſt illa forma que conſeruat talem calorem ⁊ ipſum ducit ad debitum finem. ⁊ primo ponit ꝙ talis virtus vtens tali calore non eſt aia actu ſed potentia productiua. Secũdo dicit ꝙ eſt ſimilis arti vt dicit Ariſtoteles: ⁊ intellectui. Arti qdẽ pro quanto ordineꝫ ⁊ menſurã ſeruat in ſui oꝑatione. Intellectui vero pro quanto non vtit̃ determinata parte corporis tanq̃ ſui organo. Tertio dicit ꝙ iſte calor eſt in ſeminibus. Quinto dicit ꝙ fit ab hñte ſemen ⁊ a ſole: vt pꝫ per verba Ariſtotelis. ⁊ ſic pꝫ que eſt illa forma: ⁊ qs ⁊ qualis ſit calor qui ẽ inſtrumentuꝫ forme. nam forma illa eſt virtus ſeminalis: nõ qdem forma caloris inherens ſed directiua: calor vero non eſt igneus ſed aialis. ⁊ ſic duplex dicitur calor. [Et factus.] ⸿Declarauit q̃lis ſit calor ſeminalis: nunc qualis ſit calor ſimilis calori ſeminali declarat. ⁊ dicit primo ꝙ ille calor putredinalis viuificatiuus fit in terra ⁊ aqua. In terra/pro aialibus terreis: in aqua/pro aialibus aquaticis: a calore ſolis admiſto. i. contracto per calorem aliaꝝ ſtellarum. eſt. n. calor ſolis nimis cõmunis vt dicit Ptolemeus in libro quatripartiti pmo. ſed receptis in alijs ſtellis ſhitur ad certaꝫ ſpẽm rei generande. ꝓbat aũt hoc: qꝛ ſol ⁊ alie ſtelle ſũt actiua ꝓncipia oium viuentiuꝫ. ⁊ hoc Hermes teſtatur. g̃ nũc triplex eſt calor. ſ. elementalis: aialis: ⁊ putredinalis: ⁊ quo fiant pꝫ. [Calor igit̃.] ⸿Ex his concludit ꝓpoſituꝫ ⁊ declarat qualis eſt calor celeſtis: ⁊ ingt. Calor igit̃ ſolis ⁊ ſtellaꝝ multiplicatus ⁊ diuiſus in aqua ⁊ terra per medium: qd. ſ. ẽ aer generat animalia ex putrefactione nata: ⁊ vl'ter omnia que fluunt ex non ſemine: vt herbe ⁊ plante. Scõo dicit cõtra Themiſtium: nõ ꝙ illic in orbe decliui ⁊ in ſole ſit anima in actu inuẽta ſicut narrat Themiſtius. Addit ⁊ omnia iſta declarata ſunt in libro de animalibus. Debes ſcire vt Ptolemeus ſentit in primo ſui quatripartiti: ꝙ aer eſt materia ſolis ⁊ lune ⁊ aliarum ſtellarum: ⁊ medium. materia qdem pro quanto eſt valde paſſiuus reſpectu alioꝝ elementoruꝫ: medium vero qꝛ defert actiones corpoꝝ celeſtium ad nos. Sol enim ⁊ luna ⁊ alie ſtelle alterantes aerem alterãt nos mediante illo. ⁊ hoc dixit Ariſtoteles. 8. phice auſcultationis. [Ergo calores.] ⸿Contra. qꝛ calores iſti celeſtes deberent eſſe abſq3 regula ⁊ menſura: qꝛ non hñt intellectum. ⸿Rñdet ⁊ declarat quõ iſti calores animalis ⁊ putredinalis regunt̃ a calore celeſti: ⁊ vult ꝙ iſti calores habent talẽ menſuram ⁊ ordinem ꝓpter duo: ⁊ ꝓpter quãtitatem motuum ſtellarum: ⁊ ꝓpter appropinquationem ⁊ remotionẽ. Sapientes enim aſtrologi volunt ꝙ planeta velox aliam hẽat menſuram ⁊ aliã planeta tardus. aliam retrogradus: ⁊ aliam directus: ⁊ aliã eleuatus in ſuo paruo circulo: ⁊ aliã depreſſus. ergo ex quãtitatibus motuum variant̃ calores ⁊ effectus. adhuc volunt ꝙ variant̃ calores ꝓpter aſpectus. alium enim calorem ꝓducit Luna qñ aſpicit̃ a Marte de quarto: ⁊ alium qñ aſpicit̃ a Sole de trino: alium qñ Joui vel Ueneri ꝯiungit̃: ⁊ alium qñ ꝯiũgit̃ Saturno vel Marti. hi enim aſpectus fiunt per remotionem ⁊ appropinquationem ſtellarum iter ſe ⁊ ad terciam: ⁊ hoc eget longa dclaratione que eſt propria aſtrologis. Satis autem eſt ſcire ꝙ calor celeſtis multiplicatus ad nos varias menſuras ſuſcipit ex varia cõſtellatione: que habet̃ ex varia motuũ dĩa ⁊ aſpectuum. hinc enim fit vt iſte calor qñq3 ad nos tranſmiſſus ſit viuificans: quandoq3 mortificans: quandoq3 fatalis: quandoq3 ꝯrius. Erit ergo iſte ordo: naꝫ calores aialis ⁊ putredinalis regulantur a calore celeſti: ⁊ celeſtis regulatur a cõſtellationibꝰ varijs: ⁊ ꝓpterea pꝫ ꝙ calores ſunt quatuor: vt igneus: aialis: ⁊ putredinalis: ⁊ celeſtis: ⁊ oẽs reliqui ſunt regulati: ſolus celeſtis eſt regula: ſed vtrum iſti differãt ſpecie: ſatis in libro de ſubſtantia orbis.

Ordo calorum. Quatuor calores. Utrũ fiãt oia a celeſti calore.

⸿Sꝫ ꝯtra. hec eſt dubitatio magna: qꝛ ſi oia que hic fiunt: fiunt a calore celeſti. Tunc frigiditas ⁊ pluuia ⁊ oia calori ꝯria fierent a calore. hoc eſt falſum: qꝛ nullum contrarium gñat reliquum. Adhuc multi ſunt hic effectus q non pñt reduci ad calorem: vt ſunt impetus fatales quos Ptolemeus ⁊ Firmicus ponũt: ⁊ Ariſtoteles in libro de bona fortuna. ergo calor ille nõ poteſt eſſe vl'is cauſa oium eoꝝ que hic fiunt. ⸿Amplius in terre viſceribus multa fiunt ad que calor nõ poteſt per aerem multiplicari. ergo opꝫ ponere aliud ꝓncipiuꝫ a calore. ⸿Circa hec debes ſcire/ꝙ aſtronomi opinantur corpora celeſtia agere in nos mediante aere alterato: ⁊ hoc triplici inſtrumento vtpote motu: lumine: ⁊ influentia. Motu ⁊ lumine qdem: pro quãto multiplicatur calor per illa ad nos

qui eſt

UVA. BHSC. IyR_143_1

qui eſt ꝓ̃cipium oīum viuentiū. Influentia ꝟo pro quāto penetrat in viſcerib⁹ terre: ⁊ ꝓ quāto illa alterando aerem. Complexionem noſtram in hora exitus filij a matrice alterat. que quidem relicta noſtre complexioni eſt ꝓ̃n^m multoꝝ operum ſaltē propēſiuū: variū ſm̄ variaȝ celoꝝ ꝯſtellationem. ⁊ hanc Ariſtoteles impetū: aſtrologi fatum appellant. Ab hac q̄dem eleuant̄ hoīes ad ꝓ̃lia: ad furta: ad honores: ⁊ ad cetera bona que nobis iſunt. Ab hac epidimie: ab hac diluuia: penurie: fames: ⁊ cetera accñtia mundi emergunt. Et preterea ſectarum mutationes: ⁊ cometarum apparitiones ⁊ alia fere infinita. vehitur enim hec ad nos mediante aere ⁊ alterat nos per quā aer alteratus alterat nos. ſicut in magnete: magnes enim alterat aerē ⁊ aer alteratus alterat ferrum ⁊ ſic ferrum acquiſiuit impetum quēdā quo mouetur ad eam. Hec aūt influētia nec eſt calida: nec frigida: nec humida: nec ſicca. ſed ꝓpria virtus ſtellarū quēadmodum calor propria virtus ignis ⁊ frigiditas ꝓpria aque ⁊ cetere ceteroꝝ ⁊ hec q̄dem eſt que accipit menſuras diuerſas ſm̄ diuerſas ſtellaꝝ conſtellationes. ¶ Sed an hec influētia ſit neceſſaria: in multis noſtris editionibus diximus. Sȝ modo que ſentiat Auerrois explicamus. Debes ergo ſcire apd̄ Auerroem ⁊ forte apud Ariſt. ꝙ eſſe omniuȝ ⁊ opera oiuȝ ſunt velut vita: nam viuere viuentibus eſt eſſe ⁊ operari: ⁊ ſic lapidis eē ⁊ eius operatio vita eſt lapidis vt ita loquar: ſil'r eſſe plāte ⁊ eius operatio eſt ſil'r velut vita eius. adhuc ⁊ in aīalibus ⁊ hoibus eſt ſil'r. eſſe enim aīalium ⁊ hoiuȝ eſt velut vita eoꝝ ⁊ opationes eaꝝ ſimil'r ſiue bone ſiue male: vita autē ois a calido eſt vt Ariſ. dicit. Videt̄ ergo ꝙ totius vniuerſi perfectio ⁊ omnium viuentium opera a calore debeant eſſe. Ex his emergit Auerrois ſententia: ꝙ. ſ. omnia q̄ ſunt: ſunt ⁊ fiunt a calore celeſti: qui motu ⁊ lumine in aereȝ multiplicatur: ⁊ mediante aere ad nos ⁊ cuncta reliqua ⁊ ꝓpter hoc Ariſto. in principio octaui phyſice auſcultationis dicit ꝙ motus eternus eſt velut vita omnibus que nā ſubſiſtunt. ſecūdo ſequitur ꝙ calor iſte eſt potentia omnia: eſt. n. potentia a qua potentia frigiditas potētia omnia quecunqȝ ſunt nec contrariat̄ aque nec frigiditati: nec alicui cū omnia ſit potentia. ⁊ quia eſt quoddam vl'e ſemen oīum. ideo opȝ vt determinetur a corporibus celeſtibus a diuerſis eorum motibus ⁊ a diuerſis aſpectibus ⁊ a diuerſis ſitibus ſtellarum. Sic enim determinatus efficitur ꝓprius ita ad pluuiā ꝙ nō ad ventum: ita ad id qđ non ad illđ: ⁊ ꝓpter hec nulla eſt neceſſitas ponēdi influentias vt aſtronomi ponunt cuȝ calor iſte ſufficiat: eſt enim potentia oīa. ⁊ ad actuȝ deducit̄ per determinatas cōſtellationes. ¶ Tūc ad ꝓ̃mū dōm calorem iſtum nulli eoꝝ que ſunt hic contrariari. nō opȝ ꝯ̃ria eſſe eiuſdem generis. ¶ Ad 2^m dōm ꝙ ⁊ impetus reducūtur ad talem calorē: q̄a lȝ iſte vt ſic non ſit fatalis: tñ determinatus per certam ꝯſtellationē fit fatalis. ¶ Ad 3^m dōm ꝙ calor iſte ad viſcera terre penetrat: nam alterat aerem ⁊ aer alterat ſuperficiem terre: ⁊ ſic per partem poſt partem alterat viſcera ⁊c̄. [Et iſta menſura.] ¶ Soluit queſtioneȝ aliam. naȝ iſte calor potentia eſt omnia ⁊ determinatur ad diuerſa ꝓpter diuerſas menſuras ⁊ tunc eſt queſtio. Unde ſunt he menſure: Reſpondet ꝙ iſte menſure ſunt ab arte intellectuali diuina que ars eſt cura dei: ⁊ hoc declarat: naȝ cura dei eſt velut ars vniuerſalis ſicut militaris ſub qua cōtinentur plures artes particulares. ſicut eni ſub militari cōtinetur frenefactiua: ⁊ alie multe ad vnum finem ordinate: ſic ſub cura dei ſunt plures cure particulares ꝓprioꝝ motorum proprias ſpheras gubernantium. [Scđm hoc igit̄.] Tunc verificat ſermonem antiquorum: ⁊ vult ꝙ hoc pacto natura particularis agit ordinate ⁊ ad debitum fineȝ q̄uis non intelligat: quoniā facit hec quaſi rememorata: ⁊ vt directa ab intelligentijs gubernantibus. Secūdo dicit ꝙ virtutes ⁊ proportiones que fiunt in elementis a motibus ſolis ⁊ aliaruȝ ſtellarum ſunt he quas reputat Plato eſſe formas ⁊ eas intendit: ſed non potuit ad hoc pertingere. [Ariſtoteles autez.] ¶ Cōfutatis his repetit fundamentuȝ Ariſtotelis qđ eſt ꝙ agens non ꝓducit formam per ſe: q2 tunc crearet eam: ⁊ ſic aliq̄d fieret ex nihilo qđ eſt contra ꝓ̃mos philoſophantes. 2° dicit ꝙ de mente Ariſtotelis forma nō per ſe ꝓducit̄ ſed per accñs ꝓpter compoſitum. Dicit g̊ ꝙ quando homo cōſeruauerit tale fundamentū nō accidit ei error. Dicit quarto ꝙ imaginatio ſuper creationes induxit homines ad ponendum ideas ⁊ induxit loquētes triū legū que ſunt nunc: dicere aliquid fieri ex nihilo. Ecce quot bona emergunt ex fundamento Ariſtotelis. ¶ Sed dubitat̄ circa hec quia non videtur bene dictum ꝙ q̄a forma per ſe ꝓducit̄ ꝓpterea creet̄: q̄m̄ poſito ꝙ per ſe ꝓducat̄: nō ſeq̄tur ergo creatur: q̄m̄ pōt ſupponere potētiam in mā̃. Debes g̊ ſcire ꝙ apud Phos creatio eſt productio alicuius nulla parte illius preſuppoſita. Ex his accipitur ſol'o. q. ſi forma ꝑ ſe ꝓducit̄ cum nulla pars illius ꝓ̃ſupponat̄. ergo creat̄ vt pȝ per definitioneȝ creationis. ſed de compoſito nō eſt ita: q̄m̄ ſi compoſitū per ſe ꝓducit̄: q̄ūo eius aliqua pars preſupponitur (vtpote in mā̃) ideo non creat̄. ⁊ ſic patet differentia. [Et cum loquentes.] Redit ad opinionē loquentiuȝ in ſua lege: ⁊ enumerat oīa mirabilia que conceſſerunt in ſuis fundamentis: ⁊ dicit ꝓ̃mo cū loquētes noſtre legis opinabant̄ ꝙ agens agit creando formas ex nihilo ⁊ nulluȝ ho⁹ agens viderunt hic: dixerunt vnum eſſe agens omnia ſine medio: ⁊ dixerunt ſecūdo ꝙ actio iſtius agentis tranſit in vno inſtanti in actiones contrarias: quia ſimul calefacit ⁊ infrigidat. ⁊ conuenientes: quia agit conſimilia. ⁊ infinitas ſm̄ numerum agentiū particulariuȝ. Dicit tertio ita ꝙ negāt ignē comburere ⁊ aquam humectare: ⁊ dicunt omnia hec indigere creatione. Dicunt quarto ꝙ corpus non creat corpus neqȝ facit venire in corpore aliquam diſpoſitionē ⁊ aliquā formam. q̄a quātitas nō eſt de ꝓ̃ncipijs actiuis. Dicit q̄nto adeo ꝙ dicunt ꝙ homo nō mouet lapideȝ ⁊ expellens non eſt mouens ſed illud agens creat motū. Dicit ſexto ⁊ negauerunt propter hoc potentiā eſſe in rebus. Cōtra quos dic̄ ſeptimo ⁊ error iſtorum eſt manifeſtus nec curat contradicere illis. ¶ Debes ſcire ꝙ ſapientes legis noſtre nō dicūt hec fabuloſa: que dicunt mahumetani. nos eniȝ concedim⁹ virtutes ⁊ potentias actiuas ⁊ paſſiuas in rebus: ſed qđ dicunt mahumetani de facto nos dicimus de poſſe: quoniam pōt deus ſuſpendere actiones oīum cauſarum: ⁊ preuenire illas: ſed de facto non facit. ⁊ ꝓpterea que dicit Auerrois ꝯ̃ eos non ſunt contra nos. [Iſtis etiaȝ hoibus.] Adducit alia mirabilia contra eos ⁊ dicit ꝓ̃mo iſtis ēt hoibus accidit mirabile ⁊ eſt ꝙ apđ eos bene pōt deus creare ex nihilo: ⁊ nō priuare in nihil. g̊ poteſt creare ⁊ non annihilare ⁊ huius cā erat apud eos: q̄m̄ actio agentis nō eſt niſi aliq̄d facere: ⁊ ꝑ ꝯſequens annihilatio non eſt actio: ⁊ ſic deus nō pōt annihilare. [Conſidera igitur.] ¶ Cōtra arguit q̄m̄ non maior rō eſt de vno q̄̄ȝ de altero: imo annihilatio facilior eē videt̄: q2 facilius eſt deſtruere q̄̄ȝ conſtruere. [Si igit̄.] ¶ Dubitat q̄ūo agens facit priuationeȝ. Rñdet ꝙ per accñs. ⁊ dicit ꝓ̃ ꝙ pro quanto agens extrahit generatū de potētia ad actū. nam generando. a. corrūpit. b. q̄m̄ generatio vnius eſt corruptio alterius. Dicit 2° ꝙ ois potētia non exit in actum: niſi propter extrahēs qđ eſt in actu: ⁊ ꝓpterea agens generādo corrumpit ⁊ hoc mō fiūt ꝓ̃uationes per accidens. [Si igit̄ potentia.] Contradicit 2° alij dicto loquentiuȝ ⁊ dicit ꝓ̃mo. Si igit̄ potentie non eſt ens ⁊ in reruȝ nā̃ exiſtens: nō inueniret̄ agens aliqđ: ⁊ ſi non eſſet agens aliqđ nec actu nec potentia: nihil eſſet omnino hic in actu: ⁊ omne ens in actu eſt agens. Dicit ſcđo q̄ūo poteſt dictum eorū tolerari ⁊ vult ꝙ



UVA. BHSC. IyR_143_1

omnes proportiones ⁊ forme ſunt in potentia in prima mã
⁊ ſunt actu in primo motore: ⁊ huius exemplũ eſt in formis
artificialib⁹ que aliquo modo habent eſſe in aĩa artificis. H
ergo modo poſſunt dicere verum: ꝙ. ſ. ꝙ deus facit omnia
aliquo modo tãꝗ̃ cauſa vl'is: ſed ꝙ oĩa faciat tãꝗ̃ cã parti/
cularis ⁊ proxima: non verum dicunt. ¶ Sed dubitat̃ quo
modo ſunt oẽs forme actu in primo motore. ſi eniz ita eẽt:
tunc oẽs res prefuiſſent. ¶ Dicendum ꝙ per eſſe actu itel/
ligit ea eſſe in potentia actiua: nam potentia actiua eſt actus
reſpectu potẽtie paſſiue: ⁊ ſic dicere ſolent alij ꝙ ſunt in pri
mo motore actu. i. in actu virtuali. Sed circa finem hui⁹ cõ
menti multa eſſent digna conſideratione. ſed qa ea ſepe te/
tigi in alijs meis libris/nunc de incboatiõe formaꝝ gñabi/
lium breuiter q̃dam diſſerẽdũ. ¶ Quidã g̊ ex latinis ⁊ ma
gnis opinati ſunt incboationem formarũ gñabilium eſſe in
mã: appellant autez tales incboationes formas imꝑfectas
que poſtmodum virtute agẽtis ꝑficiant̃. Et ꝓpter hoc dif/
ferũt ab Anaxagora. qm̃ Anaxagoras ponit formas p̃exi/
ſtere ⁊ perfectas ⁊ totas. ſed ait illas eſſe indiſtinctas: ⁊ ꝙ
agens ſolum dat diſtinctionem ⁊ ordinẽ. Iſti ꝟo opinant̃
ꝙ forme preexiſtunt imperfecte ⁊ confuſe, Imꝑfecte: qꝛ nõ
tote. Cõfuſe: qa nõ ꝓprijs quãtitatib⁹ ſeꝑate. Vident̃ autez
iſti hec dicere propter multa ſed p̃cipua ſunt: qm̃ mã ⁊ põt
⁊ eſt apta recipere formas. mõ potẽtia ⁊ aptitudo differũt:
qm̃ potentia eſt rõne mãe ⁊ aptitudo ratione forme: ꝓpter
qð p̃mo auſcultationis phice Ariſto. tradit mãm appetere
formam. mõ appetit⁹ vt dicit ibidẽ Auerrois cõmento. 80.
eſt ratione forme. g̊ in mã opz preeſſe tot aptitudines appe
titus: quot formas poteſt ſuſcipe: ⁊ ꝑ ꝯñs opz formas p̃eſſe
⁊ non ſubeſſe ꝑfecto: qa tũc gñatio nulla eſſet. g̊ ſubeſſe im/
perfecto. 2° dicũt hec ꝓpter euitare creationem. nam ſi for/
me per ſe ꝓducunt̃: opz ad hoc vt nõ creẽt̃/vt aliqd earum
preſit. ⁊ per ꝯñs opz formas imperfectas p̃eſſe. ¶ Sz tũc
circa hec diuerſi diuerſa dicunt: nã qdã volũt formas pre/
eſſe imꝑfectas quantũ ad ꝑtes formaꝝ ⁊ ſic per incboatio/
nes intelligunt partes formaꝝ. Et contra hos rõnes multe
ſunt demonſtratiue: ſed precipue eſt illa quã cõmẽto. 11. di
ximus: qa ſi agens ſit vnũ: ⁊ potentia vna factũ erit vnuz: ⁊
alia multa que relinquo. ¶ Alij euitantes hec fingunt for/
mas preeſſe totas ꝺm eſſentias: ⁊ non ꝺm eſſe. ſunt autem eſ
ſentie quidditates ſpecifice accepte: ⁊ he prefuerunt ſemꝑ:
eſſe autem earuz fit. ſed ꝓculdubio apud hos gñatio nulla
erit. Qm̃ ſi tota eſſentia Socratis p̃fuit: g̊ per generationez
Socrates nec acquirit nomẽ nec definitionem: ⁊ per corru
ptionem nõ ꝑdit nomen nec definitionẽ. Amplius/cum eẽ
ſit accidẽs eſſentie. ergo gñatio terminaretur ad accidens. ⁊
per ꝯñs eſſet alteratio. ¶ Alij fingũt ⁊ nos aliquãdo ꝙ for
me preexiſtunt in forma a qua ſumit̃ genus corporis: opi/
nant̃ eni cũ mã formã corporis de genere ſubſtãtie coeter/
nam. ⁊ qm̃ oẽs forme gñabiles cõtinent̃ ſub forma corꝑali
dixerunt incboationes indiuiduales eſſe formã talem: hec
enim forma eſt media inter puram potentiã ⁊ puruz actũ:
⁊ ꝓpter hanc euitant creationes: qm̃ aliquid forme generã/
de prefuit vtpote aliqd generis: nõ aũt indiuidui. Amplius
ꝓpter hãc ſaluãt appetitum materie: ⁊ ei⁹ aptitudinem: qm̃
nõ appetit ⁊ eſt apta nata ꝓpter talẽ formaz. Adhuc ꝓpter
hãc gñatio nihil aliud eſt ꝗ̃ extractio formarum ex poten/
tia formali huius generabilis forme: ⁊ alia multa: ⁊ nos di/
ximus in alijs locis ꝙ hec eſt mens Auerrois/Linconiẽſis
⁊ multoꝝ: ⁊ Simplicius in p̃dicamentis videt̃ inſpicere il/
lam. Nec expecta a me expõnẽ huius: qm̃ in libro de ſuba
orbis ſatis. ¶ Sed proculdubio Auerrois in p̃ſenti cõmẽ/
to nõ tetigit eã: ⁊ ꝓpterea nunc dicamus per ea que ꝯſonãt
Ariſtoteli ⁊ Auerroi hic. Et primo qũo forme ſunt in mate
ria añ gñationem apud Auerroem. 2° qũo põt euitari crea/
tio apud ipz. Quãtũ ad p̃mũ ex ꝟbis Auerrois cõmẽto 2°
huius. 12. forma poteſt itelligi preeſſe in mã tribus modis.
Vno mõ ꝺm potentiã remotã ꝺm quã nihil preeſt de for^a^
nec de diſpoſitiõe eius: ⁊ hoc modo potẽtia eſt ſempiterna
mãe vt dicit Auer. p̃mo celi cõmẽto. 120. ⁊ hoc mõ potẽtia
nihil eſt forme: ſed mere potentia paſſiua ad formã. 2° mõ
preeſt forma in mã in potentia ꝓpinqua quodã modo iclĩ
nata ad formam per qualitates nãles: ⁊ hec potentia apud
Auerroem dr̃ reſpectiua: ⁊ non eſt eterna: ſed noua inducta
ab aliquo agente extriſeco vt p̃mo phyſicoꝝ cõmẽto. 71. 3°
mõ poteſt preeſſe nõ tm̃ in potẽtia paſſiua remota: vel pro
pinqua: ſed actiua: ⁊ hoc modo forme ſunt in potentia in ſe/
minibus: vt dicit Auerroes hic ⁊ cõmẽto. 62. primi phyſi. ⁊
hoc modo forma equi eſt in ſemie equi: ⁊ forma oliue in ſe/
mine oliue: ⁊ talis potentia eſt noua ⁊ generabilis vt vides.
¶ Tunc breuiter patet qũo Auerroes concederet incboa/
tiões. Voluit eniz formas omnes preeſſe paſſiue: ⁊ hoc eter
no tempore diſpoſitiue: ⁊ hoc non eterno tempore: ⁊ effecti/
ue ſaltẽ in virtutibus ſeminũ. Sz nullo mõ conceſſit icboa/
tiones formarum vt p̃mi dixerũt: ⁊ hoc in p̃ſenti cõmento.
qa forte alibi ſecus eſt. ¶ Quantum ad 2^m^ dicendũ ꝙ eui/
tari poteſt creatio ꝯſeruãdo fundamẽtuz Ariſtotelis. vz. ꝙ
forme nõ generant̃ niſi per accñs pro quanto generant̃ ad
generationẽ totius qð ꝑ ſe generat̃: modo gñatio ⁊ creatio
hoc modo differũt ꝙ rei creãde nihil preeſt vt pars rei ge
nerande opz aliquã partez preeſſe mõ ſi cõpoſitũ per ſe ge
neratur aliqua eius pars prefuit: ⁊ ſic euitatur creatio: ꝑſpi/
cuum ergo quo modo ponat Auerroes incboationes: ⁊ quo
modo euitet creationes hec ſatis de iſta materia: quoniã tot
ſcribunt: ⁊ etiam nos alibi tot diximus: que repetere eẽt cõ/
fuſio. Satis enim ſit nobis locum monſtraſſe.

Auſe autẽ ⁊ principia aliorũ ſunt: vt
eſt: aut vt nõ. Si qs dicat vniuerſal'r
⁊ ꝺm proportionẽ eadẽ oĩum. Dubi
tabit aũt vtiqz aliquis. vtrꝫ altera aut
eadẽ ſint principia ⁊ elementa ſubſtantiarũ ⁊
eoruz que ſunt ad aliquid. ⁊ cuiuſlibet predica
mẽtoꝝ cathegoriarũ ſil'r. Sed inconueniens ſi
eadẽ oĩum. ex eiſdem eniz erũt que ad aliquid
⁊ ſubſtãtia. Quo mõ igit̃ hoc erit: nã extra ſub
ſtantiã ⁊ alia predicamẽta nihil eſt cõe. prius
autem eſt elemẽtũ. ꝗ̃ quorũ eſt elementũ. At
ꝟo neqz ſubſtantia elementũ eſt horuz que ad
aliquid nec horum aliquid ſubſtantie.

¶ Egit de ſubſtãtijs ſenſibilibus ⁊ de principijs eaꝝ aliquo
modo. Nunc circa principia vult magis inſiſtere ⁊ vult de
clarare de principijs quedã ꝺm rõnẽ ꝓpriã metaphyſico.
nam idem ⁊ diuerſuz ſunt rõnes ꝓprie metaphyſico. p̃mo
tñ ꝓponit veritatẽ rei. ⁊ ingt. Cauſe aũt ⁊ p̃ncipia ſunt alio/
rum alia ⁊ intelligit per cauſas ⁊ principia nõ noĩa multiuo
ca: ſed per cauſas intelligit intrinſecas: ⁊ per p̃ncipia extrin
ſecas: quia dixit eſſe alia alioꝝ exponit qũo. d. vt eſt hoc eſt
vno mõ aut vt non: alio mõ: qð exponit. d. ſi quis dicat vl'r
⁊ ſaltem proportionem ſunt eadem: ſimpliciter aũt nõ ſunt
eadem. Eſt ergo veritas queſtionis ꝙ omniuz predicamẽ/
toꝝ cauſe ⁊ principia ſunt eadẽ. vno mõ. ſ. ꝓportione ⁊ vl'r:
⁊ ſunt non eadẽ ſimpl'r ⁊ ꝑticulariter. ¶ Dubitabit autez. I
Veritas hec eſt valde obſcura ⁊ ꝓpterea mouet queſtiões
circa hanc ⁊ hoc vt veritas plenius comprehendatur. ingt.
Dubitabit autẽ vtiqꝫ aliqs vtrũ altera aut eadẽ ſunt princi
pia ⁊ elementa ſubſtantiaruz ⁊ eorũ que ſunt ad aliquid: ⁊
cuiuſlibet

UVA. BHSC. IyR_143_1

cuiuſlibet p̄dicamētoꝝ ſimilr̄: ⁊ intelligit per elementa id quod intellexit p̱ cauſas/hoc eſt cauſas intrinſecas ⁊ per p̄n cipia cauſas extrinſecas. Sꝫ cur ſpālem mētionem fecit de relationibus: in cōmēto dicet. ¶ Pro nūc tm̄ dōm ꝙ ideo eſt ga gdā nō enumerarūt illas iter decē p̄nta: ga nō hn̄t eē vel ſolū eē eaꝝ eſt in aīa. Expoſitor aūt finxit aliā cauſaꝫ. ⁊ eſt totū bonum. ſed icōueniēs. ¶ Arguit ad p̱teꝫ qōnis ⁊ vtit̄ ſyllō hypothetico a deſtructiōe ꝯn̄tis ad deſtructionē an̄tis hoc mō. Si ſunt eadem oīum relatiua ⁊ ſube erūt ex eiſdē p̄ncipijs. Sꝫ deſtruit̄ ꝯn̄s ga vel illa p̄nᵃ erūt ex̄ ſub/ ſtātiā ⁊ alia p̄nta: vel ꝯtenta ſub ſuba: vel aliquo. 9. p̄ntoꝝ. ꝙ nō pn̄t eē extra ſubaꝫ arguit ſyllō cathegorico ſic. oē ele mētū eſt p̄us eo cuius eſt ſꝫ ex̄ ſubam ⁊ alia p̄nta nihil aliđ eſt cōe ⁊ p̄us. g̊ nō ſunt ex̄ ſubaꝫ. Nec pōt dici talia p̄nᵃ eſſe ſub ſuba vel aliquo. 9. p̄ntoꝝ qđ relingt tāq̄ manifeſtū. ⁊ h̄ ingt. Sed icōueniēs ſi eadē oīum. ex eiſdē eni erūt que ad aliqđ ⁊ ſuba hec eſt maior: deſtruit ꝯn̄s. ⁊ inquit. qūo igit̄ h̄ erit ⁊ deſtruit p̄ᵐ. ⁊ p̄ accepit miorē. d. nā ex̄ ſubam ⁊ alia p̄/ dicamēta nihil eſt cōe. ſ. p̄us: deide ponit maiorē. d. p̄us aūt elntū q̄ꝫ ea quoꝝ eſt elntū hec eſt maior. deinde ꝯſtruit 2ᵐ mēbrū. ⁊ ingt. At ꝟo neq̄ ſuba elntum eſt hoꝝ quo ad ali/ quid nec aliqđ hoꝝ que ad aliqđ eſt aliqđ elntum ſube. Il/ la ergo nec pn̄t eſſe extra decē p̄dicamenta nec contenta in aliquo. 10. p̄dicamentoꝝ. hec eſt p̄ma ratio ad qōnem.

Cō. 19ᵐ. ¶ Iſta qō. ] Introducit textū ⁊ p̄ dicit iſta qō iā inducta eſt in p̄ncipio iſtius artis vt in 3° libro ⁊ mō intrat eaꝫ ad ſol/ uēdū eā. hec eſt itroductio ⁊ cōtinuatio. ¶ Dicit 2° ⁊ eſt qō hec. vꝫ. vtruꝫ p̄nᵃ ⁊ elnta. 10. p̄ntoꝝ ſint eadem aut diuerſa. hec eſt q̄ſtio. ¶ Dicit 3° ꝙ ſolō q̄ſtionis eſt ꝙ hec p̄nᵃ ſunt eadē vlr̄ ⁊ ꝓportione ⁊ nō ſimplr̄. [ Et ga hoc. ] ¶ Mouet q̄ſtionem lralem: cur. ſ. ſpālem mētionē fecit de relatione. ⁊ dicit vt nos diximus: ga apud quoſdā relones nō numerā/ tur inter entia: ſed ſunt q̄ſi ſcđo itellecta hoc eſt ens rōnis. ad dandum g̊ itelligere ea eſſe in numero. 10. p̄ntoꝝ ꝓprie mentionem fecit de his. [ Deinde icepit dicere. ] Auerroes format rōnem ſic. Si eadem ſunt p̄nᵃ oīuꝫ vel illa eēnt ex̄ 10. p̄nta ⁊ cōmunia ⁊ priora. 10. p̄ntis. vel eſſent in aliquo p̄/ dicamēto nō extra p̄dicamēta cōmuniora ⁊ priora: ga tūc eſſet aliqđ prius ⁊ cōius. 10. p̄ntis: ⁊ ſic eſſet poſitio Plato/ nis. Si ꝟo hec eſſent ſub aliquo. 10. p̄ntoꝝ. vtpote ſub gn̄e ſubſtātie: tunc oīa eſſent ſuba: qm̄ p̄ncipia opꝫ eſſe eiuſdem generis cū p̄ncipiatis: nec pn̄t poni in genere relonis: qꝛ tūc ſuba eſſet relatio p̱ idem. Amplius/tūc ſuba reſoluetur in re lationes: ga corruptum reſoluitur in ſua p̄ncipia ⁊ maxime materialia: g̊ nullo modo: ⁊ per conſequens principia non ſunt eadem omnium ⁊ verba eius ſunt perſpicua.

Amplius quo mō ꝯtingit eſſe elemē ta oīuꝫ eadē. nullum eniꝫ pōt eſſe ele mentorum ex elementis compoſito. Idem vt ei quā eſt ba. b. aut. a.

¶ Scđo arguit ad qōnem ēt hypothetice ſic. Si elnta oīuꝫ 10. p̄ntoꝝ ſunt eadem: elemētū eſſet idē miſto ex elemētis deſtruit ꝯn̄s: ga ipolē eſt elemētū ⁊ miſtū eſſe eadē vt ei qđ eſt ba. ipolē eſt. a. aut. b. eē idem. Hui⁹ nō ponit niſi deſtru/ ctionē ꝯn̄tis. ⁊ inquit p̱ exēplū. Ampli⁹ qūo ꝯtingit elnta eē oīum eadem. q. d. non eſt polē ⁊ nō facit ſyllm̄: ſed deſtruit ꝯn̄s tm̄. d. nullū eni elntoꝝ eſſe pōt ideꝫ cōpoſito ex elntis vt ei qđ eſt ba/miſto. b. aut. a. nō pōt eē idem: ſꝫ qūo valeat ꝯn̄tia: difficile eſt: pōt tm̄ dici ꝙ oē qđ eſt: eſt ſub aliquo. 10. p̄ntoꝝ. ⁊ per ꝯn̄s recipit predicationē alicuius eoꝝ: ex hoc deducitur ꝯn̄tia: ſi p̄nᵃ eēnt eadem oīuꝫ: tūc p̄nᵃ illa eſſent. g̊ ſub aliquo p̄dicamētoꝝ ⁊ ſunt p̄nᵃ illius: g̊ p̄nᵃ recipiūt p̄di/ cationem principiati. ⁊ p̱ ꝯn̄s idē ſunt illi. qđ falſum eſt: ga nihil eſt ſuiipſius p̄ncipium. ⁊ hoc mō perſpicua eſt ꝯn̄tia ⁊ falſitas ꝯſequētis: de gbus ſtatim in cōmento dicetur.

¶ Manifeſtum eſt. ] Auerroes format rōneꝫ textus vt nos Cō. 20ᵐ. fecimus hoc mō. vꝫ. ſi eadē eēnt elnta oīum: tunc elemētuꝫ ⁊ miſtū ex elntis eēnt eadē: vult vt ꝯn̄s habeat̄ p̱ impolī: ⁊ per ꝯn̄s oppoſitū an̄tis eſt ꝯcedenduꝫ. [ Et Alexāder. ] Ut dicebat̄ ꝯn̄tia eſt multū obſcura: ⁊ nō vr̄ valere: ⁊ ꝓpea po/ nit multas formas deducendi illā ⁊ oēs volūt ꝯn̄tiam non valere niſi p̱ accn̄s ⁊ nō p̱ ſe: qm̄ arguᵐ p̱ ſe tenet in oi mā: ⁊ ꝓpterea tenet p̱ accn̄s ga ſolū in caſu ⁊ in p̄ſenti mā. ꝙ aūt non teneat abſolute pꝫ: qm̄ lꝫ elntuꝫ ⁊ miſtū ſint eiuſdē na ture: differūt ga elntū eſt res ſimplex ⁊ miſtū res cōpoſita. Dicit 2° ꝙ ꝯn̄tia valet ſtātib⁹ duob⁹. ſ. ꝙ elntum eſt vnum illoꝝ. ſ. ꝯtentum ſub aliquo eoꝝ. ⁊ ꝙ ſit vlē elntū oīum. 10. p̄ntoꝝ. Stātibus g̊ his ſequit̄ ꝓpoſita ꝯſequētia: nam per ſcđam elntuꝫ eſt oīum cā ⁊ elntuꝫ ⁊ ipm̄ eſt vnū eoꝝ. g̊ eſt elntum ⁊ elntatū: ⁊ ſic pꝫ ꝯn̄tia. [ Et hoc nō vr̄. ] ¶ Contra hāc deductionem arguit Auerroes hoc mō: ga lꝫ ſit vera tm̄ nō appet ex ſuis ꝟbis. [ Et ideo dicit Alexāder. ] ¶ 2ᵃ dđu ctio etiā fundat̄ in duab⁹: quoꝝ p̄ᵐ eſt vt eē habeat elntuꝫ. 2ᵐ eſt vt elnta que dicunt̄ eē oīum ſunt ens extra. 10. p̄nta. Ex his arguit̄ per ſcđam. elntuꝫ illud eſt ens prius ⁊ cōius 10. p̄dicamētis: ⁊ per p̄mā oē ens hꝫ elntum. g̊ tale habebit elemētū: ⁊ ſic vel erit ꝓceſſus in infinitū vel idē erit elntuꝫ ſuimet. [ Et hoc qđ. ] ¶ Contra hoc obijcit Auerroes ga ꝓ/ poſitio illa oē ens eſt ex elemēto nō eſt vlis: ga oē ens vel eſt elntum vel ex elnto: ⁊ ꝓpterea nō opꝫ vt omne ens ha/ beat elntū. [ Niſi. ] ¶ Rn̄det p̱ Alexādro ꝙ ꝟbū Alexan/ dri intelligit̄ de entib⁹ in actu: ga ens in actu eſt cōpoſitū: ⁊ ſic ſcđa deductio fundat̄ in duob⁹: quoꝝ p̄mū eſt ꝙ oē ens in actu hꝫ elntuꝫ. 2ᵐ eſt ꝙ que ſunt entia ſunt in actu: ⁊ ſic p̱ primam elntuꝫ illud cōius ⁊ p̄us cū ſit ens erit in actu. p̱ ſe/ cūdam g̊ habebit elntuꝫ p̱ p̄mā ⁊ ſic vel erit ꝓceſſus in ifi/ nitum vel idē erit elntuꝫ ſui. [ Et h̄ diſſoluet̄. ] Dat itellectū prime ꝓpōnis. ſ. qūo itelligitur ꝙ oē ens in actu habeat ele/ mentuꝫ: vult eniꝫ ꝙ hoc ſit verū de elnto actu vel potētia: miſta enim hn̄t elnta actu: ga q̄tuor corpora. ſꝫ corpus ſim plex habꝫ elnta potētia: ga mām ⁊ formā: mā eniꝫ ⁊ forma elnta dicunt̄ in potentia. Sꝫ certe hec defenſio Alexandri non placet. petit eniꝫ p̄nᵐ ga ſupponit oīa entia eſſe in actu. Forte enim diceret aduerſarius ꝙ elnta. 10. p̄ntoꝝ nō ſunt entia in actu. ⁊ propterea bene dicit Auerrois ꝙ eſt proba/ bilis ⁊ non demonſtratiua: ga forte eſt ex cōceſſis ⁊ nō ſim pliciter. [ Themiſtius autē. ] ¶ Tertius modus deducēdi ꝯn̄tiam eſt Themiſtij. ꝯn̄tia g̊ erat. Si elnta ſūt oīuꝫ eadē. g̊ idem elntuꝫ erit miſto. ꝓbat̄. ga tale elntū vel p̄dicat̄ de eis vel ſubijcit̄ eis. Si p̄dicat̄ de eis: tūc aliqđ eſt prius. 10. p̄ntis qđ eſt impoſſibile. Si ſubijcit̄ eis: tūc qđlibet eoꝝ p̄/ dicabit̄ de eo: ⁊ ſic compoſito eſſet idē: ⁊ ſic p̱ eē idē intelli/ git ſm̄ p̄dicationē. [ Et inuenimus. ] ¶ Dicit ꝙ Alexander adhuc dat 4ᵐ modū ⁊ non ponit illū nec ſcio gs ſcit. Dicit 2° ꝙ in q̄daꝫ ſcriptura inuenit aliter ⁊ ponit illaꝫ ⁊ ſmo p̱/ ſpicuus eſt. his g̊ tribus modis pōt deduci ꝯn̄tia.

Nec vtiq̄ꝫ intellectualiū elementoruꝫ eſt: vt vnū aut ens. Inſunt enim hec ⁊ vnicuiq̄ꝫ cōpoſitorū. nihil igit̄ erit eoꝝ/nec ſubſtātia: nec ad aliquid. ſed neceſſariū. nō ſunt igit̄ oīum eadē elemēta.

¶ Remouet qōnem tacitam qm̄ gs dicere pōt ꝙ duo ſunt oīum predicamentoꝝ elementa: vtpote ens ⁊ vnū. ⁊ hec eſt opinio Platonis: mō hec verificant̄ de. 10. generibus. q̄re nihil prohibet elementuꝫ eſſe idē compoſito. ¶ Cōtra hec obijcit Ariſt. ⁊ vtit̄ iſto ſyllō. vꝫ. vnū ⁊ ens inſunt vnicuiq̄ꝫ 10. p̄dicamētoꝝ: ſed nullū p̄dicamentū ineſt alicui. 10. p̄di/



UVA. BHSC. IyR_143_1

camentoꝝ.ğ nullũ.10.predicamẽtoꝝ eſt vnũ vel ens.ꝑmo
ponit obiectionez.⁊ ingt. Nec vtiqꝫ intellectualiũ elemẽto-
rũ eſt vt vnum ⁊ ens.vocat aũt hec itellectualia elnta more
Platonis:deinde accepit maiorem.⁊ inquit. Inſunt eni hec
vnicuiqꝫ compoſitoꝝ hoc eſt vnicuiqꝫ.10.ꝑntoꝝ:appellat
enim ꝑdicamenta compoſita:⁊ hoc ſi habeãt elnta. Subri-
cuit minorem ⁊ dat ꝯnez.d. Igitur nec ſuba nec ad aliquid
nihil erit eoꝝ.ſ.nec ens nec vnũ:⁊ per ꝯñs ẽt ꝑm Platonez
elemẽtũ differt a miſto.deinde ꝯcludit ꝯnẽ ꝑncipalẽ.d.non
ſunt igiꝛ oium eadem elnta.⁊ hec eſt ꝯclo ex his argumen
tis concluſa. Debes ſcire ꝙ in textu latino reperiꝛ ꝑmo ſic.
Sed neceſſariũ eſt ꝑnª propinqua eẽ diuerſa.non igiꝛ ſunt
oium eadem elnta. Ego autez non inueni in ſermone greco
iſtud nec video quõ poſſit iſtud ſtare:⁊ ꝓpterea lege ſic. Ni
hil igitur erit eorum nec ſuba nec ad aliquid.hec eſt ꝯcluſio
ſylli predicti:⁊ intendit/ergo nec ſubſtantia nec ad aligd eſt
ens vel vnum.ſed neceſſariũ.q.d.ꝙ eſt falſum:qa nec̃iũ eſt
ſubſtãtiam vel quoduis ꝑdicamentorum eſſe ens vel vnũ.
⁊ ꝓpterea dicit. Sꝫ neceſſariũ eſt quodlibet ꝑdicamentorũ
eſſe ens ⁊ vnũ/non igiꝛ ſunt eadez omniũ elemẽta.⁊ ego la-
borani in iſta litera ⁊ non inueni latinos laboraſſe ad verba
ſed ſolum ſunt contenti in ſenſu litere.

Cõ. 21ᵐ ¶ Cum declarauit.] Primo ponit cõtinuationẽ hoc mõ.vꝫ.
ꝙ Ariſt.declaranit elemẽta eadem ſenſibilia non poſſe eẽ
oium.10.ꝑntoꝝ.nunc declarat ꝙ nec eadem elemẽta itelli-
gibilia qualia eſſent vnuz ⁊ ens hec eſt intentio ⁊ ordo.[ Et
Alexander.] Alexander exponit rõnẽ Ariſt.verba eni Aꝝ.
ſunt.hec enim duo exiſtunt in omni cõpoſito.⁊ hec in trãſla
tione arabica. Ex his verbis vult Alexãder Ariſto.hre tale
enthymema.vnum:⁊ ens ſunt in omni compoſito.ergo nõ
ſunt elnta compoſitoꝝ.deducit ğ Alexander ꝯñtiaꝫ dupli-
citer.primus modus ſupponit duo.ꝑmũ ens ⁊ vnũ demõ-
ſtrant ſimplicia ſicut compoſita hoc eſt ens ⁊ vnũ verificã-
tur de compoſito ſicut de ſimplici:nã hec eſt vera/cõpoſitũ
eſt ens ⁊ ſimplex eſt ens.2ᵐ in oi cõpoſito ſunt duo.ſ.ſim-
plex ⁊ compoſitũ:cuꝫ neutrũ ſit dignius eſſe elemẽtuꝫ alte-
rius:ſequiꝛ ꝙ nullum erit elntum idem omniuꝫ.[ Aut ſic.]
¶ Scdo deduciꝛ ꝯñtia ſic qa tunc compoſituꝫ ⁊ ſimplex
eſſent idem:qm̃ vnũ diciꝛ de ſimplici.ergo vnũ eſt ſimplx
⁊ vnum diciꝛ de cõpoſito.ğ vnũ eſt cõpoſitũ.ergo vnũ erit
ſimplex ⁊ compoſituꝫ.he ſunt due deductiones Alexãdri.
[ Et Alexander dicit.] Sequiꝛ alia ps textus.vꝫ.nihil igiꝛ
erit eoruꝫ nec ſuba nec ad aliquid ſed neceſſariũ. Circa hãc
literam vult Alexander ꝙ debeat copulari ad textum cõ-
menti precedentis.[ Dicit qm̃ hoc.] Reddit cãm quare oꝫ
copulari ad illum textuꝫ ⁊ nõ ad pñtem:qa vterqꝫ loquiꝛ
de elementis abſolute ⁊ nõ de elemẽtis intellectualibꝰ.[ Di
cit ⁊ intendit.] Nunc exponit vim rationis.q.d.ſi ens ⁊ vnũ
ſint elementa:tunc nullum ꝑdicamentoꝝ erit ens neqꝫ vnũ.
ꝯñtia tenet qa nullum elemẽtatũ eſt elementũ.mõ hoc eſt
falſum:qa neceſſarium eſt vt vnũ ⁊ ens dicanꝛ de quolibꝫ:
⁊ ſic illa particula nullum refert ꝑdicamentoꝝ:hec eſt vna
expoſitio.[ Dicit ⁊ poſſibile.] ¶ 2º exponit literaꝫ aliter ⁊
vult ꝙ illa particula nulluꝫ eoꝝ referat nullum eorũ.ſ.nec
ens nec vnum.q.d.nec ens nec vnuꝫ erit ſubſtantia vel ⁊c̃.
Et hoc eſt verum:qm̃ ad hoc vt hec duo ſint elementa.10.
predicamẽtoꝝ nõ debẽt eſſe in aliq̊ decẽ geneꝝ:ſed potius
ꝙ vnumqdqꝫ.10.ꝑntoꝝ ſit ens ⁊ vnum.formaꝛ ergo ratio
ſic. Si ens ⁊ vnũ erũt elemẽta nullũ eoꝝ erit ſuba vel ali-
qd aliorꝝ ꝑdicamẽtoꝝ:hoc eſt falſuꝫ:qa nihil eſt extriſecuꝫ
a.10.ꝑntis.omne enim qd eſt oꝫ eſſe in aliquo ꝑdicamẽto-
rum.a ꝑmo ergo ad vltimũ vnum ⁊ ens nõ ſunt.ğ nullũ ꝑ-
dicamẽtorum eſt ens:qm̃ qdlibet ꝑdicamẽtorum eſt vnuꝫ
⁊ ens.ğ ſi hec non ſunt:nec aliqd ꝑdicamẽtoꝝ erit.vel ſic/ſi
ens ⁊ vnum erũt elemẽta oium cum non poſſint eſſe itrin-
ſeca:ğ extrinſeca:extrinſeca ergo erũt non entia.ſed.10.ꝑdi
camenta ſunt miſta entia.ergo miſta entia erunt ex non en-
tibus:ſed hoc eſt impoſſibile qm̃ neceſſarium eſt vt miſtuꝫ
ens ſit ex entibus.[ Et abbreuiatio.] ¶ Abbreuiat ratiões
ambas in hoc caplo.prima eſt ſi vnum ⁊ ens eſſent elemen
ta:tunc compoſitum ⁊ ſimplex eſſent idez:cõſequentia fuit
expoſita. Scdo vnum ⁊ ens ſunt entia in anima ⁊ nõ extra
animam:qm̃ ſunt vlia.ğ nõ ſunt elnta entium realiũ. Ter-
tio ſi ens ⁊ vnũ eſſent elnta oiuꝫ:tũc ꝑdicamẽta eẽnt nõ en-
tia vt fuit deductũ.prime harum triũ rõnuꝫ.ſcda eſt addi-
ta ab Auerroi ad bene eſſe.tu vides quo mõ in iſto cõmen
to eſt confuſio.⁊ propterea ſequere expoſitionem noſtram:
quia cum illa textus eſt per ſe perſpicuus.

At vt dicimus:eſt qdem vt eſt:eſt
aũt vt nõ.puta forſan ſenſibiliũ cor-
poꝝ:vt quod ſpecies:calidũ. ⁊ alio
modo:frigidum priuatio. Materia
ꝟo in potentia hec primum ꝑm ſe. Subſtãtia
ꝟo:⁊ hec:⁊ que ex his:quorum ſunt pricipia
hec.aut ſiquid ex calido ⁊ frigido ſit vnum vt
caro ⁊ os. Alterum enim neceſſe eſt ab illis eẽ
qd factum eſt.horum quidem igitur eadez ele
menta ⁊ principia:alioruꝫ ꝟo alia.oium autez
ita quidem dicere:non eſt:ſed ꝓportionaliter:
quemadmodum ſiquis dicat ꝙ principia ſunt
tria:ſpecies:⁊ priuatio:⁊ materia. Sed horuꝫ
vnũquodqꝫ alteruꝫ circa genus vnũquodqꝫ:
vt in colore album/nigrũ/ſuperficies/lumẽ/te-
nebra/aer.ex his autem dies ⁊ nox.

¶ Duo ꝓpoſuit.vꝫ.ꝙ omniuꝫ ſint eadẽ principia ꝓportio-
naliter:⁊ ꝙ oium ſint eadez ꝑncipia vlr:nunc ergo declarat
primũ.ſ.ꝙ oium ſint eadẽ ꝑnª ꝓportionalr:⁊ ꝑmitꝰ decla-
rat hoc in elntis ⁊ principiis intrinſecis que ſunt mã forma
⁊ priuatio:⁊ vult ꝙ quodã mõ ſit veꝝ eadem eſſe ꝑnª oiuꝫ
⁊ quodã mõ nõ eſt veruꝫ:⁊ hec eſt ſolo ꝑme ptis qõnis.d.
aut vt dicimus eſt qdẽ vt eſt.q̈ſi dicat.vno mõ eſt veꝝ:eſt
autez vt nõ.i.alio mõ nõ eſt veꝝ.⁊ pticula illa[ aut ]q̃ grece
ſcribitur he non eſt ſolo:⁊ declarat primo quõ non eadẽ:⁊
dicit vtpote ſenſibilium forſan corpoꝝ vt quidẽ ſpẽs ⁊ for
ma calidum ſubaudi ſe hꝫ. Et alio mõ frigidũ:ꝑuatio.mate
ria ꝟo:ꝙ potẽtia hec ꝑmũ ꝑm ſe.hec ergo tria.ſ.calidũ/fri-
giduꝫ/⁊ mã/ſunt ꝑncipia oium ſenſibiliũ corpoꝝ eadez:vt
ſunt quatuor elementa ⁊ miſta ex eis. Sed quia dixit ⁊ vo-
luit intelligere hec tria principia eſſe ſubſtantiaꝝ:⁊ per cõ-
ſequens eſſe ſubas:⁊ qa dixit forſan eſſe ꝑncipia ipſemet ſe
declarat cur dixit forſan.⁊ inquit. Sꝫ ⁊ hec ⁊ que ex his q̊-
rum ſunt principia hec ſunt ſubſtãtia:aut ſigd ex calido et
frigido ſit vnum vt caro ⁊ os.q.d.voco hec eſſe principia
ſubſtantie vel ſi non ſubſtantie ſaltem eius qd ſit vnum ex
his vt ſunt caro ⁊ os.⁊ propterea dixit forſan. Debes ſcire
ꝙ reuera calidum ⁊ frigidum ſunt accidentia ⁊ qualitates ⁊
non ſubſtantie:⁊ ꝓpterea dicit ꝙ vel ſunt ꝑncipia ſubſtãtie
vel ſaltem eius qd ex eis ſit quicqd ſit illud.addit.alterum
enim neceſſe eſt qd factũ eſt eſſe ab illis.⁊ propterea dixit.
vnum:vel melius qa qs dicere põt ꝙ ꝑncipia ⁊ res ipa nõ
ſunt in eodem genere.dicit. Sed ⁊ hec ⁊ que ex his:quoruꝫ
ſunt principia hec ſunt ſubſtantia.aut pro ⁊ ſiquid ⁊ calido
⁊ frigido ſit vnum vt caro ⁊ os:ſubaudi iterum eſt ſubſtan-
tia.reddit cauſam cur debet eſſe vnum ⁊ dicit.naꝫ alterum
neceſſe eſt ab illis eſſe qd factũ eſt.ꝯcludit nunc quomodo
non eadem.⁊ inquit.horum quidem igiꝛ eadem elemẽta ⁊
ꝑncipia

UVA. BHSC. IyR_143_1

principia.alioꝝ ꝟo:alia ergo oium nō eadē.⁊ ſic pȝ 2ᵒ pars ſolonis.Subſcribit poſt quō oium eadē.⁊ ingt.oiuȝ autem ita quideȝ dicere nō eſt.ſ.mō ꝑdicto.Sed ꝓportionabilr.ġ eſſe eadem ꝑnᵃ oiuȝ ſpē:nō eſt:eſſe aūt eadeȝ ꝓportione eſt. Declarat quō eadē ꝓportione ⁊ dicit.queadmodū ſi qs dicat ꝙ ꝑncipia ſunt tria:ſpēs/⁊ priuatio/⁊ mā.hec ġ eſt identitas ꝓportionis:ꝙ ſicut in ſuba ſunt tria ꝑncipia ſic ⁊ in quolibet genere:non tn̄ identitas ſpecifica.qꝺ declarat dicens: ſed hoꝝ vnumqꝺqȝ alterū eſt ⁊ diuerſuȝ circa vnūqꝺqȝ genus:vt in genere q̄litatis.vȝ.in colore album/nigrū/ſuperficies:nam albū forma:nigruȝ priuatio:ſuperficies mā. Aliꝺ exēplum ſubſcribit.ꝺ.lumen:tenebra:aer.ex his auteȝ ſiunt dies ⁊ nox.nam lumen eſt vt forma:tenebra vt ꝑuatio:aer vt materia.Ecce ergo quō eadē eſſe ꝑncipia oium ſm ſpeciem falſum eſt.ſed eadē ſm ꝓportionē ⁊ ſimilitudinem nihil ꝓhibet.⁊ ſic vtraqȝ pars ſolutionis patet.

Cō.22ᵐ. ¶ Cum induxit.] Cōmentum iſtud eſt fere perſpicuū.tn̄ qꝛ ſunt aliqua ꝟba vtilia ⁊ aliqua obſcura:ipſum exponā quātum ad aliqua eius ꝟba.Solō ġ qōnis vt ponit Auerro.in hac prima parte eſt ꝙ ſimplr non ſunt oium eadem elnta. nec ſimplr oium ſunt diuerſa elementa:ſȝ medio modo.vȝ. eadem proportione ⁊ analogia:⁊ huius cauſa eſt vt Auer.innuere videtur.Quoniā ſuba antecedit alia predicamenta ⁊ eſt cauſa alioꝝ.ġ ſube ⁊ alijs ꝑdicamentis nihil eſt cōe vniuocū:⁊ per ꝯñs nec ꝑncipijs ſube ⁊ ꝑncipijs alioꝝ aliquid eſt cōe vniuocum:⁊ hanc ſniaȝ applicat verbis.[Et Alexāder.] ¶ Dubitaret quis quō Ariſtoteles ponat priuationē eſſe ſubam.Cui rñdet Alexander ꝙ hoc dicit pro tanto: qa non ſumit priuationem pro carentia forme ſimplr ſed pro forma imperfecta quō dicimus frigidū eſſe priuationē.dicit 2ᵒ ꝙ frigidum ⁊ calidū ⁊ huiꝰ qualitates ſunt ſubſtātie ⁊ accidentia ſunt qꝺ ſube elntoꝝ ſimpliciuȝ.accidentia ꝟo miſtoꝝ:⁊ hec eſt opinio Alexandri cōtra quā Auerroes arguit 5ᵒ phyſice auſcultationis cōmēto.10.⁊ nunc tranſeat.[Et quō iſta ſint.] Ex verbis Ariſtotelis colligit ꝑmo ꝙ oia ꝑncipia ſube ſunt ſuba.Ita ꝙ hoc nomen ſuba dicit̄ de principijs ⁊ de cōpoſitis ex his.qꝺ nō eſt intelligendū eodē mō: ſed q̄ſi equiuoce.2ᵒ dicit ꝙ omne compoſitum eſt aliud a ſuis cōponentibus:⁊ Auerroes dat cām qa hȝ aliaȝ formā: ſed in hoc eſt dubium qa alibi dixit ꝯriū.tu ꝟo intellige ſic ꝙ compoſitū eſt aliud qa ſuperaddit ordinē:ptes ꝟo abſolute non dicunt ordineȝ:⁊ ſic per formaȝ intelligit ordinem. [Et intendebat.] Colligit nunc ꝙ in ſubſtantijs nō ſunt eadem ꝑnᵃ ſimplr nec diuerſa ſimplr nō eadē qꝺ:qm̄ miſtorum ꝑncipia ꝓxima ſunt materia ⁊ forma cōpoſite.ſimplicium ꝟo mā ⁊ forma ſunt ſimplices.eadem ꝟo ꝓportiōe. Qm̄ principia remota ſunt eadē oium ſubaꝝ ⁊ ſimpliciuȝ ⁊ compoſitoꝝ.[Et qa etiā.] ¶ Declarat mō quō alioꝝ ꝑdicamētoꝝ ꝑnᵃ ſint ⁊ an eadeȝ vel diuerſa ⁊ ſermo perſpicuus.[Et intelligendum.] ¶ Remouet.q.vtrum aliq̊ modo poſſunt eſſe eadem principia oiuȝ.Rñdet ꝙ principia remota pñt eſſe eadem oium:ſȝ ordine quodā ꝑ ⁊ ꝑ ſe ſube. alioꝝ ꝟo ꝑ accñs ⁊ ſcꝺo.mā enim ⁊ forma ⁊ ꝑuatio ſubales ſunt principia ꝓxima ſube.⁊ ꝯñter oiuȝ alioꝝ ꝑdicamētorum.Qm̄ qcqd eſt cauſa cauſe eſt cauſa cauſatorum.

Quoniaȝ aūt nō ſolum que inſunt cauſe:ſed eoꝝ que extra.vtputa mouens palam qa alteꝝ principiū ⁊ elemētuȝ cauſe ꝟo ambo.⁊ in hec diuidit̄ pricipiū.Qꝺ ꝟo vt mouēs aut ſiſtens:principiū eſt qꝺdam ⁊ cauſa.Quare elementa quidem ſm analogiam:tria:cauſe autē ⁊ principia:quatuor.Sed aliud in alio ⁊ prima cā:vt mouēs aliud alij.Sanitas/infirmitas/corpus/mouēs/ medicatiua.Species inordinatio talis.Lateres/mouens/edificatoria vtiqȝ in ea diuiditur principium.

¶ Nunc ſecūdo oſtēdit ꝙ cauſe extrinſece ⁊ intrinſece ſunt alie alioꝝ:⁊ non oium deceȝ ꝑdicamētoꝝ eadem.⁊ ꝑ docet dr̄iam inter elntū ⁊ ꝑnᵐ ⁊ cām.2ᵒ oſtendit quot ſunt elementa ⁊ quot ꝑnᵃ.vī ġ ꝑ ꝙ elntum differt a ꝑnᵒ ⁊ cauſa.nā elementum dr̄ ſolū de cauſis intrinſecis.cā ꝟo ⁊ ꝑnᵐ ⁊ de itrinſecis ⁊ de extrinſecis.ꝑnᵐ ꝟo ⁊ cā idē ⁊ conuertibilia.ingt. Qm̄ autē nō ſolū que iſunt ſunt cauſe:ſȝ illa de numero eorum que extra vt mouens:palā qa ⁊ alteꝝ ꝑnᵐ ⁊ elntū:naȝ elntum de intrinſecis ⁊ ꝑnᵐ cōe eſt vtriſqȝ.cauſe ꝟo ambe ſed mō diuerſo.qa elemētum eſt cā vt ſpēs illius.ꝑnᵐ eſt cā: vt conuertibile illi:⁊ propterea adijcit ⁊ in hec diuidit̄ ꝑncipiū:dicimus enim ꝑnᵐ duplex.ſ.intrinſecū ⁊ extrinſecum queadmoduȝ ⁊ cām duplicem:⁊ hoc declarat.ꝺ.que ꝟo vt mouens aut ſiſtens:ꝑnᵐ eſt quoddā ⁊ cauſa.Ecce quō ꝑnᵐ ⁊ cā conuertunt̄:ſed elementū videt̄ ſpēs vtriuſqȝ.premiſſa hac differētia oſtēdit quot ſunt elnta ⁊ quot ſunt cauſe.⁊ inquit.quare elemēta qdē tria ſunt ⁊ eadeȝ oium ſm ꝓportionē.cauſe aūt ⁊ ꝑncipia ſunt quatuor addendo.ſ.mouens enumerauit priuationē inter elnta ſaltē ꝑ accidēs. ¶ His duobus ꝑmiſſis oſtēdit nūc cōiter quō cauſe [etſi quatuor ſint.] non tn̄ ſunt oibus eedē ⁊ hoc oſtendit per exempla.ꝺ. ſed aliud.ſ.ꝑnᵐ in alio eſt.⁊ ꝑma cauſa alia in alio:vt mouēs aliud alij ineſt.ꝟbi grā.In medicatiuis ſanitas: infirmitas/ corpus/mouens/medicatiua.nam ſanitas vt forma: ifirmitas vt priuatio:corpꝰ vt materia.⁊ ars medicine vt mouēs. In edificatiuis vt ſpecies eſt inordiatio talis.Lateres mouens eſt edificatoria.⁊ in ea vtiqȝ diuiditur principium: qa idem eſt principium cauſe.cauſe ergo etſi ſint quatuor:nō tamen eedem omnium:ſed cur pretermiſit finem:eſt dubitatio.Expoſitor fingit quia finis non habet rationem ꝑncipij:quia mouet vt eſt intentio.ſed hoc ſtare nō poteſt quia ſaltem erit cauſa:ergo ⁊ ſi non ſit principiū:erit cauſa.Melius ergo eſt:qa finis nō ponit in numero cuȝ forma:⁊ ideo computat finem in computatione forme.

¶ Cum locutus.] Cōmentum perſpicuum eſt : ſed aduerte circa principium ꝙ Auerroes videtur ponere iter hec tria talem differentiaȝ ꝙ elemētū dr̄ de intrinſecis tm̄.ꝑncipiū dicitur de extrinſecis tm̄.cā de vtriſqȝ.⁊ hoc dȝ itelligi ſm rōnem ꝓpriaȝ:qa vt dicit cōmento ꝑmo ꝑmi phyſicoꝝ.qn̄ accipiuntur cōiter cōfundunt̄ ꝑ eodē.2ᵒ ꝓbat hoc ꝑ verba Ariſtotelis ꝑmo phyſice auſcultationis in ꝓhemio.⁊ tu vide verba eius hic ⁊ ibi.3ᵒ ponit differētiaȝ inter agēs ⁊ mouens.nam vult ꝙ mouens ſit in plus:qa agens ſoluȝ eſt qꝺ agit paſſiones ⁊ paſſibiles qualitates:⁊ ꝑ abiectionē cōtrarij:⁊ ſicut refertur ad patiens.mouens ꝟo eſt cōe ad omnē modum ꝓducendi.⁊ hoc ideȝ dicit.3.phyſicoꝝ cōmento.3. [Dicit ꝙ aūt.] ¶ Debes ſcire ſecūdo circa hec ꝙ ex litera non habetur hec dr̄ia:ſed videtur diuerſa:propterea ex vna litera accipitur dr̄ia predicta.ex alia accipit̄ ꝙ elementum ⁊ principiū differunt.qa elemētū de intrinſecis:ꝑncipiuȝ de extrinſecis dicitur:ſed cauſa ⁊ ꝑncipiū ꝯuertunt̄.⁊ ꝓpterea adducit diuerſas tranſlationes ⁊ tu in his conſidera.[Medicina enim alia.] Remouet dubiuȝ qm̄ ſanitas in aīa.vȝ. medicatiua ars eſt vniuoca ſanitati reali.ergo faciet operationem ſanitatis realis. ¶ Reſpondet ꝙ lȝ ſint ſimiles differunt tamen.Quoniam ſanitas in re hȝ eē reale.In mente ꝟo habet eſſe intentionale.⁊ ꝓpterea non facit operatiōes ſanitas que eſt in anima:q̄les ⁊ ſanitas realis:qa tunc medicus diceretur ſanus formalr a ſanitate mētali qꝺ eſt falſuȝ. ab illa enim dicitur artifex.reliquū cōmenti ꝑſpicuum eſt. Cō.23ᵐ



UVA. BHSC. IyR_143_1

Quoniam aūt mouens. In phyſicis q̄dem: homo. In his autē que a mente: Species aut contrariū: modo quodaʒ tres vtiqʒ erunt cauſe. ſic autem quatuor. nam ſanitas aliqualr̄ ars medicinalis: ⁊ dom⁹ ſpēs: edificatoria: ⁊ hō hoīem generat. Adhuc preter hec: vt primum oium: mouens omnia.

¶ Docet reducere q̄tuor cauſas ⁊ q̄tuor p̄n^a in tria. dixit enī eſſe q̄tuor p̄n^a: vt mā/forma/p̄uatio/⁊ agens: nūc ait illas reduci in tres cauſas: qm̄ mā ⁊ forma ⁊ agens quaſi in idē veniunt: ⁊ ꝓpterea computent̄ pro vna. g̊ erunt tres cauſe ſeu tria p̄n^a. hoc ergo ꝯducit ꝑ moduʒ ſyllr̄i hypothetici: ⁊ dicit. Qm̄ auteʒ mouēs in phyſicis q̄deʒ: hō eſt: in his autē que a mente. i. quoꝝ p̄n^m eſt mens: vt ſunt res artificiales: mouēs eſt ſpecies: ⁊ hoc in operatione recta: aut ꝯtrium ſpēi: ⁊ h̄ in operatione obliqua. Concludit mō quodā tres vtiqʒ erunt cauſe: ſic aūt hoc eſt mō alio: q̄tuor. ⁊ h̄ declarat. d. naʒ ſanitas aliquo mō ars medicinalis eſt. ⁊ ſpēs domus aliq̄ modo ars edificatoria: ⁊ hō hoīem gn̄at. ⁊ ꝓpterea hō gn̄ans ⁊ hō genitus idē ſpecie ſunt. Adhuc aūt ⁊ p̄ter hec eſt vt mouēs oia oium p̄ncipiū qd̄ fere eſt oibus idem. ergo cauſe vt differunt ſunt quatuor vt reducuntur: ſunt tres.

Cō. 24. ¶ Cum declarauit.] Auerroes in p̄ma parte oſtēdit quo mō cauſe erunt tres ⁊ quō quatuor: ⁊ vult ꝙ ſint tres reductiue ⁊ q̄tuor ſeorſum accepte. 2° oſtēdit quō forma que eſt agēs eſt idem quodā mō forme ꝓducte: ⁊ vult ꝙ hoc ꝓ tanto eſt qm̄ forma agens eſt ſīl'is forme ꝓducte: ⁊ ſimile poteſt dici ideʒ: ⁊ hoc oſtendit per exempla in phyſicis ⁊ in artificialibus vt fecimus in lr̄a. [Et q̄a diſpō.] ¶ Remouet̄ ꝑ hec verba qd̄ cur. ſ. Ariſ. adijcit id verbū. [Adhuc p̄ter hec ⁊c.] ¶ Et p̄ma reſpōſio Auerrois eſt ꝙ illud dictuʒ eſt vt oſtēditur ꝙ omnia ſunt quodā mō primū mouēs: qm̄ primum mouens eſt ſicut mouens propinquuʒ: ⁊ hoc quātū ad modū agendi. ⁊ p̄mū mouēs mouet ad oia. ergo videt̄ quodaʒ modo oia pro quāto ꝯtinet oia. [Alexander.] Alexander dicit hoc verbuʒ eſſe additum ꝓꝑ duo: ⁊ vt oſtendat eſſe aliđ mouens a p̄dictis cōe oibus illis: ⁊ vt oſtendat agēs: ⁊ rē factam eſſe quodā mō idē ſoluʒ in ꝓximo agente: q̄a in remoto: non. ⁊ huius due ſunt rōnes. p̄ma q̄a nullū agēs remotuʒ eſt ſimile facto. mō p̄^m mouens eſt agens remotuʒ. 2^a rō/q2 mouens ad perfectionem rei nō videt̄ ſīl'e effectui: ⁊ p̄mus motor non videtur agere niſi ad ꝑfectioneʒ rei. g̊ ⁊c. Debes ſcire ꝙ primus motor agit ad perfectionē rei facte ⁊ nō ad perfectionē ei⁹. ⁊ ꝓpterea nō videt̄ debere aſſimilari reb⁹ quas ꝓducit. [Et veritas eſt.] ¶ Rn̄det ꝙ p̄mū p̄n^m reb⁹ non cōuenit in ꝑticulari ⁊ ſ̄m modū quo eſt p̄n^m ꝓprium ⁊ particulare: ſed bene conuenit aliquo mō vl'i. vbi debes ſcire vt dicetur cōmēto. 51. ꝙ deus eſt quodā mō oia eminenter ⁊ potentialiter quō ignis eſt oia calida: ⁊ ſic conuenit in rōne entis ⁊ quō ſit illud: cōmento. 51. dicetur. [Et Themiſtius.] ¶ Nunc ponit expōneʒ Themiſtij. qui vult ꝙ ideo Ariſtoteles fecit mentionem de primo motore vt oſtendat ꝙ eſt aliud ab iſtis proximis motoribus: ⁊ qd̄ eſt intētuʒ ⁊ queſitum noſtruʒ in iſto libro. ⁊ hāc expōnē laudat. ⁊ ait ē̄t ſibi videri. [Et Alexander.] Quia Ar. dixit in litera agens conuenire rebus factis: ⁊ ꝑ ꝯn̄s ꝙ factū fit a cōueniēti: gloſſat Alexander hāc ꝓpōnē ⁊ vult eā eſſe veram trib⁹ ſeruatis. vʒ. in agentibus cauſis ꝓpinq̄s ⁊ nō remotis per ſe ⁊ nō a caſu: ⁊ dicit̄ non a caſu: ꝓpter aīalia orta ex putri mā: que apud ipſum: q̄a fiunt a caſu: nō cōueniunt cū factorib⁹ ⁊ agētibus. [Et in ſermone.] ¶ Sed ꝯtra/quia corrigea agit dolorem: ⁊ tamē nō aſſimilat̄ dolori. Adhuc ſerra agit aſciſſionem: ⁊ tn̄ non aſſimilat̄ aſciſſioni. Reſpondet ibi [talia ⁊c.] ꝙ hec ſunt inſtrumenta non agentia ⁊ ꝓpterea additum eſt in agentibus mō agentia ſunt ſpēs ſerrantis ⁊ percutientis ⁊ illis ſpēbus aſſimilantur hec. [Dicit igitur.] Colligit gloſſam ꝓpoſitionis. vʒ. ꝙ hec ꝓpoſitio intelligitur in agēte nō in inſtrumento ⁊ in propinquo non in remoto ⁊ in agēte eſſentialiter non accidentaliter. dixit in agente: ꝓpter effect⁹ ſerre ⁊ corrigere ⁊ talium. dixit propinquo: ꝓpter p̄mū p̄ncipium qd̄ agit cuncta: ⁊ tamen non aſſimilatur cunctis. dixit eſſentialiter: ꝓpter genita a caſu: vt animalia ex putrefactione orta. ⁊ hec eſt intentio Alexandri in iſto loco. Ex his ſoluuntur multe ⁊ prolixe queſtiones circa ꝓpōnem illam. quarum ſubmeminit ipſe cōmento. 13. ⁊. 18. ⁊ alibi.

Quoniam aūt ſunt hec quidem ſeparabilia. Illa autem inſeꝑabilia: ille ſube. ⁊ ꝓpter hoc omnium cauſe hec: q̄a ſine ſubſtantijs non ſunt paſſiones ⁊ mot⁹. Deinde hec erunt anima forſan ⁊ corpus: aut intellectus: ⁊ appetitus: ⁊ corpus.

¶ Preaccepit quō ſunt oium p̄n^a ꝓportione ⁊ ſimilitudine. Nunc oſtendit ꝙ ſunt eadeʒ ſimplr̄: ſed ordie quodā. p̄mo oſtēdit ꝙ ſube ſunt cauſe accidētiū. 2° quō p̄n^a ſube ſunt et principia accidētiū. pro p̄mo vtit̄ rōne hoc mō entium hec ſunt ſeparabilia hec inſeꝑabilia: ⁊ ſube ſunt ſeꝑabiles accidentia inſeparabilia. g̊ ſube ſunt cauſe accn̄tium. dicit. Qm̄ aūt ſunt hec q̄dē ſeꝑabilia: illa aūt inſeꝑabilia. hec eſt p̄^a ꝑs antecedentis ille ſubſtātie. ſ. ſunt ſeꝑabiles: ⁊ ſubaudi accn̄tia ſunt ſeparabilia. hec eſt 2^a pars. tunc dat ꝯn̄s. ⁊ inq̄t. ⁊ ꝓpter hoc oium cauſe ſunt hec. ſ. ſube: cuius cām repetit. ⁊ inquit. q̄a ſine ſubſtātijs nō ſunt paſſiōes ⁊ motus. ¶ Debes ſcire p̄mo ꝙ de rōne cauſe in actu ſunt duo. ſ. prioritas ⁊ ſeparabilitas. cauſa enī in actu: ⁊ eſt prior ⁊ eſt ſeꝑabilis. prior q̄dem: in eo ꝙ cauſa. Seꝑabilis ꝟo: in eo ꝙ effectus: econuerſo de rōne effectus: eſt enī poſterior ⁊ iſeparabilis. hinc patuit rō Ariſtotelis. q̄a enim ſube ſunt ſeꝑabiles: ⁊ accidētia inſeparabilia. ¶ Amplius ſube priores: ⁊ accidentia poſteriora: hinc fit ꝙ ſube ſunt cauſe accn̄tiū oium: ⁊ ſic enthymema preaccepit in antecedēte duas ꝑtes. 2° debes ſcire ꝙ omnia accidentia vel ſunt ad modū habit⁹ vel ad modum motus: ⁊ q̄a habitus ⁊ paſſio idē ſunt: ꝓpterea dixit: q̄a ſine ſubſtātijs nō ſunt paſſiōes ⁊ motus: volēs per hec oia accidentia numerare. [Deinde hec erunt.] 2° loco ꝯcludit ꝙ remote cauſe ſunt oium eedē. nā mā ⁊ forma ſunt cauſe oium ſubſtantiaꝝ cōpoſitaꝝ: ⁊ ſube cōpoſite ſunt cāe oium accidentium. g̊ mā ⁊ forma ſunt cauſe oiuʒ accn̄tiū. inq̄t. Deinde hec aīa forſan ⁊ corpus ſunt cauſe oium accidētiuʒ celeſtium. Debes ſcire ꝙ via reſolutionis p̄me cauſe accn̄tium ſunt ſube. 2^e cauſe accn̄tiuʒ ſunt p̄ncipia ſubarum. ecōuerſo via compoſitionis. ⁊ ꝓpterea dixit deinde. dedit eniʒ ordinem reſolutiuū: ⁊ nō cōpoſitiuū. Sʒ ambiges de q̄b⁹ principijs loquitur Ariſtoteles in h̄ ꝟbo. Videt̄ expoſitio expoſitoris hic diuerſa a noſtra. Ipſe enim vult ꝙ Ariſt. in primo verbo loquat̄ de p̄ncipijs itrinſecis: ita ꝙ q̄a principia intrinſeca ſunt cauſe ſubaꝝ: ꝓpterea ſint cauſe accidētium: que nō pn̄t eſſe abſqʒ ſubſtātijs. In verbo ꝟo pn̄ti vult ꝙ Ariſtoteles oſtendat ordinē in ſubſtantijs: ⁊ ꝙ in ſubſtātijs ſint p̄n^a. prima oium ſubarū vt ſunt aīa ⁊ corpus celeſtia: et q̄a anima dr̄ fere eq̄uoce. dixit vel intellectus ⁊ appetitus ⁊ corpus. corpus enī celeſte habʒ de potētijs aīe hec duo. vʒ. intellectum ⁊ voluntatem. Vult g̊ ꝙ hec duo ſint principia oium ſubſtantiarum effectiua. vʒ. itellectus corpus: ⁊ ſic cōſequenter dici pn̄t p̄ncipia etiā accn̄tiū. Habes g̊ de mente eius duo: quorum p̄muʒ eſt eadē eſſe p̄ncipia accidētiuʒ intrinſeca: ⁊ hoc in verbo p̄mo. 2° ꝙ ſunt quedā p̄ma p̄ncipia

ſubarum

UVA. BHSC. IyR_143_1

ꝫ expoſi/torem. ſubſtantiarum ⁊ ꝯſequenter accidentium que ſunt partes
celeſtis corporis.ſed pace ſua textus non cōſonat expoſitio
ni tali.nos enim videmus apte in textu ordinem.nam pri/
mo ꝯcludit ſubſtantias eſſe pncipia oium accidentiuꝫ prio/
ritate ⁊ ſepabilitate:deinde ſubdit quō principia ſubſtantie
ſunt pncipia accidentium:qꝛ quicqd eſt cā cauſe eſt cā cau/
ſati.¶ Amplius/ꝙ nō loquatur de principiꝭs:ꝑſpicuum:lꝫ
eni intellectus ptineat ad pnm actiuū:tn̄ corpus ⁊ mā nullo
mō ptinet ad principium actiuū.Melius ergo videt̄ mibi
ꝙ loquat̄ de pncipiꝭs intrinſecis:⁊ qm̄ accidentia ſunt duo
bus modis:quedam mālia vt ea que inſunt corporibus ge/
nerabilibus:⁊ quedaꝫ imaterialia vt quecūqꝫ inſunt corpo
ribus celeſtibus.⁊ ꝓpterea dixit.deinde hec aia forſan ⁊ cor
pus ab accn̄tia pmo aduertens:ſubſcribit. aut intellectus ⁊
appetitus ⁊ corpus ad accidentia celeſtia alludens.Sed di
ces contra:qm̄ aia ⁊ corpus non ſunt vl̄ia principia omniū
accn̄tium mālium:qm̄ nō ſunt pncipia accidentium elemē
toꝝ pōt dici ꝙ ſic:qm̄ corpus eſt miſtum qōdam cōtinens
elementa:⁊ per ꝯn̄s continet mām ⁊ formā:que ſūt vniuer
ſalia pncipia omnium.Hec videt̄ mibi expoſitio preſentis
loci.ſed res quō ſe habet:dicetur in cōmento.

Cō.25m. ¶ Cum declarauit.] Proponit intentionem ⁊ tria inuit. pri/
mo ordinem qꝛ declarauit quō eadem ſunt oium principia
ꝓportione. Nunc ꝙ ſubſtantia ſit cā oium. 2° intentionem
⁊ cā intentionis.Intentio qdē:qꝛ declarabit ꝙ pricipia ſub
ſtantie ſunt pncipia reliquoꝝ:cā intētionis vo : qꝛ mā ſube
eſt cā cuiuſlibet mãe accn̄tis.⁊ ꝯrietas in genere ſube vtpo/
te forma ⁊ priuatio ſunt cauſe ꝯrietatis in oibus reliquis. 3°
excuſat Ariſt.nam hec declarauit in 7°.Sed nunc quaſi re/
memoratiue ſubmeminit.⁊ ꝓpterea non ſuperfluus.[Et in
tendit.] Propoſita continuatione nunc ꝓſequit̄.⁊ primo ac
cepit diſtinctionē : ⁊ vult ꝙ reꝝ quedam ſunt ſeparabiles:
quedam inſepabiles. Separabiles ſunt ſube:iſeparabiles:
ſunt accn̄tia.dicunt̄ qdem ſube ſeparabiles:qm̄ poſſunt eē
abſqꝫ accn̄tibus ⁊ ſunt priores definitione : eo qꝛ ponuntur
in definitione accn̄tium ⁊ nō ecōuerſo. Accn̄tia vo inſepa/
rabilia ſunt:qꝛ nullum accn̄s exiſtit abſqꝫ ſuba.Qm̄ ſūt paſ
ſiones ⁊ motus ſubarum vt diximus in textu.hec eſt diſtin/
ctio.Ex hac diſtinctione ſumit̄ ꝙ ſube ſunt cauſe accidenti/
um ⁊ non econuerſo . Quia vt declaraui in textu ſube ſunt
priores ⁊ ſeparabiles.accn̄tia ſunt poſteriora ⁊ inſeparabi/
lia:⁊ ſic ſube ſunt cãe ⁊ accn̄tia effectus.nec expreſſit in quo
genere cauſe de quo alibi.[ Et ſciendum.] ¶ Remouet.q.
dictum eſt enim ſubam eſſe ſepabilem.mō hoc non vr̄ ve/
rum:qm̄ ſuba miſta vel mālis non poteſt eē abſqꝫ acciden/
tibus.nam accn̄tia ſūt diſpōnes qbus ꝯſeruat̄ forma in ma
teria.ergo non pōt eſſe abſqꝫ accn̄tibus.Rn̄det verbū Ari
ſtotelis eſſe veꝝ ſaltē de ſuba intelligibili.nam ſuba ſenſibi
lis non poteſt eſſe abſqꝫ accn̄tibus.¶ Sed dubitat̄/qm̄ ſi
ſuba mālis non poteſt eſſe abſqꝫ accn̄tibus.ergo ex verbis
Ariſtotelis nō ꝯcludet̄ ſubam mālem eſſe cām accn̄tium :
magis qꝫ econuerſo accn̄tia eſſe cām ſube mālis . Amplius
tūc verbum Ariſtotelis nō eſſet verum niſi de ſuba itelligi
bili.Modo ſuba intelligibilis nō eſt cā mālis accidentiuꝫ.
pōt dici ꝙ aliqua ꝓpō eſt vera in vl̄i que eſt falſa in parti/
culari apud Auerroem:vel vera per ſe que eſt falſa per ac/
cidens.⁊ hoc ponit Auerroes.6.auſcultationis phyſice . cō/
mento 15°.⁊ 7° phyſice auſcultationis.cōmēto 2°.Tunc di/
cendum ꝙ hec eſt vera:omnis ſuba eſt ſepabilis ab accidē
te per ſe:qꝛ ois ſuba eſt ſepabilis in eo ꝙ ſuba. Qm̄ aliqua
ſubſtantia eſt ſeparabilis vt intelligibilis.non tn̄ ois ſubſtā
tia de facto eſt ſepabilis qꝛ nō ſuba miſta.ex his ſolue argu/
menta tu.[Et poſt hoc.] ¶ Conuenit Auerroes cum expo/
ſitore quātum ad hoc.ſ.ꝙ Ariſtoteles hic declarat ordineꝫ
in ſubſtantiꝭs.vult enim ꝙ Ariſtoteles pmo declarauit ſub
ſtantiam eſſe pncipium oium. 2° ꝙ etiam in ſubſtantiꝭs de
clarat pmam:⁊ ſic vult ꝙ pm in ſubſtantiꝭs ſit aia ⁊ corpus:
aut intellectus ⁊ voluntas ⁊ corpus.Hec enim ſunt pncipia
oium ſubſtantiaꝝ.[Et inuit corpora.] ¶ Remouet qſtio/
nem.poſſet eni qs dicere ꝙ intelligit per aiam ⁊ corpꝰ:ideo
declarat vba Ariſtotelis verificari in corpore celeſti tātū:
ergo per aiam intelligit formā celeſtis corporis:⁊ per corpꝰ
intelligit mām eiuſdem.hec enim duo ſunt prima pncipia
oium ſubſtantiaꝝ. 2° dicit ⁊ ꝓbat corpora celeſtia eſſe aia/
ta:⁊ vtitur tali ſyllō.quecūqꝫ ſunt pncipia aiatoꝝ ⁊ inaiato/
rum per ſe ſunt aiata:mō corpora celeſtia ſunt pncipia aia/
toꝝ ⁊ inaiatoꝝ:ergo aiata.⁊ per ꝯn̄s eoꝝ pncipia ſunt aia ⁊
corpus.⁊ dr̄ forte qꝛ declarabit̄ poſt demonſtratione. Hec
eſt expoſitio Auerrois:⁊ cum eo ꝯuenit expoſitor:⁊ nos cō/
tra diximus huic perfecte.[Alexander autem.] ¶ Alexan/
der exponit aliter:⁊ vult ꝙ Ariſtoteles pmo accepit ſubaꝫ
eſſe oium cām:ex qua voluit hr̄e principia ſube eſſe princi/
pia oium alioꝝ:⁊ ꝓpterea declarans que ſint illa principia
dixit:vt aia ⁊ corpus.⁊ hec in aialibus generabilibus.vel in
tellectus ⁊ corpus.⁊ hec in corporibus celeſtibus . ⁊ hec eſt
expoſitio noſtra.[Et ideo.] Dicet qs/cur non dixit materiā
⁊ nām: 2° cur dixit forte: vtriqꝫ reſpondet.⁊ pmo ad pmū:
qꝛ.ſ.materia ⁊ natura ſunt iſepabilia:⁊ ipſe preaccepit ſub/
ſtantiam eſſe ſeparabilē. 2° rn̄det ꝙ ideo dixit forte ꝓpter
aiam que apud aliquos eſt abſtracta:apud aliquos non : g
per hec innuit corpora celeſtia:⁊ per intellectum ⁊ volunta
tem innuit pmum motoreꝫ.vꝫ.deum.qbus dicit Auerroes:
⁊ vtrunqꝫ iſtoꝝ eſt alteri propinquū:qm̄ iſte due expōnes
non multum differunt:qꝛ vtraqꝫ accipit principia ſubſtātia
rum. Reliquum cōmenti perſpicuum.

Amplius autez alio mō ꝓportionalr̄
principia eadem:vt actus ⁊ potētia:
ſꝫ ⁊ hec alia aliꝭs ⁊ aliter. In qbuſdā
qdeꝫ eni idem:qn̄qꝫ quidē eſt actu:
qn̄qꝫ vo potētia vt viuuꝫ aut caro:aut hō. ca/
dunt aūt ⁊ hec in dictas cās.actus qdem enim
ſpēs ſi ſit ſepabilis:⁊ qđ ex ambobus.priuatio
vo vt tenebre aut laborans.potentia autē mā.
hoc enim eſt qđ pōt fieri ambo. Aliter autem
actu ⁊ poteſtate differūt ea quoꝝ nō eſt eadē
materia.quorum nō eſt eadem ſpēs : ſꝫ altera.
Quēadmodū hois cauſa ſunt elementa ignis
⁊ terra vt materia ⁊ ſpēs ꝓpria:⁊ ſiquid aliud
extra:vt pater. ⁊ preter hec ſol ⁊ obliquus cir
culus:neqꝫ materia entia:neqꝫ ſpēs:neqꝫ pri/
uatio:neqꝫ forme ſed mouentia.

¶ Expoſitor videt̄ doctiſſime exponere hunc textum qꝛ eſt
nimis breuis:⁊ in aliqbus ꝓpter breuitatem manchus.pro/
pterea dicamus ꝙ Ariſtoteles declarat nunc.Secūdo mō/
quō pna ſunt oium eadem ꝓportione:⁊ ideo paccipit rem ⁊
inquit.Amplius aūt alio mō ꝓportionalr̄ pncipia eadē ſūt
oium vt actus ⁊ potentia.ergo ſi ꝯſiderent̄ principia inquā
tum actus ⁊ potentia vt ſic:ſunt omnium eadem.Sed qm̄
in idētitate ꝓportionis reqrit̄ differentia:declarat ꝙ poten
tia ⁊ actus in diuerſis differunt ⁊ quātum ad rem ⁊ qꝫtum
ad modum:⁊ hoc ꝓponit.d.Sed ⁊ hec ſunt alia aliꝭs . ⁊ hoc
qꝫtum ad rē:⁊ alr̄:⁊ hoc qꝫtum ad modū rei. Seruat auteꝫ
talem ordinē:qꝛ pmo declarat quō ſunt alia aliꝭs qꝫtum ad
modum. 2° qꝫtuꝫ ad rem.debes ergo ſcire ꝙ dr̄ia in modo
ſtat cum identitate in ſubiecto:mō vnamet res in ſubiecto
differt in modo ꝓ qꝫto:qn̄qꝫ eſt in actu quādoqꝫ in potētia.

⁊ hoc dicit:in qbuſdam qdem enim idem quãq quidem eſt
actu/quãq vo potentia:cuius exẽplum adycit vt viuũ aut
caro aut homo:qḋlibet enim hoꝝ quãq eſt in actu:quãq po
tentia.Ecce igit̃ quõ erit vna res:ſed modus diuerſus.[Ca/
dunt autem.] ¶ Remouet qõnem. poſſet enim qs dicere
vtrum actus ⁊ potentia computentur inter principia predi
cta:an nõ:q2 ſi nõ:tunc nõ erunt ṗncipia quatuor.vz. mate/
ria:forma:priuatio:⁊ mouens. Rñdet ⁊ docet quõ hec duo
reducunt̃ ad illa ṗncipia predicta. ⁊ ṗmo ꝓponit hoc ⁊ in/
quit.Cadunt aũt ⁊ hec in dictas cãs.nam actus qdeꝫ eſt ſpe
cies:ſi ſit ſeparabilis vt dixit Plato.⁊ ſi eſt qḋ ex ambobus
q.d.ꝙ actus ſiue ſit ſeparabilis ſiue nõ:ſemꝑ cadit in ſpẽm
⁊ eſt forma.⁊ q2 aliqs actus eſt dicens imꝑfectionem : ſub/
ſcribit.priuatio vo ſũt actus hi vt tenebre ⁊ egrotans.aliqs
ergo actus cadit in ſpẽm:vt ille qui dicit ꝑfectioneꝫ:⁊ aliqs
in priuationem:vt ille qui dicit diminutioneꝫ.potentia vo
eſt materia.ergo potentia cadit in mãm.nam hoc.ſ.poten/
tia eſt qḋ põt fieri ambo queãdmodũ ⁊ ipſa mã:⁊ ſic ꝑſpi/
cua eſt ſolo queſtionis.[Aliter aũt.] Redit ad rem ⁊ decla/
rat quõ hec duo differunt in diuerſis q̃tum ad rem.⁊ vult
ꝙ actus ⁊ potentia in diuerſis ſint alterius rõnis.verbi gra
tia. actus ⁊ potentia ex qbus exiſtentia hominis conſiſtit:
ſunt alterius rõnis ab actu ⁊ potentia ex quibus exiſtit alia
exiſtentia:vtpote corporis celeſtis.ergo actus alterius eſt al
terius rõnis.ſimiliter ⁊ potentia.⁊ hoc inquit.Aliter autem
actus ⁊ potentia differunt ea quoꝝ nõ eſt mã eadem:⁊ quo
rum nõ eſt ſpẽs eadem ſed diuerſa:cuiuſmodi ſunt homo ⁊
corpus celeſte.⁊ hoc declarat.d. queãdmodum hois cauſa
ſunt elementa cuiuſmodi ſunt ignis ⁊ terra vt mã:⁊ propria
ſpẽs vt aĩa.⁊ ſiqd aliud extra ſit vt pr̃ : ⁊ hoc vt agens ꝓxi/
mum : ⁊ preter hec ſol ⁊ obliquus circulus qui ſignifer dr̃
grece çodiacus.⁊ hec tanq̃ agentia remota.addit ꝙ hec vi/
delicet pater:ſol:⁊ çodiacus neq ſunt mã neq ſpecies:neq
priuatio:neq forme:ſed ſunt mouentia.hec ergo ſunt princi
pia hominis ⁊ per ꝯñs actus ⁊ potentia eius.in alys vo q̃li
ter ſint:non explicauit ꝓpter breuitatem . Sed dubitat̃ q2
videtur ꝙ actus ſit eiuſdem rationis in omnibus ⁊ potẽtia
ſimiliter:qm̃ vt dicit Auerroes ſunt rõnes vniuerſales om/
nium predicamentoꝝ. Dicendum ꝙ actus ⁊ potentia pñt
cõſiderari in rõne phyſica ⁊ in rõne metaphyſica.Si cõſi/
derantur in ratione metaphyſica:ſunt eiuſdem rõnis in oĩ/
bus:qm̃ ratio metaphyſica abſtrahit ab omni dr̃ia. Sed ſi
conſiderantur in rõne phyſica:ſic in alys atq alys ſunt di/
uerſi.⁊ hoc vt probat ratio Ariſtotelis.

Cõ.26m. ¶ Cum declarauit.] Cõmentum preſens.26. eſt perſpicuũ
omnibus:neq dicit aliquid extra literam.

Adhuc aũt videre opꝫ : ꝙ hec qdem
eſt vl̃r dicere:hec aũt non.oĩum igi/
tur prima principia:qḋ actu primuꝫ
ſpecie. ⁊ aliud qḋ potentia:illa qdeꝫ
igit̃ vl̃ia nõ ſunt:principium eñi ſingularium :
ſingulare.homo qdem eñi hois vl̃r. Sed non
eſt nullius. Veruꝫ pelleus achillis:tui vo pr̃.
⁊ hoc.h.huius ha.oĩno aũt.h.ſimpl̃r.ha.dein/
de ſi iaꝫ que ſubãꝝ alia vtiq alioꝝ cauſe ⁊ ele
menta:ſicut dictum eſt : eoꝝ que nõ in eodem
genere coloꝝ:⁊ ſonoꝝ:⁊ ſubãꝝ:⁊ q̃titatis. ꝑ
terq̃ ꝓportionaliter : ⁊ eoꝝ que ſunt in eadeꝫ
ſpecie diuerſa : non ſpecie:ſed q2 ſingularium
aliud:⁊ tua mã ⁊ ſpecies ⁊ mouẽs ⁊ ſpecies
⁊ mea. vniuerſali autem ratione:eadem.

¶ Certe textus iſte eſt multũ latens:⁊ ꝓpterea vr̃ ꝙ Ariſto.
velit aliquo mõ verificare opinionẽ cõem ſuo tp̃e vigentẽ.
Erat.n.famoſum ſuo tp̃e eſſe vl̃ia ſeparata ⁊ eſſe cãs oĩum.
modo vr̃ ſtultum ꝯdicere antique opinioni niſi aliquo mõ
verificet̃:⁊ ꝓpterea intendit declarare quõ ꝯcedi põt vl̃ia
eſſe ṗncipia reꝝ:⁊ per hoc habebit̃ quõ eadem ſũt ṗncipia
oĩum vl̃iter:qḋ erat ſm ṗncipale ꝓpoſitum.Debes aũt ſci/
re ꝙ vl̃e dupl̃r eſt.vno mõ per eſſentiam:⁊ ſic illud erit vl̃e
qḋ per eſſentiam erit abſtractum a mã ⁊ ꝯditionibus mãe.
⁊ hoc mõ põt dici intelligentie vl̃ia:eo q2 per eſſentiã exclu
dunt mãm ⁊ conditiones mãe. 2° modo ꝑticipatione quõ
vl̃e mãle ⁊ vl̃e aĩal ⁊ vl̃e corpus dicunt̃ vl̃ia.qm̃ per eoꝝ
eſſentias ſunt in mã.ſed inq̃tum ꝯcipiunt̃:ſunt abſtracta a
mã ⁊ ꝯditionib9 materie.de his dixit Auerroes ꝙ ſũt actu
indiuidua.potẽtia vo vl̃ia. Juxta hanc diſtinctionẽ Ariſto/
teles vr̃ ꝯcedere duas ſubcõtrarias. ṗma eſt vl̃ia ſunt rerũ
ṗncipia. 2a eſt vl̃ia nõ ſunt reꝝ ṗna.ṗma ꝓpõ verificat̃ de
vl̃ibus ꝑticipatiue. nam hõ vl̃is eſt ṗnm hois vniuerſalis:⁊
hic homo huius hois. 2a verificat̃ de ideis.declaratũ eſt.n.
ꝙ nulla eſt idea que ſit cã ſingularium : q2 ad hec ſatis ſunt
ſingularia.hoc ergo ꝓponit ⁊ dicit.Adhuc autẽ videre opꝫ
ꝙ hec qdem ſunt vl̃iter dicere.hec eſt vna pars ſubcontra/
rietatis:hec aũt nõ hec fuit altera.deinde declarat primam
ſubcontrariam ⁊ inqt.omnium igit̃ prima ṗncipia ſunt hec
duo.vz.qḋ actu ſpecie primũ.i.eſt ṗmus actus acceptus cõ
muniter ſm ſpẽm ⁊ aliud qḋ potentia.Actus ergo ⁊ poten/
tia ſunt prima ṗncipia vl̃ia oĩum.⁊ ſic hoc modo vniuerſa/
litatis vniuerſalia ſunt ṗna rerum.Deinde declarat ſecũdã
ſubcontrariam.d. illa qdem igit̃ que vl̃ia/vtpote idee/ non
ſunt:cuius cãm ſubſcribit dicens.nam ṗncipium ſingularis
eſt ſingulare:hõ qdem enim hois vl̃iter:ſed nõ eſt illius.ſ.
ṗncipium:ſed alicuius aliquo mõ inuenti in ſingularibus.
eſt ergo ſuꝑflua idea pro tanto q2 homo hois eſt ṗnm ⁊ hui9
hominis hic homo.⁊ hec per exempla oſtendit.d. veruꝫ pel
leus eſt pater achillis : tui vo pater.⁊ hoc.h.demr̃atum eſt
ṗncipiũ huius.ha.compoſiti demonſtrati.oĩno aũt.h.i.vni/
uerſale.h.Simpl̃r.i.vniuerſal̃r eſt principium vniuerſalis
huius qḋ eſt.ha.ergo per hec perſpicuum eſt qualiter ſuper
flue ſint idee.[Deinde ſi iam.] ¶ Remouet vnam dubita
tionem:q2 dictum eſt ṗncipia ſubſtãtie eẽ eadem oĩum reli
quoꝝ.queret qs vtrũ dici pñt eadem oĩuꝫ vniuerſal̃r. Re/
ſpondet.d.deinde ſi iam que ſubſtantiaꝝ ſubaudi principia
ſint oĩum eadem:erunt vtiq alie alioꝝ cauſe ⁊ elementa ⁊
non ſimpl̃r ⁊ numero eadẽ qḋ oſtendit.d. ſicut dictum eſt:
eoꝝ que non ſunt in eodẽ genere ṗncipia nõ eſt dicere ſim/
pliciter eadem:vtpote coloꝝ ⁊ ſonoꝝ ⁊ ſubſtantiaꝝ ⁊ quã/
titatis.dico nõ ſunt eadem ſimpl̃r preterq̃ ꝓportionaliter.
Qm̃ ꝓportional̃r ſunt oĩum eadem.⁊ eoꝝ que ſunt in eadẽ
ſpecie non diuerſa ſpecie:ſed q2 ſinguloꝝ aliud ⁊ tua mã:⁊
ſpecies:⁊ mouens.aliud ſubaudi ⁊ ſpecies ⁊ mea mã ⁊ meũ
mouens.q.d.ꝙ ṗncipia nõ ſunt eadem eoꝝ que ſunt diuer/
ſa genere : nec eadem eoꝝ que ſunt diuerſa numero. [Sed
vniuerſali rõne eadem.] Ergo ſolutio eſt hec : ꝙ lꝫ ṗncipia
ſubſtantiarum ſint eadem oĩum:tamen non ſunt eadẽ ſim/
pliciter:q2 diuerſoꝝ generum diuerſa ſunt ṗncipia genere:⁊
diuerſarũ ſpecierũ diuerſa ṗna ſpecie.quadam tñ rõne vni/
uerſali ſunt eadẽ:ex his ꝑſpicuuꝫ ṗmo quõ vniuerſalia ſint
ṗna ⁊ quõ non. 2° quõ ꝯcedi põt.oĩum eſſe eadem ṗncipia
⁊ quõ non.Et ſic ꝑſpicuum eſt qḋ erat ſecundum.
¶ Dicto ꝙ ṗncipia.] Introductio Auerrois differt a noſtra. Cõ.27m
nam Auerrois velle videt̃ ꝙ ṗncipium rei eſt dupliciter.ſ.
vniuerſale ⁊ ꝑticulare:⁊ ꝙ Ariſtoteles comparet inter hec
duo.⁊ ꝙ verum ṗncipiũ rei eſt ꝑticulare ⁊ non vniuerſale.
2° videt̃ Auerrois ꝓbare totum hoc:q2 ṗncipium debet eẽ
prius principiato : ⁊ hec prioritas eſt ſm eſſe ⁊ non ſm rõ/

UVA. BHSC. IyR_143_1

nem.⁊ q2 pprie indiuiduū eſt prius alio ſm rem:⁊ vl'e nō eſt prius alio niſi ſm rōnem:ideo vera cāſitas reperit i ſingulari. 3° dicit q re vera vl'e non eſt cā rei vl'is:q2 vniuerſale,nec gn̄atur nec gn̄at:ſed dī q hō hoie3 gn̄at vl'r.hō ergo vl'is nō gn̄at hoiem vl'em:ſed hō hoiem gn̄at vl'r. ❡ Sed dices que dr̄ia eſt iter hec:Dicēdum q aliud eſt res gn̄ata: aliud eſt modus gn̄andi.nam res generata ſemp eſt ſingularis:eo q2 gnōnes ⁊ opationes ſunt ſemp ſingularium: ſed modus gn̄andi pōt eſſe vl'is:⁊ ſic l3 hō gn̄ans ſit ſingularis: q2 tn̄ generat hoie3 pp nām cōem vtriſq3:ideo hec generatio eſt vl'is ſm modū:l3 ſm rem ſemp ſit pticularis.pp qō tria ꝯſiderant in gnōne.ſ.rō generādi:ꝯditio generantis: ⁊ ipm generās.generās.n.ſingulare eſt:rō generādi vl'e. ꝯditio generātis eſt deſignatio.⁊ tu ꝯſiſte ſuper hoc q2 eſt pulchrum.[ Et q2 reſiduū.] Hic Auerrois dicit p̊ q Alexander nō pl's de textu expoſuit. ⁊ h̄ forte q2 hēbat reliquū textus manifeſtū. Dicit 2° q quēadmodū cāta ſūt diuerſa genere ſic ⁊ cauſe:vtpote coloꝝ ſonoꝝ ⁊ quātoꝝ ⁊ ſubarum p̄n^a ⁊ cāe ſunt diuerſa.Dicit 3° q ex his Ari.voluit habere q quedam ſunt cāe nuō dr̄ntes.ſpecie vo ꝯueniētes;vt Socrates ⁊ Plato.v l'ſpecie dr̄ntes/ gn̄e vo ꝯueniētes/vt hō ⁊ equus: vel genere dr̄ntes ſed ꝯueniētes pportione:⁊ hoc pacto entium diuerſoꝝ p̄ntoꝝ p̄n^a ſunt diuerſa genera pportione eadem.[ Et poſt hoc.] Hic ēt dicit tria.dicit eni p̊ q ēt in eodē genere ſube ſunt cāta diuerſa nuō ſpecie ⁊ genere:⁊ ſil'r p̄n^a in ſubys ſunt diuerſa nuō ſpecie ⁊ genere.Et dicit 2° q per formā vl'em itelligit genus:⁊ p formā pticularē itelligit ſpeciē.q̄ſi ḡ velit cāta in genere ſube q̄dā eē eiuſdē forme vl'is: quedā eiuſdē forme pticularis. Dicit 3° q ex oib^9 his vult hēre q l3 p̄n^a ſubaꝝ dr̄ant genere:nō pp hoc dicunt eade3 pportione ſm vicinitatē.Reliquū cōmēti ꝑſpicuū ē.⁊ certe fere totū cōmentū eſt inutile ad ſmonem Ariſt.

Querere vo q̄ pricipia ⁊ el'nta ſubaꝝ ⁊ ad aliqd ⁊ q̄litatū: vtꝝ eadē aut diuerſa:palam q2 multipl'r dictoꝝ ſunt vniuſcuiuſq3. diuerſoꝝ vo nō eade3: ſed altera: pterq3 ſic ⁊ oiu3. Sic aūt eadē: aut eo q pportionantur:q2 mā:ſpēs:priuatio:mouens:⁊ ſic ſubaꝝ cāe vt cauſe oiu3:q2 deſtruūtur deſtructis. Amplius q primū endelechia: ſic altera pria quecūq3 ꝯtraria:que nec vt gn̄a dicunt:nec vt multipl'r dicunt:⁊ adhuc mãe. que gdem igit principia ſenſibilium. ⁊ quot ⁊ qūo eadem:⁊ qūo altera dictum eſt.

❡ Epilogat quecūq3 dicta ſunt: ⁊ p̊ per modū qōnis ⁊ ſolonis ⁊ ingt.Querere vo que p̄n^a ⁊ el'nta ſubarum ⁊ eoꝝ que ſunt ad aligd ⁊ q̄litatū:querere dico vtrū eadē vel diuerſa. Rn̄det palā q2 p̄n^a ſunt vniuſcuiuſq3 multipl'r dictoꝝ ⁊ nō eodē mō oium.hec eſt ſolo.hāc ſolonē declarat ⁊ recapitulat q trib^9 modis dici pn̄t eadē oium. p̊ pportiōe:qm̄ ſicut in ſuba ſunt tria:mā:forma: ⁊ p̊uatio.ſic ⁊ in quolibet p̄nto vident eſſe tria ita ſe hn̄tia. 2° reductiue:qm̄ p̄n^a ſube ſunt eadē oium:eo q2 ſine ſuba nullu3 eſt alioꝝ. 3° q2 actus ⁊ potentia ſūt p̄n^a vl'ia oium:eo q2 qōlibet p̄ntoꝝ diuiditur per actum ⁊ potentiā.Ad hoc ḡ dicit diuerſoꝝ vo: non eadem ſed altera pterq3 ſic ⁊ oium:exponit ſe.d.qūo ſic ⁊ oium ⁊ inquit.ſic aūt eadem aut eo q pportionant:q2 mā:ſpecies:p̊uatio:mouens ſunt pportione quedā in oib^9 p̄ntis.ponit 2^m modum.d.⁊ ſic ſubaꝝ cāe vt cāe oium:q2 oia deſtruunt deſtructis ſubſtantys.addit 3^m modū.d.Amplius q p̊^m actus ⁊ ſubaudi potentia.ḡ eadē ſunt p̄n^a oium tribus modis:vel q2 pportione:vel reductiue:vel vl'r.[ Sic altera.] Soluit.q.

dictū eſt eni qūo p̄n^a eade3 oium ſunt. ❡ Queret ḡ qs vtꝝ pn̄t dici eadem ꝯ̄ria oium.v.ḡ.forma ⁊ priuatio dicant eadem oium. ❡ Rn̄det ſic:quecūq3 ꝯ̄ria prima dicenda ſunt altera.⁊ exponit qūo.d.que nec vt gn̄a dicūt:quaſi dicat q nec genere dicenda ſunt eadē:nec vt multipl'r dicunt.i.nec ſunt dicēda equoca.⁊ adhuc materie eſſe debēt:q2 nec oiu3 eadē genere nec oium equoce.Sunt ergo tria p̄n^a oium pportione eadem ⁊ analogia.reſumit ergo totū dicens.que gdem igit p̄ncipia ſenſibilium:⁊ quot:⁊ qūo eadē:⁊ qūo altera:dictū eſt.Eſt ergo ſolutio qōnis ex toto ꝑſpicua.Et completus eſt ſermo de principys ſenſibilium entium.

❡ Cum queſiuit.] Hoc cōmētum eſt ꝑſpicuū:⁊ nihil cōtinet extra textum:⁊ expō eius eſt poſita in nr̄a expōne. Cō.28^m ❡ Sed circa finē huius.q.emergit difficultas.vī eni ex vbis phi ſumi q accn̄s nō ſit forma ſimplex:cuius oppoſitū dixit i x.° ⁊ ꝯn̄tia deducit:q2 vnūqōq3 componit ex ſuis p̄ncipys.ſed cuiuſlibet accn̄tis ſunt pp̄ria p̄n^a vt Ariſt.dicit.ergo qōlibet accn̄s eſt cōpoſitū.Amplius/in quolibet p̄dicamēto ſunt h̄ duo:actus ⁊ potentia:ḡ ſalte3 oē accn̄s componit ex aliquo actuali ⁊ potentiali:⁊ per ꝯn̄s nullū accn̄s erit ſimplex.Debes ſcire q accn̄s pōt capi dupl'r.vno mō in abſtracto ⁊ ſic nō eſt in genere quēadmodū nec humanitas eſt in genere. declaratum eſt eni in topicis q album eſt in genere non autem albedo.Alio modo pōt capi in ꝯcreto ⁊ ſic eſt in genere.Tunc debes ſcire 2° q oē qō eſt in genere eſt cōpoſitum ex genere ⁊ dr̄ia/⁊ per ꝯn̄s ex actu ⁊ potentia vel mā ⁊ forma.Sed hec eſt dr̄ia iter ſubas ⁊ accn̄tia q2 ſube cōponuntur ex pp̄rys p̄ncipys ſui generis.accn̄tia vo q2 ſunt diminuta componunt ex genere ſeu p̄n^o potētiali ſui gn̄is ⁊ p̄n^o actuali alterius gn̄is.p̄n^m gde3 potētiale eſt accn̄s cōe vt albi:coloratum.actuale vo eſt dr̄ia eius que ſumit a ſubſtantia.ſuba.n.eſt pp̄ria dr̄ia accn̄tis. ❡ Ad.q.ḡ dōm q in accidente pōt itelligi triplex compō.vna ex mā ⁊ forma:⁊ hec fit total'r ex p̄ncipys alterius gn̄is:vel ſaltem ex mā alteri^9 generis ⁊ forma eiuſdem.Alia eſt compō ex actu ⁊ potētia: ⁊ hec ſil'r:eo q2 actus eſt forma po^a mā.alia eſt compoſitio ex genere ⁊ dr̄ia:⁊ hec eſt ex genere gdē ſui p̄dicamēti. dr̄ia vo alterius.Ex his ſoluit ꝯ̄dictio.nam Ariſto. vult q accidens ſit forma ſimplex per excluſione3 cōpoſitionis ſui generis.hic vo dicit ipſum eſſe cōpoſitum ſaltem concretiue acceptum ⁊ per principia alterius generis.

Quonia3 aūt erant tres ſube:due quidem que phyſice:vna vo que imobilis:de hac dicendum eſt.Quia neceſſe eſt eſſe ſempiternam aliquā ſuba3 imobilem.nam ſube p̄me entiu3. Et ſi omnes corruptibiles:oīa corruptibilia:ſ3 impoſſibile motū aut fieri aut corrumpi. Semp eni erat: nec tp̄s: nec enim poſſibile prius ⁊ poſterius eſſe cum nō ſit tp̄s. ⁊ motus ergo ſic eſt continuus vt tp̄s:aut enim ide3 aut motionis eſt aliqua paſſio:motus aūt non eſt ꝯtinuus niſi qui ſm locum: ⁊ huiuſmodi qui circulo.

❡ Nunc de tertia ſubſtantia dicere pponit.Erant enim ſubſtantie tres:vtpote ſenſibilis corruptibilis vt aīalia ⁊ plante:ſenſibilis eterna vt corpus celeſte:de his dictum eſt mō. 3^a vo eſt inſenſibilis imobilis ſimpl'r ⁊ de hac dicendum. pponit ergo intentionem ⁊ ingt.Qm̄ autē erant tres ſube: due quidem que nāles: vtpote que corruptibilis ⁊ eterna. vna vo que imobilis.de hac 3^a dicēdum eſt.Et q2 omni tractatui ſupponēda ſunt quedam vt principia:pponit vnum quaſi p̄ncipium oium eoꝝ que dicent: ⁊ eſt q aliqua ſuba

UVA. BHSC. IyR_143_1

eſt ſempiterna τ imobilis.τ ħ(ingt) qꝛ neče eſt eſſe ſempi/
ternā aliquam ſubam.hec eſt p̄ma ps.[ imobilē.]hec eſt ſe/
cūda ps ſuppōnis.ꝓbat p̄mam ꝑtem ſylli ad impoſſibile
hoc mō.Deſtructis p̄mis p̄ncipiis reliqua oia principia de
ſtruunꝰ.ſed ſempiterne ſube ſunt p̄ncipia corruptibilium.
ergo deſtructis ſubſtātiis ſempiternis τ primis reliqua oia
deſtruunꝰ.accepit minorem τ inquit.nam ſube ſempiterne
ſunt p̄me τ p̄nª entium.Deinde addit ꝯcluſionē τ ingt.et ſi
oēs corruptibiles:oia corruptibilia.hec erat vis concluſio/
nis.deinde deſtruit ꝯcluſionem τ vult hr̄e oppoſitū maio/
ris:τ hoc ingt.Sed impoſſe eſt motum aut fieri aut corrum
pi:ſemꝑ enim erat.Amplius nec tp̄s pōt.ſ.corrumpi.quare
concluſio impoſſis eſt tum ꝓpter motū/tum ꝓpter tp̄s.pro
bat ſcōm τ ex ſcōo oñdit p̄mū τ ingt.nec eni poſſe eſt prius
τ poſterius eſſe q̄n non ſit tēpus ex hoc vult habere tēpꝰ
eſſe eternū.Et hoc ꝯcludit τ motū eſſe eternū τ ingt. τ mo/
tus ergo ſic eſt ꝯtinuus τ ſempiternus vt tp̄s.Cuius cauſam
ſubſcribit.d.nam tp̄s eſt aut idem motui:τ hoc ſm quoſdā
antiquos:aut tp̄s eſt aliqua paſſio motus.τ hec eſt pō Ariſ.
Sed qꝛ qs obiicere pōt de augumento aut de alteratione
quoꝝ nullus eſt ꝯtinuus.addit.motus aūt nō eſt ꝯtinuus.i.
ſempiternus niſi qui ſm locū.τ qꝛ non quilibet talium.ad/
dit.τ hꝰ eſt ſempiternus qui circulo.i.circularis.ex his vult
hr̄e impoſſibilitatē ꝯtinuationis:τ per ꝯñs vult hēre oppo
ſitum maioris.ſ.ꝙ ſint alique ſube ſempiterne.Et hec erat
ſuppoſitio noſtra ſaltem q̄ntum ad primam partem.

Cō.29m ¶ Per hoc qō.] Auerrois p̄ dicit in epilogo Ariſt.qd intelli/
gat per p̄nª ſubaꝝ ſenſibilium:τ vult ꝙ itelligat mām for/
mam:p̄uationē τ mouens.τ ꝙ ſunt tria vno mō:τ quatuor
alio mō vt diximus. 2º dicit ꝙ declaratū eſt q̄n ſunt eadē
τ q̄n non.nam ſunt eadem ꝓportione τ nō ſunt eadē ſim/
pliciter.[ Cōſiderandū aūt.] Mouet Auerroes qōnē vtꝝ
qñ Ariſt.loqtur de ſenſibili ſuba intelligat eternam τ corru
ptibilē vel corruptibilem tm̄.[ Alexander aūt.] ¶ Rñdet
Alexander ꝙ de vtraq̄ itelligit:ſenſibile enim eſt cōe eter/
no τ corruptibili.nam plāte τ aialia corruptibilia ſunt.τ cor
pora celeſtia eterna:τ vtreqȝ ſenſibiles ſūt ſube.[ In ſubſtā
tia eni.] Probat q̄tuor rōnibus ꝙ antea locutus ſit de eter/
na ſenſibili.p̄ qꝛ locutus eſt de q̄tuor p̄ncipiis: τ illa reperi/
unꝰ ſm ꝓportionem in eterna ſenſibili queādmodum τ in
corruptibili. 2º Ariſt.ponit diuiſionē in tres.ſ. τ dicit duas
eſſe nāles:τ ħ dat intelligere de his dixiſſe. 3º qꝛ dicit dōm
eſſe de eterna τ imobili.ḡ de aliis dixiſſe ſupponit alr̄ eſſet
diminutus. 4º qꝛ ſilr̄ fecit in p̄ iſtius libri.dixit eniȝ de dua
bus inſimul τ poſtmodum de imobili tm̄.Ex his q̄tuor vr̄
dicendum ꝙ Ariſt.loqtur de p̄nº ſube gñabili. talis aūt eſt
eterna inſenſibilis.dictū enim eſt duplicē eſſe ſubaȝ eternā
τ corruptibileȝ.τ ꝙ eter na eſt p̄nm corruptibilis. Et hec eſt
determinatio Auerrois. [ Sed qꝛ ſermo.] ¶ Soluit.q.cur
Ariſto.locutus ſit de vtraqȝ ſuba. ſatis enim eſſet loqui de
ſubſtātia eterna qꝛ corruptibilis eſt propria phico. Rñdet
qꝛ Ariſt.loqtur de ſuba ſimplr̄: ḡ hȝ loqui de mēbris eius.
ſunt aūt duo mēbra eiꝰ.ſ.eterna τ corruptibilis:ideo de am
babus loqtur.[ Et ideo diuiſit.] Cōcludit vnū corollarium.
Ex his ḡ pȝ librum hūc merito eſſe diuiſuȝ in duas ꝑtes.ſ.
in p̄mā vbi ꝑtractat de p̄ncipiis ſube gñabilis:que hȝ aliq̄
conuenientiam cū eterna. In 2ª loquiꝰ de ſubſtantiis eter/
nis τ p̄ncipiis eaꝝ.[ Sed qꝛ.] ¶ Mouet dubiuȝ.nam per
idem debuit loq de p̄nº ſube gñabili : non tm̄ ſupponendo
ſed determinādo τ demr̄ando.[ Sed tñ.] Rñdet ꝙ Ariſt.
fecit ſicut fecerūt hoies ſcribētes:qui ſemꝑ p̄accipiunt aliq̄
p̄ncipia tanq̄ ſuppōnes.Supponit ḡ ex phyſicis eſſe aliq̄
ſubam ſempiternā.deinde declarat que τ qualis hec per ꝑ/
poſitiones cōes vtriq̄ ſcie:reliquū cōmēti ꝑſpicuum eſt ꝑ
ſe.¶ Sed circa textum τ cōmētum obiicitꝰ:qꝛ videtꝰ ꝙ rō

phi de tꝑe nulla ſit:qꝛ ſupponit ante tp̄s eſſe prius. Diceret
enim aduerſarius tp̄s incipe per remotionē de p̄nti ħ mō
nunc nō eſt tp̄s τ imediate poſt hoc erit.τ ſic nō ſeqtur ante
tp̄s fuiſſe tp̄s. ¶ Sed certe hec ſolūo friuola eſt.nam Ariſt.
ſupponit duo. p̄ ꝙ tp̄s nō incipit eſſe per ſe:ſed ꝓpter aliqḋ
qḋ per ſe incipit eſſe.Et huius rō eſt:qꝛ tp̄s eſt accñs:τ nul/
lum accñs per ſe icipit eē per ſe:ſed ꝓpter ſui ſubm. 2º ſup
ponit:nihil incipe eſſe niſi ꝓpter gñationē:hoc enim ſuppo
nit ex ꝯſenſu oium qui de nā loquūꝰ τ per teſtimoniuȝ om/
nium ſenſuum.Ex his facile deduciꝰ ſi tp̄s incipit : tempus
prefuiſſe.nā ſi tp̄s incipit:aliqd incipit:ad cuius inceptionē
incipit tp̄s:τ hoc per p̄mū acceptū.τ oē qḋ incipit:incipit ꝑ
generationem:τ oēm generationeȝ preceſſit alteratio:τ ois
alteratio eſt in tꝑe.ḡ ante gñationem fuit aliqḋ prius τ per
ꝯñs añ tp̄s fuit tp̄s.Et hec eſt deductio Ariſt. Si vo tu fu/
gis ad creationē:Ari.nālis phs:qui vtiꝰ mediis ſenſatis:vel
eductis ex ſenſatis:negaret.imo nullus philoſophus hȝ po
nere illam:cū ſit qd ſupnāle.τ de his diximꝰ in libro deſtru
ctio deſtructionū.Tñ theologus q vtiꝰ lumine ſupnāli po/
net illam:τ nos teſtimonio theologico debemus ei credere.
ſecus eſt apud nālem:qui ſolum vtitur teſtimonio ſenſus.

AT vo ſi fuerit motiuum aut effecti/
uum:nō oꝑans aūt aliquid:non erit
motus. Cōtingit enim potentiā hñs
nō agere.nihil ergo prodeſt:nec ſi fa
ciamus ſubſtātias ſempiternas queādmoduȝ
qui ſpēs:ſi nō aliqua potens inerit principium
trāſmutare:nō ergo neqȝ ipā ſufficiēs neqȝ ali
qua ſubſtantia p̄ter ſpēs.nā ſi nō egerit:nō erit
motus. Adhuc aūt neqȝ ſi aget:ſubſtātia autē
ipſius potētia.nō eni erit motus ſempiternus.
Cōtingit enim potētia exñs:non eſſe.opȝ igiꝰ
principium eē tale cuius ſubſtātia actus. Am/
pliꝰ igr̄ tales opȝ eē ſubſtātias ſine mā. Sem/
piternas eni eē opȝ:ſiqdem τ aliqd ſempiter/
num:actu igitur q̄uis dubitatio. videtur eniȝ
agēs quidem oē poſſe:potēs vo nō oē agere:
quare prius eſſe potentiaȝ. At vo ſi hoc:nihil
erit entium:ꝯtingit enim qdem poſſe eē:nōdū
vo eſſe. τ etiā ſi vt dicūt theologi qui ex nocte
generāt:aut vt phyſici erant ſimul res oēs:di/
cunt idem impoſſe: q̄n enim mouebunꝰ ſi nō
fuerat actu cā.nō enim mā ipſa ſeipſam moue
bit:ſed tectonica nec mēſtrua:nec terra:ſed ſe/
mina τ genitura. ꝑꝑ qḋ faciūt qdē ſemꝑ actuȝ
vt Leucippus τ Plato. Semꝑ eni dicūt eſſe
motū:ħ quare τ quē:nō dicūt.nec ſi.nec cām.
Nihil enim vt ꝯtingit moueꝰ.ſed opȝ aliquid
ſemꝑ exiſtere.queādmodū nunc nā qdem ſic.
vi vo aut ab intellectu aut alio ſic:deinde qua
lis prior:differt enim imenſum quodcūq̄.

¶ Nūc ꝓbat ſcōaȝ ꝑtē ſuppōnis.ſ.ꝙ talis ſuba ſempiterna
ſit imobilis hoc eſt imālis τ ſimplex.τ p̄ ſupponit vnum ꝙ
ſ.ſit aliqua ſuba ſemꝑ actu:hoc eſt aliq̄ ſuba cuiꝰ eſſentia ſit
actus a quo ſemꝑ oꝑatio eueniat.vtiꝰ aūt ad hoc hypothe/
tico ſyllō ſic:ſi agens motū ſit motiuū aut effectiuum potē/
tia:nō operans aūt aliqd:nō erit motus.ꝯñs eſt ipoſſibile:

UVA. BHSC. IyR_143_1

ergo ⁊ añs.opʒ ğ aliqđ eſſe agens motū ꝑ eēntiam ⁊ B igr.
At ꝟo ſi fuerit.ſ.oē mouens motiuū aut effectiuū.non oper-
rans aūt aliqđ:nō erit motus.ꝓbat hāc hypotheticā.d.con-
tingit eni potentiā hñs non agere.nā potentiā hñs eſt poľe.
poľe ꝟo eſt ꝯtingēs.Cōtingēs aūt vt in ꝑi hermenias ⁊ prio
rib⁹ dixit:eſt vel qđ eſt ⁊ pōt nō eſſe:vel qđ nō eſt ⁊ pōt eē.
ğ potentiā hñs pōt nō agere ſi agit vel pōt agere ſi nō agit:
⁊ ſic ꝑſpicua eſt hypo^ca.ꝙ ſiqs deſtruat ꝯñs poteſt dare op
poſitum añtis ⁊ eſt ꝓpoſitū.[ Nihil ergo.] Ex dictis remo-
uet poſitionē Platonis de ideis ⁊ Pythagoricoꝝ de mathe
maticis.nam iſti ponūt hec tanq̄ ꝑncipia gnōnis.mō oſten
dit hec nō eſſe ꝑn^a motus:⁊ ꝑ ꝯñs ſupfluūt.⁊ hoc dicit.nihil
ergo ꝓdeſt nec ſi facimus ſubās ſempiternas:queēadmodū
qui ſpēs ponūt vt Platonici.dico nihil prodeſt niſi aliqđ ſit
ꝑn^m potēs trāſmutare.mō ſupponit nullum eaꝝ eſſe ꝑn^m ta
le potens trāſmutare.⁊ hoc nō ꝓbat ſed relinquit notum ex
hoc:qꝛ Plato poſuit ſpēs vľia nō vľe non eſt ꝑn^m actionis:
qꝛ oē agens eſt ſingulare:⁊ ꝓpterea ꝯcludit ꝯtra Platonē
⁊ ꝯtra Pythagoram ſimul.d.nō ergo neqʒ ipa eſt ſufficiēs:
neqʒ alia ſubā ꝑter ſpēs vt mathematica.nam ſi nulla eaꝝ
egerit:nō erit motus.modo pʒ nullam eaꝝ agere: qꝛ nulla
eaꝝ eſt ſingulare:qđ eſſe poſſit ꝑn^m actionis. [ Adhuc aūt.]
Dedit duo ⁊ ꝙ ad ſempiternū motuʒ nō ſufficit agens eſſe
potens mouere ſed eſſe actu mouens.⁊ ꝙ idē ⁊ mathemati
ca nihil ꝓſunt ad motū:mō vult dare tria.ſ.ꝙ talis ſubſtan
tia agens ꝭm ſui eſſentiam ⁊ ſubām ſit actus.Debes ꝟo ſci-
re ꝙ aliqđ dr̃ per eſſentiam actus qñ ei nihil potētie ⁊ ꝯtin-
gentie admiſcet̃.Id ꝟo dr̃ ꝑticipatione actus qñ ſue eēntie
admiſcet̃ potentia aliqua ꝯtingens.⁊ ꝓpterea oſtēdit Ariſ.
ſubām ſempiternam que mouet motu ſempiterno nihil ha
bere potētie dicit.Adhuc aūt neqʒ ſi aget.ſ.ſemꝑ.ei⁹ tñ ſuba
ſit potentia.⁊ hoc ꝓbat dicens . nō enim erit motus ſempi-
ternus.hoc ꝓbat per definitionē poľis ⁊ hoc inqt.ꝯtingit.n.
potentia exiſtens nō eſſe.nā poľe eſt vel qđ eſt ⁊ pōt nō eē:
vel qđ non eſt ⁊ pōt eē.Ex his ꝯcludit̃ 3^m ꝓpoſitoꝝ ⁊ inqt.
Opʒ igitur ꝑn^m eſſe tale cuius ſuba eſt actus.⁊ ſic tria dedit
nūc:⁊ ꝙ ad ſempiternū motum nō ſufficiat agens eſſe potē
tia tale.⁊ ꝙ idee ⁊ mathematica nō ꝓſunt:⁊ ꝙ agens motū
ſempiternuʒ dʒ eſſe per eſſentiā actus.[ Amplius.] ¶ His
declaratis declarat ſcđam ꝑtem ſuppōnis.ſ.ꝙ aliq̄ ſubſtan
tia ſit imālis ſimplex ⁊ imobilis. ⁊ ꝑmo proponit ꝯnem.d.
Amplius igit̃ tales.ſ.ſubās per eſſentiā actus: opʒ eſſe ſine
mā hoc ē ſimplices ⁊ imobiles: hoc oñdit hypothetice ſic:
ſi aliquid aliud vtpote motus ⁊ tp̄s ſit ſempiternū:opʒ eſſe
ſubſtantias ſine mā ſempiternas.Vult hīc añtis pōnem ⁊
ꝯſequētis ēt inqt.ſempiternas eni eſſe opʒ ſubaudi ſimpli-
ces ⁊ abſqʒ mā.ſiqđem ⁊ aliqđ aliud ſempiternū ⁊ ꝓpterea
ꝯcludit ꝓpoſitum.Igit̃ actu ⁊ ſimplices ⁊ imāles. Expoſi-
tor hic fingit rationes Ariſt.eſſe ex ſuppōne.ſ. ꝙ motus ſit
eternus . ⁊ hanc ſuppōnem aliquo modo declarauit hic ex
eternitate tꝑis.Vult ipſe breuiter ꝙ rō Ariſt.nulla ſit vt vi
ſum eſt ſupra.⁊ ꝓpterea fingit ipſe ꝙ pōt ꝓbari ꝯcluſio ea-
dem Ariſt.ex ꝓductione.nam ſi aliqđ producit̃ opʒ eſſe ꝓ-
ducens.⁊ tunc querit̃ an tale ſit factum vel eternuʒ.⁊ ſi eter
num:erit ꝓpoſitum.⁊ ſi factum:adhuc erit aliud ꝓducens:
⁊ cum non ſit ꝓceſſus in īfinituʒ ſtabit̃ ad ꝓducens in pro-
ductum:⁊ ſimplex ⁊ imobile vt dicit Ariſto. ¶ Sed pace
tanti viri vr̃ mihi ꝙ ablata via motus eterni:nulla ſubſtan
tia pōt ꝓbari eſſe ſempiterna ſimplex:qꝛ ſiue accipitur via
expoſitoris ſiue cuiuſuis ſemꝑ preſupponit̃ non eſſe ꝓcedē
dum in īfinitum.⁊ ſic oīs rō erit ex ſuppōne:modo aduerſa
rius ſuppoſitum tale negabit.dicet enim nihil ꝓhibere pro-
cedi in infinitum . Et quomodo pōt improbari niſi ſuppo-
nendo motum eſſe eternum: Et ꝓpterea bene dicit Auerro
es ꝙ omnes alie vie preter viam motus eterni ſunt dialecti
ce:⁊ nō demonſtratiue:qꝛ oēs ſunt ex ſuppoſitione ꝓbabili
⁊ nō per ſe nota.ꝓpterea ſuppoſita eternitate mot⁹ ſequun-
tur qnqʒ declarata.ſ.ꝙ aliqua eſt ſubſtantia eterna.Ampli⁹
ſeqtur eſſe aliqđ mouens ſemꝑ actu.Adhuc ſeqtur eē aliqđ
mouens ſemꝑ cuius entia eſt actus.Rurſuʒ ſeqtur tale mo
uens eſſe ſimplex ⁊ nullo mō miſtum cum mā. Ultimo ſe-
quit̃ ideas ⁊ mathematica non ꝓdeſſe ad motus ꝑpetuita-
tem.oia ergo hec qnqʒ per ordinem ꝓbata ſunt ex vna ſola
ſuppōne:⁊ hoc exclamat Auerroes in mľtis locis.⁊ hec qn-
que ſūt in ꝑſenti loco declarata.[ Quāuis dubitatio.] ¶ Ad
dicta mouet qōnem quā ⁊ in 9° tetigit.ſ.vtrū actus ſit prior
potentia:vel econuerſo potentia ſit prior actu.Eſt autē rō-
nabilis hec queſtio duplici de cauſa.ꝑmo qꝛ poſuit aliquā
ſubſtantiam ſempiternā ſemꝑ mouentem ⁊ actū.⁊ ſic vr̃ ꝙ
ꝑma ſubſtantia dʒ eſſe actus:⁊ ꝓpterea petit an actus ſit ꝑ-
or potentia:vel econuerſo potentia ſit prior actu. 2° qꝛ ex ſe
eſt hec queſtio rōnabilis in hoc loco:qm̄ ex ſoľone hui⁹ ſcie-
mus ꝑmas ſubſtantias eſſe puras ſimplices ⁊ non miſtas
potentie.oſtendit aūt ꝑmo potentiam eſſe priorem actu:qꝛ
prior ꝭm ꝯñtiam:⁊ hoc inqt.Quāuis dubitatio.videt̃ enim
agens qđem oē poſſe.potens ꝟo nō oē agere.quare vr̃ pri⁹
eſſe potentiam actu.[ At ꝟo.] ¶ Ad oppoſitū arguit ⁊ oſtē
dit ꝑmas ſubſtantias eſſe actu ⁊ non potentia hoc argumē-
to.6.nam ſi in prima entia vel ꝑme ſubſtantie ſunt potētia.
ergo de facto ꝯtingit ipſas aliqñ non eſſe:⁊ hoc ex definitio
ne ꝯtingentis ſeu poſſibilis.⁊ cuʒ oia dependeant ab eis:cō
tingit nihil eſſe.⁊ hoc inqt.At ꝟo ſi hoc:nihil erit entium.nā
ꝯtingit qđem poſſe eſſe:nōdum ꝟo eſſe:⁊ hoc per definitio
nem poſſibilis.ſi ergo ꝑma entia nō ſunt: cauſata ab eis nō
erunt.⁊ ſic ipſis nō entibus nihil erit.[ Et etiam.] ¶ Remo
uet vnam rñſionem antiquoꝝ.nam qđam antiquoꝝ ꝯceſſe
runt ꝯñs ⁊ ꝯñtiam . qđam nāqʒ dixerunt oia qñqʒ eē nihil:
ꝓpterea qꝛ ex nocte ⁊ priuatione ſimpľr oia generant . aliȷ
ꝟo dixerunt omnia eſſe nihil:⁊ preeſſe in quodam chaos:⁊
ſic conſequens tale non eſt inconueniens.dicit ergo non eē
inconueniens. ¶ Contra arguit ⁊ inquit.⁊ etiam ſi vt dicūt
Theologi qui ex nocte.i.ꝑuatione : ſimpľr generant.aut vt
phici erant ſimul res omnes dicunt idem impoſſibile qūo
enim mouebunt̃ hec.ſ.ex ſe ſi non fuerat actu cauſa aliqua.
ergo opʒ actum preeſſe a quo talia moueant̃. ⁊ hoc declarat
d.non enim mā ipſa ſeipſam mouebit:vtpote lignum non
pōt ſe mouere ad formā artis:ſed ipſa tectonica que eſt ars
⁊ actus.nec menſtrua materia mouebit ſe ad formam em-
brionis.nec terra ad formam plantarū.ſed ſemina ad plan
tas:⁊ genitura ad embriones illas mās mouebunt. Ex his
perſpicuum qualr̃ opʒ oīno preeſſe actum:ſi debeant poſſi
bilia reduci ad actuʒ.[ Propter qđ faciunt.] Approbat ſuā
poſitionem auctoritate antiquoꝝ ⁊ inquit:ꝑꝑ qđ faciunt qi-
dem ſemꝑ actum vt Leucippus ⁊ Plato.nam ſemꝑ eē mo
tum dicunt.⁊ ſic apud hos opʒ dicere actū eſſe ſemꝑ: ⁊ per
ꝯñs ipſum ꝑcedere potentiam.[ Sed q̄re.] Quia approba
uit auctoritatem hoꝝ:oſtendit in quo ēt ipſi defecerunt:ne
qs credat eū oīno illis aſſenſiſſe ⁊ inquit . Sed quare ⁊ quē
an.ſ.localē vel alios non dicunt nec ſic.ſ.certe determinant
nec cām.⁊ hanc enitit̃ explicare.d.nihil enim vt ꝯtingit.i.a
caſu ⁊ abſqʒ cā mouet̃.ſed opʒ aliqđ ſemꝑ exiſtere.⁊ ponit
exēpla.d.queēadmodum nūc:nā qđem ſic:vi ꝟo aut intelle
ctu aut alio vtpote arte ſic. 2° obȷcit eis q̄ſtum ad aliud di
cens.deide qualis prior ſubaudi nō dicunt an ſit prior vio-
lentus motus vel nālis.Differt enim multum quodcūqʒ di
catur ab alio.⁊ ſic perſpicuum qualiter ipſi ꝭm vnam par-
tem bene:ꝭm aliam partem male dixerunt.
¶ Dixit Alexander.] Hoc cōmentum totuʒ eſt ꝑſpicuum ⁊ Cō.30^m.
parū aut nihil dicit extra textum.Sʒ volo notare vnū ver-
bum Alexādri ibi.[ Alexāder aūt dixit.] ¶ Qꝛ ad motum

UVA. BHSC. IyR_143_1

eternum requiruntur tria. primum ꝙ agens neceſſario agat ita ꝙ ipſo ablato auferatur ⁊ motus. 2ᵐ eſt ꝙ mouenti nihil admiſceatur potentie: vt in textu declarauimus. 3ᵐ eſt ꝙ mobile cuius eſt: ⁊ motus talis ſit eternum ⁊ nobiliſſimū. cuius cauſam dicit. nam tale corpus dz moueri ꝓꝑ deſideriū: ⁊ nō ꝓꝑ deſiderium rei vilis ⁊ corruptibilis ſed ꝓꝑ ipſummet. ergo dz eſſe eternum ⁊ nobile. ¶ Sz dices ꝯ: qm̄ infra dicetur ꝙ corpora celeſtia mouentur ꝓꝑ nos. Ideo intellige ꝟbum ꝙ corpora celeſtia mouentur ꝑ ꝓꝑ ſe: ⁊ ſcdario ꝓꝑ nos. nec incōuenit finem ſcdario eſſe vilē: ⁊ viliorē eis que ordinantur in finē. ¶ Sed circa textū ⁊ cōmentū dubitatio emergit non pauca. dictuz eſt enim ꝙ motor ſempiternus dz eſſe actus purus: ⁊ nihil habere potens. Sz hoc vr̄ falſum: qr ſi ſic oēs itelligētie eēnt prime ſube: qm̄ nulla eſt liberata a potentia ꝑter p̄mā: vt cōmē. 5°. ⁊ 14° tertij de aia diximus. Et ſic oēs eſſent eque p̄me: ⁊ nulla dependeret ex altera: cuius oppoſitū ſentit Auerrois infra. ⁊ Auerroes cōmē. 44°. 2° vr̄ ꝙ ois itelligētia ſit cōpoſita ex mā ⁊ forma: qm̄ quelibet eſt idiuidua ⁊ vna nuō: ⁊ qōlibet indiuiduū ⁊ vnum nūero hz mām: vt 3° de aia. cōmen 5°. ergo quelibet itelligētia hz mām. nulla ergo eſt ſimplex. ¶ Circa hanc qōnem p̄ eſt ſciēdum ꝙ oēs volunt Ariſ. hec qnqz attribuiſſe p̄mo motori: ita ꝙ volūt ꝙ primus motor ſit ſempiternus: ⁊ ꝙ ſit ſemꝑ actu: ⁊ ꝙ non ſit idea vl̄is: ⁊ ꝙ ſit per eſſentiā actus: ⁊ ꝙ ſit imiſtus: ⁊ ꝙ non loquatur de reliquis. ⁊ hec vr̄ pō Joānis in p̄nti. 12. ⁊ ſuꝑ hoc rn̄det ad qōnē. ¶ Sz pace eoꝝ vr̄ mihi ꝙ pō Ariſ. ſit vl̄is: qr eſt ex motu eterno. modo nō tm̄ p̄mus motor mouet motu eterno: ſed oēs. ⁊ ꝓpterea ꝓbatio videtur eſſe vl̄is oibus: lz ſit cōfuſus ſm̄o eius: qr nōdum declarauit motoꝝ pluralitatem. ¶ Debes ergo ſcire ꝙ apud ph̄os mā ſumitur tripl̄r. vno modo pro potētia tranſmutationis ad eſſe ⁊ non eſſe. 2° mō pro potentia motus ad motū ⁊ quietē: que dicitur mā ad vbi. 3° pro imꝑfectione: ⁊ ſic ois imꝑfectio dr̄ mā reſpectu ꝑfecti. de his ſatis habes ꝟba Auerrois in multis locis. Tunc dicendum p̄mo vl̄r ꝙ nulla itelligentiaꝝ eſt miſta materie vel p̄mo vl̄ ſecundo mō: ⁊ hoc declarauit Ari. in litera. Qm̄ ſi ſuba ſemper mouens eſſet potentia paſſiua primo vel ſcdo mō: tūc cum illa ſit potentia ꝯtingentis: poſſet eſſe abſqz actu: ⁊ tu diſcurre per dicta in textu. Dicenduz 2° ꝙ ſola prima eſt liberata a mā tertio mō. ſed cur: ⁊ ꝓpter qd: ex textu nō accipitur. pōt tm̄ accipi ex eo qr p̄ma. nam vl̄r actus eſt prior potentia qūocunqz accepta. ⁊ ergo qr prima ſuba eſt oibus prior: ideo eſt oino liberata a potentia. Debes ſcire ꝙ aliq (vt recitat Joānes) voluerunt qͣlibet intelligentiaz eſſe in genere: ⁊ ꝓpterea dixerunt quālibet intelligentiam cōponi ex genere ⁊ dr̄ia. ¶ Sed ꝯ arguit Joānes. nam ſi quelibet itelligentia eēt ſic compoſita: quelibet eſſet corruptibilis. ⁊ hoc deducit: qr differentia vna eſt oppoſita alteri: ⁊ oppoſita habent fieri circa idem: vt x° huius dictū eſt. quare ſi omnis intelligentia ſit ſic compoſita: quelibet eſſet corruptibilis ⁊ variabilis. Sed reuera hec ꝓbatio non demonſtrat: qr lz oppoſita habeant fieri circa idem: tm̄ dr̄ie non ſunt ꝓprie oppoſita de qbus loqtur Ariſt. loqtur enim ipſe in oppoſitis circa ſubm ⁊ non circa genus. Aliter ergo declaratur illa ꝯn̄tia apud Auerroem 2° celi cōmen. 49°. nam apud Auerroem genus vel eſt materia vel ſumitur a re hn̄te mām. ſ. potentia māe: ⁊ ꝓpterea omne cōpoſituz ex genere ⁊ dr̄ia eſt compoſitū ex mā ⁊ forma apud ipſum: nō ꝙ genus ſit mā: ſed ſumitur a potentia māe: nec dr̄ia eſt forma ſed ſumitur a forma vltima. ⁊ tu vide cōmentum nr̄m in illo loco.

At vero nec platonicis poſſibile dicere quod eſtimant aliquando principium eſſe id quod ipſum ſeipſum mouet. poſterius enim ⁊ ſimul cuz celo anima vt ait.

¶ Platonici vr̄ forte Xenocrates enitebantur dare cauſam motus eterni. voluit enim cām motus eterni eſſe aiam mūdi: vt in Timeo vr̄ dicere Plato. ¶ Cōtra hoc obijcit Ar. nam vr̄ hec rō irrōnabilis: qr cā dz p̄cedere effectuz. modo aia mundi vr̄ poſterior motu: qr apud ipm ipſa eſt facta ſil̄ cū celo: qd factum fuit poſt motū iordinatum. ⁊ ſic volētes dare cām veri aſſignant falſam cām. Jnqt. At vero neqꝫ Platonicis fuit poſſibile dicere qd eſtimant qdam. vz. aliqn̄ p̄ncipium eſſe id qd ipſum ſeipſuz mouet qd in Timeo vocat aiam mundi: cuius cām breuem ſubſcribit. d. nam poſterius ⁊ ſimul cum celo eſt aia vt ait: mō nō vr̄ poſterius eſſe cām prioris. Debes ſcire ꝙ qdam Platonici enituntur rn̄dere pro Platone. nam dicūt motū eſſe duplicē. ſ. iordinatū ⁊ ordinatum. dicunt ergo aiam mundi eſſe cām motus ordinati: ⁊ talis motus fuit poſt celi ⁊ aie eſſe. ⁊ hoc velle vr̄ Boetius in 3° libro de conſolatione metro. 9. dicit enim.

Tu triplicis mediam nature cuncta mouentem
Connectens animam per conſona membra reſoluis
Que cum ſecta duos motum glomerauit in orbes
In ſemet reditura meat: mentemqꝫ profundaz
Circuit: ⁊ ſimili conuertit imagine celi.

¶ Jn his verſibus vides quo pacto mūdi aia motus inordinati cauſa non exiſtit ſed ordinati tm̄. Et hoc pacto viri iſti Platonem enituntur defendere. Sed que ſit Platonis poſitio non hic diſputare volo: eſſet enim tranſgreſſio. Sed hec rn̄ſio nulla eſt. p̄mo qr vel motus ordinatus ⁊ inordinatus ſunt vnum in ſubto vel differunt: ⁊ ſi differunt tunc neuter erit perpetuus: cuius oppoſitum Plato intendit. Et ſi ſint vnus motus: tunc erit eius vna cauſa: ⁊ ſic vr̄ anima mundi cauſa amborum. ⁊ hoc Ariſt. impugnauit.

Potentiam quidem igitur exiſtimare priorem actu: eſt quidem vt bene: eſt autem vt non. dictum eſt autem quo modo. qd autem actus prius: teſtatur Anaxagoras. Jntellectus enim actus. ⁊ Empedocles amicitiam ⁊ litem: ⁊ ſemper dicentes motum eſſe vt Leucippus. Quare nō fuit infinito tempore chaos aut nox: ſed eadez ſemper aut reditione: aut aliter ſiquidem eſt prior actus potentia. Cō. 31ᵐ. ꝑſpicuum eſt.

¶ Quia induxit argumenta pro qualibet parte qōnis: nunc ſoluit eam ⁊ remittit eam ad 9ᵐ huius. dicit potentiaz qdē igitur eſtimare priorem actu: eſt qdem vt bn̄: eſt aūt vt non. Nam actus ſimpl̄r prior eſt potentia. ſed potentia in vno ⁊ eodem prior eſt actu. ⁊ hoc ſubſcribit. d. dictum eſt aūt quo mō. ſ. in 9° metaphyſice. Deinde vr̄ ꝯfirmare ſolutionem ꝑ auctoritatem antiquoꝝ. ⁊ inqt. qd aūt actus prius: teſtatur Anaxagoras. nam itellectus eſt actus: ⁊ hūc dicit eſſe p̄muz ſimpliciter: ⁊ teſtatur Empedocles dicens amicitiam ⁊ litem eſſe prima ſimpl̄r: que ſunt actus ēt: ⁊ teſtantur dicētes ſemꝑ motum eſſe vt Leucippus. Ex his oibus teſtimonijs vr̄ verum eſſe actum ſimpl̄r eſſe priorē potentia. [Quare non.] Nunc qͣſi ex dictis ꝯcludit errorem antiquoꝝ: qui dicūt vel chaos tpe eterno p̄cedere vel noctē. Et hoc qr eſtimant potentiam precedere actū ſimpl̄r. Jnqt. Quare non fuit ifinito tpe chaos aut nox. ⁊ hoc ſi actus prior eſt potentia ſimpl̄r. addit autem qūo concedi pōt iſtud. d. Sed eadem ſemper erunt dupl̄r: vel reditione hoc eſt ſm̄ ſpēm: non enim corruptum reddi poteſt niſi ſm̄ ſpēm. aut aliter hoc eſt ſm̄ numeꝝ ⁊ hoc ſm̄ Anaxagoram: qui ponit formas ab eterno preceſſiſſe in chaos. deinde iterum redire eaſdem numero in chaos

UVA. BHSC. IyR_143_1

in chaos ⁊ non differre niſi quantū ad modū. dico hec eſſe
impoſſibilia ⁊ falſa: ſiquidem prior eſt actus potentia.
Cō. $32^{m}$ ¶ Cum declarauit.] Probat primo Auerroes in hoc cōmen
to tribus rōnibꝰ ꝙ actus ſit prior potentia q̄ colligi poſſunt
ex 9° huius. pͥma/ qa potētia extrahit̄ ab actu vel ab haben
te actū: ⁊ oē extrahēs eſt pͥus eo qđ extrahit̄. 2°/ qa tūc potē
tia moueret ſe. nam accipio illam in illo priori tpe ⁊ cū in il
lo tēpore priori nō ſit actꝰ: igit̄ ipſa mouebit ſe. 3° ꝓbat idē
auctoritatibꝰ antiquoꝝ. ſ. Anaxagore Leucippi: ⁊ Empedo
clis ⁊ res eſt perſpicua. Tu vero vide in 9° buiꝰ argumēta ad
hāc qōnē. 2° verificat qūo ꝯcedi pōt eadē ſemp eē ⁊ veri
ficat altero modoꝝ: qa vel ſm ſpēm ⁊ hoc pacto intelligit̄
in miſtis: vel ſm partem: ⁊ hoc verificat in elementis. nam
apud ipſum elemētū nūꝙ totum corrūpit̄: ſed ſm ꝑtem: ⁊
propterea redit ſm partē, ⁊ ſic triplex eſt ꝑpetuum apud
Auer. vel ſm totū: ⁊ ſm ꝑtē vt corꝑa celeſtia: vel ſm totum
⁊ nō ſm partē vt elemēta: vel neꝙ ſm totū: neꝙ ſm ꝑtē:
ſed ſm ſpēm vt miſta. 3° oſtendit ſolutionē. q. ⁊ eſt ꝙ actus
ſimplr ⁊ abſolute p̄cedit potētiam: ſed potētia p̄cedit actū
ſm numerum/ hoc eſt in vno ⁊ eodē. deinde oſtēdit quedā
conuerti: ⁊ ſunt ſi quedā entiū permanēt in ſpecie vt miſta
⁊ quedam in numero vt corꝑa celeſtia: ⁊ que permanēt nu
mero ſunt cā ꝑmanētiū ſpē: nec̄e eſt potētiā eē priorē actu
in eodem ⁊ ecōuerſo actū ꝑorē potētia ſimplr. Ait 2° ꝙ ecō
uerſo. vꝫ. actus ſimplr eſt ꝑor potētia ſimplr ⁊ potētia ꝑor
actu in vno ⁊ eodē. g̊ quedā ꝑmanētia numero ſunt cauſe
quorūdam ꝑmanētiū ſpe. Sed debes ſcire ꝙ potētia dicit̄
prior actu in vno ⁊ eodē: qm̄ potentia plus denoiat rē gñā
lem. ⁊ poſtea actus. v. g. Socrates gñandus pͥus dr̄ poᵃ fie
ri ⁊ poſtea actu genitus. Actus vero dicit̄ ſimplr p̄cedere po
tentiā qm̄ ineſt alicui priori. Ineſt enim pͥmo motori qui eſt
prior eo cui ineſt potentia. Ex his cōcludit̄ ꝯuerſio Auer. hꝫ
enim conuertuntur. Sempiternum in numero eſt cā ſem
piterni in ſpecie. g̊ actus ſimpliciter eſt prior potentia: quia
actus ineſt priori ⁊ ecōuerſo in eodē potentia eſt prior actu:
qa denominat rem generabilē prius ⁊ ſequit̄ ꝯuerſum actꝰ
ſimplr eſt prior potētia. ergo ſempiternum eſt cauſa rei ge
nerabilis: que quidem eſt ſempiterna in ſpecie.

Si igitur idem eſt ſemper ⁊ circulari
ter: neceſſe eſt vt agat ſic per ſe: ⁊ ſic
per alterum. Celum igitur primum
eternum.

¶ Textus iſte eſt extra codicem grecum. Et credo fuiſſe ex
tra in margine libri ⁊ quaſi gloſſa. ⁊ propterea non expono:
patet etiam per ſe.

Cō. $33^{m}$. ¶ Dixit Alexander.] Hic Auerroes de mente Alexandri fa
cit multa enthymemata pro declaratione textus: quoꝝ pri
mum eſt. Si generatio eſt ſemper: eſt neceſſe aliquid ſemꝑ
generari: ⁊ hoc eſt corpus quod circulariter mouetur. ꝯñtia
eſt ꝑſpicua: qm̄ generatio eſt motus: ⁊ in oi motu opꝫ ītelli
gere mobile. ꝯñs etiā pꝫ quoniā motus celi eſt ſemꝑ gene
ratio partis noue: nā eſt admixtus potētie ⁊ in celo ſemper
aliquid corrūpit̄: vtpote reuolutio vna ⁊ alia generatur. vl
forte ꝯñs dꝫ legi actiue hoc modo. g̊ eſt neceſſe aliqd ſemꝑ
generare: ⁊ ſic proculdubio celum eſt: qa ſemꝑ generat qꝛ ſi
non in polo nr̄o: ſaltē alibi. $2^{m}$ enthymema: ſi nulla vna ge
neratio eſt ſemꝑ neꝙ vlla vna corruptio ⁊ mā non conſu
matur: tunc duo debēt eē. ſ. generans ⁊ corrumpēs que ſunt
diuerſa: vel ſaltem eſt neceſſe eſſe vnū ⁊ idē in ſubiecto cor
rumpēs ⁊ gñans: diuerſis tamē diſpōnibꝰ. $3^{m}$ enthymema
eſt: ſi nulla vna generatio/ neꝙ vlla vna corruptio eſt per
petua: ſed in ſpecie: neceſſe eſt aliquod eternum eē qđ ſit cā
vnius actiōis eterne: ⁊ eſſe aliquod eternū quod agat duas
actiones diuerſas. ſ. nunc generationem nunc corruptionē.
Et ꝯñtia tenet per ſe qꝛ ois actio eget agēte. hec ſunt tria en
thymemata ſatis nota. [Et hec eſt.] ¶ Nūc declarat hec. pͥ
quid ſit agens vnam actionem ſemꝑ. ſecundo quid agēs di
uerſas actiones. ¶ Ad primā vult ꝙ primum mobile con
currat quod mouetur motu diurno: quo etiā motu reliqua
mouentur motu raptus. primum enim mobile fuit vt con
tinuam faciat generationem ⁊ nūꝙ eā deficere. ¶ Ad $2^{m}$
fuit orbis ſtellatus in q̄ eſt zodiacus ſeu orbis decliuis ſub
quo diſcurrit ſol econtrario motui primi ⁊ planete oēs lꝫ
ſol ſit maximus. nam ſol remotus ⁊ propinquus facit con
traria. nā remotus eſt cā corruptionis plurium entiū: lꝫ ēt
generet plura. nam eſt cā corruptionis in parte noſtra ⁊ ge
nerationis in parte meridionali. Similiter quādo fuerit ꝓ
pinquus zenith capitū noſtrorum: erit cauſa generationis
plurium hic ⁊ cā corruptionis pluriū illic. applicat autem
ſentētiā verbis ⁊ ſermo perſpicuus. ¶ Debes ſcire pro oibꝰ
his ꝙ generatio ⁊ corruptio ⁊ ſunt ſemper ⁊ nō ſunt ſemꝑ:
vel ſi magis logice velimus loqui: ſemper eſt gñatio ⁊ cor
ruptio ⁊ nulla vna generatio ⁊ corruptio eſt ſemper. Inꙗ
tū quidē ſemꝑ eſt generatio ⁊ corruptio: fuit neceſſe eē pri
mū mobile qđ motu vno ⁊ ſimplici mouet̄: ſiue iſtud ſit no
nū celū apud quoſdā aſtrologos: aut octauū apud Ariſtote
lem: vel decimū apđ alios. Inquantum vero nulla generatio
vel corruptio eſt ſemper: fuit neceſſariū mobile motu obli
quo. ſ. octauus orbis: ſub quo peragrent ſol ⁊ luna ceteriꝙ
omnes planete: ad hoc vt acceſſu generationē receſſu cor
ruptionem faciāt: maxime autem ſol: vt dicit.

Si itaꝙ periodo ſemper opꝫ aliquid
manere: ſemper ſimilr agēs. Si autē
debeat fore gñatio ⁊ corruptio: aliud
oportet agēs eſſe aliter ⁊ aliter. neceſ
ſe eſt. igitur quidē ſic ſm ſe agere. ſic ſm aliđ.
aut ergo ſm alterū aut ſm primū: neceſſe igit̄
ſm hoc. rurſus enim ipſi ⁊ cauſa illi. dignius g̊
primum. etenim cauſa erat illud ipſius ſemper
ſimiliter. ipſius aūt aliter alteꝝ. eius aūt quod
eſt ſemꝑ aliter: palam qm̄ ambo. ergo ⁊ ſi ſic ſe
hꝫ motus: qđ ergo alia opꝫ querere principia.
Qm̄ aūt ita contingit: ⁊ ſi nō ſit ex nocte: erunt
ſimul oia ⁊ ex nō ente: ſoluent̄ vtiꝙ hec: ⁊ eſt
aliquid ſemper motū motu iceſſabili. hic autē:
qui circulo. ⁊ hoc nō ſolū rōne ſed opere palā.
Quare ſempiternū erit vtiꝙ primū celū.

¶ Omnes expoſitores conuenere: nunc Ariſtotelem ꝓbare
agētis perpetuitatē ex generatiōis perpetuitate: ⁊ nō tm̄ hꝫ
imo ex generationis perpetuitate ⁊ eius alteritate declara
bitur duo agētia eē: quoꝝ vnū vniforme eſt: alterū diffor
me depēdens ab illo primo. Debes vero ſcire ꝙ generatio ⁊
eſt ꝑpetua ⁊ eſt aliquo mō altera. ꝑpetua qdē ꝑ quāto nū
ꙗ deficit: aliquo modo altera: qa nūc hic eſt generatio ⁊ ali
bi corruptio: nunc hoc generatur ⁊ illud corrumpitur: nunc
econuerſo. g̊ duo ſunt in gñatione ſimplr ꝑpetuitas ⁊ alte
ritas: que etiam ꝑpetua eſt. Ex his duobus repertis in gene
ratione Ariſtoteles dat duo agētia: quoꝝ vnum eſt vnifor
me: ⁊ hoc eſt cā perpetuitatis ſimplr. alterū eſt difforme ⁊
eſt cā alteritatis gñationis. ⁊ hoc $2^{m}$ dependet a pͥma virtu
te. pͥmum agēs apud Ariſtotelē eſt pͥmū mobile qđ mouet̄
motu ſimplici ⁊ ex ſe vniformiter ſemper ab oriente ad oc
cidens: iterū redeundo ad oriens. ⁊ hic motus eſt diurnus
⁊ apud aſtronomos eſt cōmunis omnibꝰ ſtellis ſaltē ratu.
Quod enim mouetur hoc motu impetu ſuo (vt ita loquar.)



UVA. BHSC. IyR_143_1

Trabit ſecum oẽs alios orbes ſub ipſo ꝯtẽtos.2m ꝟo mobi
le eſt çodiacus qui eſt circulus qdẽ interſecans eqnoctialez
ad angulos ſpherales.poli autẽ huius declinant a polis eq
noctialis.Sub iſto çodiaco decurrunt ſeptẽ planete ꝛ ma
xime ſol ꝯ̃rio primi.hic enim incipit ab occidente ad oriẽs
rediẽs iteruz ad occidẽs.lz nõ pari tpe planete iſtũ ꝑagrẽt:
de quo in libris aſtrologoꝛuz relinquat̃.hic ergo motus ſo
lis ꝛ planetaruz ſub iſto çodiaco cã eſt alteritatis gñõnis.ſ.
ꝙ nunc ſit hic gñatio alibi corruptio nũc econuerſo.ꝛ h̃ dic̃
Ariſtoteles.Si itaqꝫ redditione vtpote ſm ſpẽm: ſemper
oportet aliquid manere:ſemꝑ ſilr̃ agens opꝫ manere.Ecce
q̃uo ꝛ ꝑpetuitate gñationis abſolute hꝫ perpetuitatẽ agen
tis abſolute.Quoniã effect9 nõ eſt abſqꝫ cã:nec mot9 abſqꝫ
agẽte.hoc ergo eſt ꝑ̃mũ enthymema.[Si aũt.]Nũc ex al
teritate generationis ꝛ corruptionis concludit agẽs.2m.ſ.ali
ter ſe habẽs ꝛ videtur facere 2m enthymema.inquit.ſi autẽ
debeat fore altera ſemꝑ generatio ꝛ corruptio aliud a ꝑ̃mo
opꝫ agẽs eẽ ſe habẽs aliter atqꝫ aliter.¶ Dubitatur contra
primum enthymema:vr̃ eniz ꝙ ex ꝑpetuitate gñatiõis nõ
ſequitur ꝑpetuitas ꝑ̃mi motus.nam ex ꝑpetuitate gñatiõis
videt̃ argui ꝑpetuitas gñabilis modo celũ ꝑ̃mũ nõ eſt ge
nerabile.¶ Ad hoc dõm/ꝙ ex perpetuitate gñationis ar
guit Ariſtoteles ꝑpetuitatẽ agẽtis ꝛ non ſubiecti:ad perpe
tuitatẽ accidẽtis requiritur ꝑpetuitas agẽtis ꝛ ſubiecti.mõ
agẽs huius non põt eẽ aliquod vnũ numero gñabile quan
do nullum tale ſit perpetuum:nec oĩa gñabilia que ſunt vel
poſſunt eẽ:qm̃ hec nõ ſunt actu ſimul.opꝫ autẽ agẽs ſimul
eẽ eum effectu.ergo ꝑ viã diuiſionis opꝫ eẽ aliquod vnifor
me ſemꝑ manẽs:tale autẽ eſt ꝑ̃mũ celuz.¶ Ad rõnẽ pꝫ ſo
lutio.nã ex gñatione ꝑpetua:non tm̃ arguitur agẽs ꝑpetuũ
ſed gñabile ꝑpetuum:qð eſt ꝑ̃ma mã.Ariſtoteles autẽ non
loquit̃ nũc de mã ſed de agẽte.[Neceſſe eſt igit̃.]¶ Mo
uet dubitationẽ circa 2m enthymema.dictuz eſt eniz ꝙ opꝫ
eẽ aliquod agens quod aliter ꝛ aliter ſe habeat: vtpote ço
diacus:mouet g̊ circa hoc q̃ſtionem ꝛ ſupponit ꝑ̃mo ꝙ tale
agẽs aliter ſe habẽs agat virtute ꝓpria ꝛ propter alterum.
nã virtute ꝓpria agit alteritatẽ.ꝓpter alterũ agit ꝑpetuita
tem.hoc ergo ſuppoſito querit vtrũ tale agẽs aliter ſe hñs
ex quo agit aliquo modo virtute alteri9:agit virtute primi
celi vel virtute alterius a ꝑ̊ celo qcqd ſit illud.Dicit neceſ
ſe eſt igit̃ qdẽ ſic ſm ſe agere:vtpote ꝓpria virtute inq̃tuz
agit alteritatẽ.ſic ſm aliũ.hoc eſt inquãtuz agit ꝑpetuitatẽ.
hec eſt ſuppoſitio quaſi ex dictis ſequẽs.¶ Tũc querit aut
ergo ſm alterũ a ꝑ̊mo celo agit ꝑpetuitatẽ aut ſm ꝑ̊mũ.ſcꝫ
celum.hec eſt qð.[Neceſſe eſt igit̃.]Cui rñdet breuiter di
cens.neceſſe eſt igitur ſm hoc.i.ꝑ̊muz celum.Cuius cãz bre
uiter ſubdit.rurſum enim ipſi.ſ.agenti aliter ſe habẽti.ꝛ illi:
ſcꝫ ꝑpetue gñationi eſt cã.eſt ergo ſolutio ꝙ agens aliter ſe
habẽtis inquãtũ agit ꝑpetuitatẽ gñationis agit virtute ꝑ̃mi
celi:qð non tm̃ eſt cã ꝑpetuitatis gñationis:ſed ẽt illi9 agen
tis aliter ſe habẽtis.¶ Sꝫ dubitat̃.vr̃ enim ꝑ̃mum agens
non eẽ cãm ſcðĩ agẽtis:qm̃ primũ agẽs eſt ꝑ̃mũ celũ.ſcðm
agẽs eſt vel celũ 2m:vtpote octauũ vel çodiacus:vel ſeptẽ
planete:quoꝝ ꝑ̃nceps eſt Sol.Mõ conſtat ꝑ̃mũ celũ nul
loꝝ hoꝝ eẽ cãm.Dici põt ꝙ forte eſt cã oĩum hoꝝ quo ad
motũ principalr̃ ꝛ ſcðario quo ad ſubam.vel forte eſt cau
ſa rõne ꝑtis formalis:vtpote primi motoris a quo oĩa de
pẽdẽt.Tu ꝟo cõſidera qꝛ poſtea explicabimus.[Dignius
ergo.]q̃ſi ꝑ viã corollarij cõcludit ordinẽ hoꝝ.d.g̊ primũ:
ſcꝫ agẽs vniforme eſt dignius 2o agente difformi.Subſcri
bit cãm ꝛ debes ſcire ꝙ tria ſunt in gñabilibus.ſ.ꝑpetuitas
gñationum:alteritas reciproca gñationis ꝛ corruptionis:ꝛ
perpetua alteritas reciproce gñationis ꝛ corruptionis.per
petuitatis gñationis quidẽ cauſa eſt primũ mobile vnifor
me:alteritatis ꝟo reciproce:agẽs aliter ſe habẽs.ꝑpetuita
tis alteritatis:reciproce aũt vtrũqꝫ.ſ.vniforme ꝛ difforme
d.eteni cã erat illud.ſ.ꝑ̃mũ ipſi9 ſemꝑ ſilr̃.ipſius aũt aliter:
cã eſt alterũ:vtpote 2m agẽs.Eius aũt qð eſt ſemper aliter:
ambo palã.ſ.agẽs ꝑ̃m ꝛ 2m.[Quoniã ergo.]¶ Soluit ꝛ re
mouet nũc poſitiones antiquoꝛuz ꝛ maxĩe Platonis.Pla
to enim ſaluans hec tria ponebat ideas.Ariſtoteles ergo ar
guit hec ſuꝑfluere.Quoniã ad hec tria ſatis ſunt.ꝑ̃mũ agẽs
ſeorſum.ꝛ 2m ſeorſum:ꝛ ambo ſimul.inquit.Quoniaz g̊ ꝛ ſi
ſic ſe habẽt motus.ſ.iſti quos diximus.qd g̊ opꝫ alia q̃rere
principia:vtpote ideas vel alia.Ego legi illã ꝑticulã cũ cũ
ſequẽti particula.vꝫ.cum illa ꝑticula.g̊ lꝫ alij legãt cum ꝑ
cedẽti:lꝫ eſt totum bonum.[Qm̃ autẽ.]approbat hec ꝑ ar
gumẽtum ad ĩpoſſibile ꝛ dicit:ꝛ ſi nõ ſic:tunc ex nocte erũt
vt Theologi:ꝛ ex ſimul omnib9/hoc eſt ex chaos vt alij:ꝛ
ex nõ ente vt alij.modo hec nõ ꝑñt ſolui niſi ponendo fun
damẽta dicta.ꝛ hoc ſubſcribit.d.ſoluẽtur vtiqꝫ hec ꝛ eſt ali
quid ſemꝑ motuz motu ĩceſſabili.q.d.per dicta noſtra hec
duo bona habebimus.ꝙ ſoluent̃ hec ꝛ dabit̃ aliqd ſemper
motuz motu inceſſabili:ꝛ ne accidat q̃ſtioni exponit hoc.d.
hic autez.ſ.motus inteſtabilis eſt qui circulo.¶ Amplius/
idẽ confirmat dicẽs:ꝛ hoc nõ rõne ſolũ:que nũc dicta ẽ:ſed
oꝑe hoc eſt ſenſu ꝑſpicuum.Declarauit enim ipſe ꝑ̃mo celi
hoc ꝑ ſenſum.hoc mõ qa ꝑ memoriã omniũz inuicẽ tradi
tã:quibus omnibus adijcit ꝯ̊nẽ.d.quare ſempiternum erit
vtiqꝫ ꝑ̃mũ celũ.hec g̊ eſt ꝯcluſio ꝛ hec ſunt argumenta Ari
ſtotelis breuiter reſumpta hic.alibi tñ diffuſe recitata.

¶ Per hoc quod dixit.]Que dicit Auerroes hic perſpicua Cõ.34.
ſunt oĩbus ꝛ ex litera patẽt.Debes tñ ſcire apud ipꝫ ꝙ Ari
ſtoteles per motum vel agens aliter ſe habẽs intelligit mo
tum oĩum planetarũ.nã Ariſtoteles tm̃ duos motus perce
pit in corporibus celeſtibus.ſ.motuz cõem q diurnũ eſt qa
ex ipſo dies ſumitur.ꝛ qm̃ ipſo oẽs mouent̃ cõtra ſucceſſio
nẽ ſignorum ſaltẽ impetu vel propẽſione illius primi.Co
gnouit ẽt motuz planetarũ huic ꝯ̃riũ.ſ.ſm ſucceſſionem ſi
gnoꝝ.hoc enim motu oẽs planete mouent̃ aliq tardi9 aliq
velocius:vt dicunt aſtronomi.Reliquos autem mot9 quos
addiderunt noui aſtronomi:non cognouit Ariſtoteles.non
enim erant tempore eius famoſi.Naz Pythagoras q plus
viſus eſt perfectus non plus ꝑcepit:nec Eudoxus:nec Ca
lippus qui erant precipui in hac arte tempore Ariſtotelis.
Ptolemeus aũt multos alios motus addidit quos enume
rat in libro Almageſti ꝛ ꝑcepit plures orbes:de qb9 ſuo lo
co dicemus.¶ Amplius/nouit Ariſtoteles inter planetas
maximum eẽ ſolẽ.Et ꝙ reliq parũ vel nihil agant.ꝛ Pto
lemeus in quatripartito dixit duos eẽ maximos.Solẽ.ſ.vt
virum.Lunam ꝟo tãqꝫ vxorẽ.ꝓpter qð iuncta domicilia
habuerũt.nã Sol leonẽ.Luna ꝟo cãcrũ domicilia tenent.
Sol qdẽ oriẽtalis diurnus ꝛ maſculinus.Luna ꝟo ecõuer
ſo occidẽtalis nocturna ꝛ feminina.Et ſic Ariſ.ꝛ Auerroes
volunt ſolem eſſe datorem vite atqꝫ annorum eo quia ipſe
eſt princeps omnium:a quo emanat calor:qui cuncta viui
ficat.Aſtronomi aũt alij:vt Julius Firmicus maternus in
libro ſue matheſeos:videt̃ velle datorem vite nõ eẽ ſolem
ſemꝑ:ſed dñm geniture.Eſt autẽ dñs geniture planeta qui
eſt dñs ſigni ſequẽtis ſignum Lune geniture tẽpore.ꝟ.g.ſi
Luna geniture tẽpore ipſius Socratis ſit in Ariete:ſequẽs
ſignuz eſt Taurus ꝛ huius domina Venus exiſtit:hec dña
geniture erit:ꝛ hec eſt ꝑ̃ncipalis datrix annoꝝ.Vult tñ So
lẽ ꝛ Lunã eẽ participes valde ꝛ tu vide eũ.Alij aũt fere oẽs
vt Halirodoã/Hebenragel/Habraamus:ꝛ multi alij opi
nantur datorem annoꝝ atqꝫ vite eſſe Alcocoden.i.viruz et
hylegẽ.i.vxorẽ.qð q̃liter cõtingat.vide eos.volũt tñ Solẽ
addere ſilr̃ ꝛ Lunã.ꝛ ſic participẽ ſolẽ faciunt.qd aũt velit
Ptolemeus:non ſatis habet̃.Tu ꝟo hec relinque.nã nr̃m
tranſcẽdunt ꝓpoſitũ:nec habent cauſam naturalem.

Eſt

UVA. BHSC. IyR_143_1

**E**St igiť aliqd ⁊ qȯ mouet. Quoniaꝫ autem qȯ moueť. ⁊ mouens mediũ. Igitur eſt aliqd qȯ nõ motũ. mouet ſempiternũ ⁊ ſuba ⁊ actus exñs.

¶ Hunc textum expoſitores hñt corruptũ tñ directi ⁊ coacti a veritate bene ⁊ ſubtiliter dicũt ⁊ certe contenti eſſe debemus in ꝟbis eoꝝ. nam medullã tetigerũt: ⁊ ideo nimirũ ſi ille bonus Thomas primus expoſitoꝝ habeať: relig eni non ſunt digni expoſitores appellari. nec curaſſem exponere verba Ariſtotelis ipſo exponẽte. nã nec melius nec veriꝰ dici poteſt. Sꝫ ꝑꝑ nõnulla ꝟba que ipſe male tranſlata habebat: cogoꝛ exponere hec. lꝫ bonus vir veritate ⁊ doctrina compulſus raro aut nunq̃ꝫ erret: ⁊ vtinam oẽs latini laboraſſent circa textum: ſicut ipſe fecit. forte enim nõ occupati eſſent in quibuſdaꝫ captiunculis ⁊ puerilibus q̃onibꝰ. ſicut ⁊ nõ fere tota vniuerſitas occupatur. ¶ Ad rem ergo veniendo Ariſtoteles p̊ cõcludit ꝯnem que ex dictis haberi poteſt. 2° loco cõcludit imobilitatẽ p̊mi mouẽtis cõtra Platonem. Et tu debes ſcire ꝙ Plato ⁊ Ariſtoteles differũt ⁊ cõueniunt. Conueniunt quideꝫ qm̃ ambo ex eoꝝ p̃ncipijs coguntť ponere agẽs q̃dã qȯ mouet hec: differũt ꝟo qm̃ Ariſtoteles ponit tale eſſe p̊mũ ⁊ imobile. Plato ꝟo ponit ipꝫ primũ ⁊ ſeipſum mouẽs: ⁊ ſic ponit ipſum motũ ⁊ mouẽs. primo g̊ Ariſtoteles dat p̊mũ in quo cũ Platone cõuenit. ⁊ inquit. Eſt igitur aliqd ⁊ qȯ mouet. Sequitur aũt iſtud ꝯñs ex dictis. nam accepit hic eſſe gñationẽ ꝑpetuã ⁊ corruptionem perpetuã. Et ex his dedit agens tale ⁊ mouens. [Qm̃ autẽ.] Nunc addit illud in quo differt a Platone ⁊ vtiť enthymemate hoc mõ: ſunt duo. ſ. motũ tm̃ ⁊ mediũ mouens ⁊ motum. g̊ eſt tertiũ. ſ. mouẽs tm̃. ingt. Qm̃ aũt eſt qȯ mouetur ⁊ eſt medium mouens. ⁊ etiam ſubaudi motum. ergo eſt aliquid quod non motum mouet explicat quale. d. ſempiternum ⁊ ſubſtantia ⁊ exiſtens actus. Sed cur valeat enthymema iſtud: dicemus in cõmento.

Cõ.35m. ¶ Dicit Alexander.] Primo proponit intẽtuꝫ ⁊ excuſat Ariſtotelem. dicit ergo p̊mo ꝙ Ariſtoteles intendit probare eẽ aliquod primũ imobile: ⁊ hoc rõne breui qm̃ diffuſe eſt dicta in. 8. auſcultatiõis phyſice ⁊ hic eſt rememorata. [Et eſt fundata.] ¶ Componit nunc rationẽ textus de mente propria hoc mõ. omne compoſituꝫ ex duobus quoꝝ alteꝝ per ſe eſſe poteſt: poſſibile eſt vt alteꝝ per ſe ſit. Mediũ eſt cõpoſitum ex moto ⁊ mouẽte: ⁊ motũ pȯt eẽ ꝑ ſe. ergo eſt mouens per ſe: ita ꝙ nullo mõ motum: maioꝛ eſt ꝑſpicua vna cõditione. vꝫ. ꝙ compoſitio illa nõ ſit ex ſubiecto ⁊ accidẽte: nã hoc caſu ſtante regula nõ tenet: ⁊ maioꝛ tunc pꝫ exemplo de hydromelle: qȯ eſt cõpoſitio ex aq̃ ⁊ melle: ⁊ ideo qꝛ mel eſſe pȯt per ſe: ⁊ aqua etiaꝫ: ſic eſſe poterit. Ecce ꝙ ſm Alexandrum vna ſola cõditio requiriť. ſ. ꝙ nõ ſit tale compoſitum ex ſubſtãtia ⁊ accidẽte: in oibꝰ alia regula eſt vl'is: ⁊ propterea concludit tale mouens eſſe mouens tm̃: ⁊ nullo mõ potentia paſſiua ad motũ: ⁊ in nulla mã exiſtẽs. Cõcludit ſcdo eſſe tria apud intellectum. ſ. motũ vltimũ. mouens primum ⁊ mediũ. ſ. qȯ moueť ⁊ mouet. ergo opꝫ vt p̊mum nullo mõ moueať: nec mediũ dici pȯt primũ ſi mouebiť. hꝫ eſt prima deductio. [Aut ſi dicamus.] ¶ Hec eſt ſecũda deductio ⁊ ſic componiť. omne cõpoſitũ ex duobus oppoſitis eſt tale ꝙ ſi vnum illoꝝ inueniť per ſe: ⁊ reliquum inueniri neceſſe eſt. Sed medium cõponať ex oppoſitis. ſ. mouente ⁊ moto ⁊ inuenitur motuꝫ per ſe. ergo ⁊ mouens. dicit ſcdo ꝙ hec maioꝛ nulla eget conditione niſi ꝙ compoſitio ſit ex oppoſitis extremis. Eget dico nulla niſi forte cõditiõe Alexandri ꝙ vnum oppoſitum non accidat reliquo. hec eſt 2a deductio. [Potes enim dicere.] ¶ Ex his deducit enthymema dupliciter. vno mõ ſic. ſi medium ⁊ reliquum extremum ſint. ergo ⁊ 3m. vt ſi motuꝫ ⁊ medium ſint. ergo ⁊ mouens. 2° modo ſic/ſi extrema ambo ⁊ medium ſunt. g̊ vnuꝫ extremorum non erit medium. hoc eſt ſi mouens ⁊ motuꝫ ⁊ medium ſint. ergo ſi motuꝫ eſt mobile tm̃ ⁊ non mouẽs. ergo mouens erit ⁊ nullo modo motum ⁊ quomodocunqꝫ exponatur perſpicuuꝫ p̊mũ motoꝛẽ eſſe ⁊ nullo modo motum. Affert auteꝫ ſignuꝫ ꝙ hec 2a expoſitio ſit melioꝛ p̊ma. qm̃ in verbis eius ſumit mediũ. mõ mediuꝫ non datur niſi reſpectu extremoꝝ. ⁊ propterea ſi vnũ extremoꝝ a medio ſeparatur ⁊ reliquum neceſſe eſt preſcindi ⁊ ſeparari ⁊ reliquum cõmenti ꝑſpicuũ. ¶ Sꝫ circa dicta dubitať. ⁊ p̊mo contra p̊mã deductionẽ. nã mã ⁊ forma ⁊ compoſituꝫ ſunt tria. ergo ſi forma pȯt eẽ abſqꝫ mã: ⁊ mã abſq̃ꝫ forma. hoc autẽ eſt falſum. g̊ p̊ma nulla eſt. ¶ Amplius/ſi valet arguo ſic. aliqȯ eſt intellectum nõ ĩtelligẽs vt lapis: ⁊ aliqȯ intelligens intellectum vt hõ. g̊ aliqȯ intelligens non intellectuꝫ. hoc auteꝫ falſum eſt. ſcda expoſitio falſa eſt. Qm̃ vel ipẽ intelligit in vere oppoſitis ⁊ hoc falſum eſt: nam mouẽs ⁊ motum nõ ſunt vere oppoſita. Si de oppoſitis cõmuniter: tũc datur inſtantia de mã ⁊ forma: ⁊ de intellectu ⁊ intelligente: ⁊ intelligibili. Quidam occaſione hoꝝ rõnẽ hanc dicunt eẽ male intellectam. videtur eniꝫ Ariſtoteles ſupponere duo. Primum ꝙ magis dependet motũ a mouente q̃ꝫ econuerſo ⁊ hoc cuilibet eſt ꝑſpicuuꝫ. Aliud eſt ꝙ ſi que magis dependẽt poſſunt eẽ per ſe: ⁊ que minus: poterunt etiã: ⁊ ſic rõ valet. ⁊ in textu capitur. arguit enim ſi eſt qȯ mouetur tm̃: ⁊ qȯ moueť ⁊ mouet. g̊ per locuꝫ a maioꝛi erit qȯ mouet tm̃. Et certe hec deductio eſt plus conſona litere ⁊ ſecurioꝛ ⁊ ad eam minoꝛa ſequunť. Sed ad obiecta illa pro Auerroe rñdetur ſicut ipſemet Auerroes reſpondet in. 8. auſcultatiõis phyſice cõmento. 37. ꝙ maioꝛ debet intelligi in ſubſtantijs 2° oppoſitis eo mõ quo oppoſitio poteſt reꝑiri in illis. 3° intelligit per ſe exiſtẽtibus. ⁊ ſic Ariſtoteles preſupponit tria quorum vnũ eſt ꝙ mouens mobile ⁊ medium ſint ſube. 2° ſupponit ꝙ ſint oppoſite aliquo mõ. 3° ſupponit ꝙ ſint per ſe exiſtentes. hec enim tria pȯt qs colligere ex declaratis. ⁊ tunc nõ componiť quecũqꝫ ſube ſimul miſte ꝑ ſe exiſtẽtes oppoſite ſi in medio eſſe poſſunt: ⁊ per ſe eſſe poſſunt. Cui adde minoꝛem. ⁊ ſumitur ꝯcl'o. Et hoc mõ pȯt intelligi illa prima deductio: nec cures dictũ eius qñ dicit ꝟbũ hoc nulla alia egere conditione niſi ꝙ ſit mediũ ex extremis oppoſitis. loquitur eniꝫ bono ſenſu. ⁊ ſic tolliť inſtantia de mã ⁊ forma: qm̃ neutra eſt exiſtens in actu. tollitur etiam de itelligibili ⁊ intelligente ⁊ inter hec medio. Quoniã hec nõ habent rõnem oppoſitoꝝ ꝓprie nec cõiter. poſſent hic enumerari omnes demonſtrationes Ariſtotelis ⁊ recentioꝛum ad probandam imobilitatem primi: ſed breuitatis cauſa relinquo. Debes ſcire ꝙ concluſio textus non tm̃ eſt p̃ſentis enthymematis: ſed eſt oium dictoꝛuꝫ: ⁊ propterea plus ſumit in cõſequente q̃ꝫ acceperit in antecedente: vt vides.

**M**Ouet aũt ſicut appetibile ⁊ intelligibile mouet nõ motũ. hoꝝ prima hec. Cõcupiſcibile quidẽ enim ipſum apparens bonũ. voluntabile aũt ipſum primũ exiſtens bonũ: appetimus aũt qꝛ videť magis q̃ꝫ videť qꝛ appetitus. principiũ eſt eni intelligentia. Intellectus autem ab intelligibili mouetur quod quidem eſt in re.

¶ His expeditis in vl'i: nunc quaſi primuꝫ vult declarare. ⁊ oſtendit quo pacto ſe habeat ad reliqua. poteſt litera continuari ad proximũ verbũ. nã Ariſtoteles ꝓprie declarauit eſſe p̊mum mouẽs tm̃. ⁊ nullo mõ motuꝫ. ꝓpea opus eſt hꝫ altius repetere ⁊ q̃uo. ſ. p̊mum mouet nõ motũ. ⁊ hec eſt cõ



UVA. BHSC. IyR_143_1

tinuatio ⁊ intentio:nec Ariſtoteles facit nouum principium
hic ⁊ placet expoſitori.Sed iſte locus cum primo ꝯtinuari
debet.naz qd ipſe acceperit pͥmũ eſſe mouens tm̃:opus eſt
hoc altius repetere.Debes ergo ſcire ꝙ triplex eſt mouẽs:
qõdaz qõ alterius grã ſolũ agit vt mouens nãle:ſicut ignis.
Quoddã eſt qõ mouet:qm̃ grã eius cũcta moueat:vt finis:
⁊ quoddã eſt qõ mouet alteriꝰ grã ⁊ eius grã multa moueat
vt corpus celeſte.Ex his accipit̃.ꝙ ſolum finis eſt mouens
tm̃:⁊ nullo modo motus.qa igit̃ ꝓxime accepit pͥmum eſſe
mouens tm̃.videtur cõſequi ipſuz nõ mouere:niſi vt finis:
ergo opus eſt declarare qualiter finis mouet:⁊ hoc dclarat
nunc:⁊ dicit̃.mouet autẽ ſubaudi finis pͥmus ſicut appetibi
le ⁊ intelligibile.nam finis habz rõnez appetibilis ⁊ habet
rõnem intelligibilis.appetibilis quidem enim inquantum
bonum qõdam.Intelligibile ṽo:inquantũ ens ⁊ verũ.pro
pterea dicit.mouet autẽ ſicut appetibile ⁊ intelligibile mo
uet nõ motum.hoꝝ.ſ.que mouent ⁊ que mouent̃ pͥma ſunt
hec.ſ.appetibile ⁊ ĩtelligibile.qꝛ dz̃ pͥmum mouere vt appe
tibile:⁊ appetibile eſt duplex.ſ.ſenſu ⁊ volũtate:declarat q̃
appetibilitate primum moueat.⁊ inquit.Concupiſcibile q
dẽ.n.ipſum apparens bonum eſt.voluntabile autem ipſuz
pͥmũ exiſtens bonũ.ergo differentia eſt ꝙ appetibile ſenſu
apparet bonuz:appetibile volũtate exiſtit bonũ:⁊ hec phs
dicit etiam.6.ethicoꝝ.modo ſubſcribit quo appetitu pͥmuz
nos appetamus.⁊ inquit.appetimus aũt ſubaudi pͥmuz qa
videt̃ bonum ⁊ eſt.magis q̃z videt̃ qa appetimus.q.d.nos
appetimus appetitu rõnali eo qa ipſum appetimus qꝛ vi
detur ⁊ eſt bonum:⁊ non videt̃ ⁊ eſt bonuz qa appetimus.
Ecce ꝙ appetitꝰ noſter dependet a bonitate eius ⁊ nõ eius
bonitas a noſtra voluntate.Cuius cauſam ſubſcribit.d.naz
illius appetitus eſt principium intelligentie.intellectus aũt
ab intelligibili mouetur qõ quidez eſt in re:⁊ propterea eſt
bonum in re.Ecce igitur quo pacto pͥmũ mouet in motũ.nã
mouet vt finis ⁊ hoc mouere eſt mouere vt mouet intelligi
bile ⁊ appetibile:⁊ dico appetibile rationaliter ⁊ non ꝑ con
cupiſcentiam.Expoſitor hunc locum non potuit recte expo
nere quia textus eſt male tranſlatus vt vides:tamen ſentẽ
tia ſua poſſet tolerari ⁊ ſatis textui conſonare. Ego ṽo legi
textum in greco et apud me ſic videtur exponendus.

Cõ.36m. Auerrois ordo, ¶ Et videtur primũ.] Auerrois videtur hanc literaz facere
illatiuã.Itaqz videt̃ velle ꝙ litera p̃cedẽs ſit ſicut añcedẽs
⁊ preſens ſicut ꝯñs.hoc modo ſi pͥmũ mouens mouet tm̃ ⁊
nullo mõ mouet̃:neqz ꝑ ſe vt corpora phyſica:neqz ꝑ acci
dẽs:vt aĩa que eſt in corpore phyſico:neceſſe vt iſte motor
primus moueat vt intellectũ ⁊ affectatũ mouẽt nos.hãc cõ
ſequẽtiã Auerrois nõ deducit:qm̃ poſtea patebit.nam ſola
hec duo.vz.appetibile ⁊ intelligibile mouẽt non mota:qm̃
ſunt vt finis qui mouet tm̃.Addit 2° huic tale corollariuz:
quare actio.ſ.totius vniuerſi videt̃ eẽ bonum:quoniam di
rigitur in finẽ optimum.hec expoſitio Auerrois ẽt certe eſt
ſtudioſa:ſed lr̃e grece non conſonat.naz in greco ponit̃ vna
aduerſatiua que ſcribitur de/⁊ ſic non videtur corollaria hͤ
litera:ſed potius explanatoria.[Et quia modi.] Dictuz eſt
primũ mouere vt intelligibile ⁊ appetibile:ꝓpterea oſten
dit quõ ⁊ vtitur enthymemate tali appetibile ſenſu ⁊ appe
tibile ratione apud nos differũt:qa ꝯriant̃.vt.6.ethicorum
maxime declarat̃.nam appetitus ſenſitiuus diſtat de pſe
cutione.rõnalis ṽo de fuga.g° in corporibus celeſtibꝰ:idem
eſt ſimpl'r appetibile ⁊ intelligibile.q.d.nullo modo eſt ibi
differẽtia inter appetibilia:qa oẽ appetibile eſt in illis rõ
nale.tenet ꝯſequẽtia:qm̃ in corporibus celeſtibꝰ non eſt di
ſcordia.g° in illis omne appetibile eſt ĩtelligibile ⁊ rationa
le.[Deſideratũ enim.] ¶ Ponit ꝓbationez antecedẽtis ex
hoc quia appetibile ſenſibile eſt reſpectu potẽtie ſenſitiue:
appetibile ṽo intelligibile eſt reſpectu potentie intellecti
ue.ergo differũt qa nõ ſub vna ⁊ eadem potentia cõtinent̃.
[Corpora igit̃.] ¶ Probat idẽ 2a rõne ſic/corpora celeſtia
carent ſenſu.ergo oẽ appetibile in eis eſt per intellectuz tm̃
⁊ rationale:añcedẽs ꝓbat:qꝛ ſenſus nõ dat̃ aĩalibus niſi pp
ſalutem hoc eſt vt euitent incõmoda vite:vt dicit Auerro.
2° celi cõmento.37.naz cũ corpora celeſtia ſint perfecta nõ
poſſunt eis accidere incõmoda cõtraria vite:⁊ ꝑ ꝯñs ſenſus
eſſent eis ocioſi:⁊ ſic perſpicuuz in corporibus celeſtibꝰ eſſe
appetibile ſolum rõnale ⁊ intelligibile ⁊ ecõuerſo.intelligi
bile eſſe appetibile:⁊ ſic pz quõ voluptuoſuz ⁊ intellectiuũ
ſunt idem in eis.[Et ex hoc.] ¶ Duo dat corollaria ĩſimul.
Primũ ꝙ corpora celeſtia ſint animata.Scdz ꝙ aĩatio eſt
equiuoca qa nõ hñt de virtutibꝰ aĩe niſi ſolũ ĩtellectũ ⁊ vo
luntatem per quã mouent̃ in loco.hec duo corollaria ex di
ctis ſic poſſunt cõduci qa quecũqz mouentur ꝓpter appeti
bile qõ eſt idem qõ intelligibile ſimpl'r ſunt aĩata ⁊ nõ ha
bent niſi intellectum ⁊ volũtatẽ.hec maior ꝑſpicua eſt.mi
nor in litera eſt declarata.ſ.ꝙ corpora celeſtia mouent̃ pro
pter appetibile qõ eſt ſimpl'r intelligibile ⁊ quo ſunt ea co
rollaria que diximus.[Et hoc.] ¶ Declarat pͥm ⁊ 2m corolla
riuz inſimul paulo altius ⁊ per dicta Ariſtotelis alibi.pͥmo
ſic.omne cuius mouẽs in nulla eſt mã eſt aĩatuz animatio
ne equiuoce dicta vt ſupra.ſed corpora celeſtia mouentur ꝑ
motorẽ nõ exiſtentẽ in mã ⁊ ſeparatũ.ergo ſunt aĩata equi
uoce.[Amplius.] ¶ Scdõ idẽ ꝓbat̃ ſic quecũqz mouentur
per formam que eſt intellectus:ſunt aĩata equoca aĩatione
ſed corpora celeſtia mouentur per formã que eſt ĩtellectus
per dicta in libro de aĩa.g° aĩata ⁊c.[Et eſt mouens.] ¶ 3m
corollarium eſt ꝙ motor corpoꝝ celeſtiuz mouet dupl'r.vt
agens ⁊ vt finis.[Hec autez.] ¶ Declarat iſtum 3m corolla
rium paulo altius.⁊ pͥmo ꝓponit cãm quare nos nõ ſumus
agens ⁊ finis motus:⁊ videtur p̃ciſe dare hanc cauſam quia
mãles ſumus.nam res extra aĩam habz duplex eẽ in aĩa ⁊
extra animaz.⁊ ꝓpterea duo ſibi cõpetunt modi cauſarum
qa inquantũ res eſt in aĩa concepta mouet vt agens:inquã
tum ṽo eſt extra aĩam:mouet vt finis:exemplũ eſt de bal
neo:nam balneũ duplicem hz formã.vnã intentionalẽ qua
concipimus balneuz in re:⁊ alterã realẽ per quã balneũ eſt
balneum.ꝫm pͥmã mouet effectiue nos:ꝫm aliaz extra mo
uet vt finis.ergo differt finis ab agente ꝓpter eẽ in mã:quia
in mã eſt cauſa ꝙ forma habeat duplex eſſe.ſ.intentionale
⁊ reale.ex hoc ſequitur ꝙ ſi balneum nõ eẽt in mã non mo
ueret aliter vt finis ⁊ aliter vt agens per conuerſionem per
compoſitionẽ.Tũc per oĩa hec vult habere hãc vl'em:que
cũqz non ſunt in mã eadem mouẽt vt finis ⁊ vt agentia.ſed
motores orbium non ſunt in mã:ergo idẽ ſunt fines ⁊ agen
tes:⁊ hoc declarat:qm̃ motores celorum ſunt res intellecte
⁊ res reales.poſſunt enim conſiderari ꝫm eſſe intentionale:
⁊ ſic ſunt agẽtes:⁊ ꝫm eſſe reale ⁊ ſic ſunt fines.g° idez eſt in
eis finis ⁊ agens rõne ſolũ differẽs.[Queret autez.] ¶ Du
bitat Auerroes contra nũc dicta.nã habitibus p̃ſentibus in
mã ceſſat motus.g° qñ finis ſit p̃ſens agẽti in corporibꝰ cele
ſtibus qa ſunt idẽ:ceſſabit motus.totuz hoc declarat exem
plo de arcta:vel põt formari rõ ſic/ſi corpa celeſtia mouẽt:
vel ꝓpter finẽ quẽ hñt:vel pp finẽ quẽ nõ hñt.ſi pͥm tũc mo
tus eſſet ocioſus.ſi 2m tunc agẽs ⁊ finis non ſunt idẽ in eis.
[Dicamus.] ¶ Soluit.q.⁊ breuiter ſolutio ꝯſiſtit in hoc ꝙ
motores corporum celeſtium mouent̃ ⁊ pp ſe ⁊ pp formas
mãles.pp ſe qdem qm̃ intelligũt ꝙ eoꝝ eſſe cõſiſtit in mo
tu:ſicut facit ille qui vult conſeruare ſibi ſanitatẽ per exer
citium:mouet enim nõ ꝓpter finẽ acqrendũ:ſz pp habituz
finẽ conſeruandum:ſic corpora celeſtia mouẽt pp ſe/hͤ eſt
pp ꝯſeruationẽ eoruz:qa intelligunt ſe cõſeruari pp motuz
continuũ a quo ſi ceſſarent:deſinerẽt eſſe.pp nos ṽo:qa in
telligunt ꝙ pp motũ eoꝝ extrahũtur forme de potẽtia ad
actum

UVA. BHSC. IyR_143_1

actum ⁊ per ꝯñs vt forme mãles generentur:mouent. Hec eſt ſolutio q̄ſtionis.[Iſte enim forme.] ¶Contra.qm̄ tunc forme mãles p̄eſſent ante ipſarum gn̄ationem.ſ.ſaltē in potentijs cauſarum. Rn̄det ꝙ forme mãles habēt duplex eē: ſcʒ in effectu qḋ eſt eē in mã actuata:⁊ eſſe in potētia h̄ eſt eſſe qḋ habēt in illa forma:⁊ ſic nō eſt inconueniēs formas preeſſe ſm̄ eſſe potentiale.[Et dico.] ¶Exponit diſtōneʒ ⁊ vult ꝙ per eſſe in potentia ſit intelligendum eſſe in potētia actiua quō forme artificiales ſunt in potentia de mente artificis.dicit ſecūdo quaſi corollarie ꝙ forme habent duplex eſſe reale ⁊ intentionale.reale quidē eſſe eſt eſſe in effectu.potentiale ỽo eſt eſſe in potentijs cauſarum.dicit ergo ꝙ hoc voluerūt dicere Platonici qn̄ poſuerūt ideas.voluerunt enim dicere ideas eſſe formas gn̄abiles in mēte p̄mi intentionalr̄ conceptas.lʒ ad hoc non potuerūt peruenire. [Sed tn̄.] ¶Soluit 2am tacitam.q.nã finis eſt nobilior ordinatis in finem.mō gn̄atio formaꝝ nō eſt nobilior motoribus celeſtibus.g̃ non eſt finis motus coꝝ. Reſpondet ꝙ motus corporum celeſtium nō eſt p̄mo ⁊ p̄ncipaliter ꝓpter nos:ſed principalr̄ mouent̄ ꝑ ſe ⁊ ſcd̄ario ꝓpter nos.ſicut ille qui exercet ſe ꝑ ſanitatē ꝯſeruãdam.p̄mo ꝑ ſe mouetur.ſcd̄o ꝑ exercitiū.reliquū cōmētī perſpicuum vſqʒ ibi. [Et intendebat cum dixit ⁊ non extimatur ⁊c̃.] ¶Circa qḋ breuiter debes ſcire ꝙ appetit9 ſenſitiuus differt ab appetitu rationali.nam bonum ſenſus eſt bonum q2 appetitus. bonum intellectus eſt bonū per naturã:⁊ q2 bonum per naturã:ideo appetibile.[Et oĩa iſta.] Oſtendit 2° cur tot dixit Ariſtoteles ⁊ vtitur hac rōne intellectus appetit maius bonum ipſo:vt patet per dr̄iam inter intellectuʒ ⁊ ſenſum:ſed corpora celeſtia appetūt ꝑ intellectū.ergo appetunt maius bonum ipſis.[Et cum.] Tertio cōcludit quale eſt illḋ maius bonum qḋ corꝑa celeſtia appetūt:⁊ vult ꝙ debeat eſſe optimum ſimpliciter.nam illud eſt melius corporib9 celeſtibus ⁊ corpora celeſtia ſunt meliora ⁊ preſtabiliora oĩbus his.ergo illud erit optimum.tale autem vt dicit eſt motor q̄ mouet motu diurno.Ecce quo mō de mente Auerrois primus motor mouet vt finis ⁊ vt agens primū. ¶Hic eſſent multa ambigenda.p̄mo vtrum corporibus celeſtib9 debeantur ſenſus.ex quo debetur eis anima.Scd̄o vtrū res mouet vt finis inquantum eſt extra aĩam vel quantū eſt in anima.Tertio vtrum illud eſſe qḋ hn̄t forme in cauſis ſit eſſe eſſentie an ſit eſſe ſimpliciter:ſed oĩa hec eſſent extra propoſitum.⁊ alibi viſa.Et ꝓpterea videndum eſt p̄mo quali animatione celum ſit aĩatum.ip̄m enim eſſe aĩatum ſuppono ⁊ ſum contentus ſermonibus Auerrois collectis hincinde. 2° quō motores orbiuʒ mouent propter ſe:ꝓpter nos:⁊ ꝑ p̄mum.hec enim duo queſita ſunt ꝓpria huic parti ph̄ie ⁊ huic cōmēto.Quãtuʒ ad p̄mū opʒ ſupponere celū eſſe aĩatum.Sed q̄li aĩatione ſit aĩatū eſt q̄renduʒ.Joãnes Jãdonus vir ſtudioſus pluribus in locis celū eſſe aĩatū per aĩam nō quidem inherēteʒ ſed aſſiſtentē cōfitet̄.Imaginat̄ eniʒ motorem hr̄e ꝓpriã actualitatē ⁊ celū aliaʒ ꝓpriam ⁊ ꝙ ex his ſit vnum in operatione:quō ex nauta ⁊ naui fieri vnuʒ dicimus non ſm̄ eſſe ſed ſm̄ operationem:⁊ ſic Joannes credit aĩam celi eē motorē ⁊ celum ꝑ ſe motum q2 vtrūqʒ in actu per ſe:hec poſitio recitata eſt a me pluribus in locis:nec volo nunc dicere rationes ei9 q2 omnes ſunt leues. ¶Sʒ breuiter hec poſitio videtur cōtra veritatē ⁊ cōtra Peripateticos.nam oē cōpoſitū per ſe mobile ⁊ itelligēs per ſe hʒ eſſe formalr̄ a ſua forma.ſed celum eſt tale vt vides.g̃ formalr̄ aĩatum.⁊ probat̄ minor:q2 denoĩat̄ celuʒ intelligere vt 3° de anima cōmento.14.⁊ per ſe moueri:modo nulluʒ aggregatum ex aſſiſtenti videt̄ denoĩari operãs formalr̄ operatiōe competēti alteri aſſiſtētium:nō enim dicimus nauē intelligere lʒ nauta intelligat.2° celum eſt vnuʒ eſſentialiter ⁊ verius q̄ hō.2° celi cōmento.3.⁊ in fine primi capituli de ſubſtantia orbis.Sed homo eſt vnū aĩal formalr̄.ergo celum. Multe alie rationes poſſunt adduci ſed relinquant̄. ¶Videtur ergo mihi fore dicēduʒ ꝙ duplex eſt aĩa.altera q̄deʒ dans eſſe ſubiecto ⁊ conſtituta in eē per ſubiectuʒ ⁊ hoc pacto cetere aĩalium forme ſunt.dant enim ſpēʒ eis ſed depēdent in eſſe ⁊ conſeruari a ſubiectis:quedaʒ ſunt anime que ſubiectum quidē cōſtituunt in eē ſed a ſubiecto nō cōſtituuntur vt intellectus poſſibilis in hoĩe ⁊ motor corporis celeſtis.Intellectus enim poſſibilis conſtituit homineʒ in eē ſpecifico ⁊ vltimo:tn̄ ab eſſe hoĩs non dependet cū ſit immortalis.Silr̄ ⁊ motor celeſtis corporis celū quidē in eē conſtituit ipſe tamē nec conſtituitur nec dependet a celo.ergo ex motore ⁊ corpore celeſti fit vnū formalr̄ ⁊ ꝑ ſpēm ꝓpriam ſicut ex intellectu ⁊ corpore humano:⁊ hoc dicit Auerroes p̄mo auſcultationis phyſice cōmēto.63.in fine.Inquit eniʒ ⁊ fuit neceſſe vt forma ei9 eēt liberata ab hoc ſubiecto hoc eſt nec in eſſe nec in conſeruari dependens ab illo ⁊ vt non haberet cōſtitutionem ꝑ corpus celeſte.ſed corpus celeſte conſtituitur ꝑ illã vt ſcies alibi.Ecce quō plane velle videt̄ ꝙ celum ſit formalr̄ aĩatuʒ. ¶Sʒ tunc occurrunt q̄ſtiōes. Prima/q2 tunc ſubſtãtia celi eēt pura potētia ⁊ ſic non eēt mobile in actu.Amplius/tūc motor celi mouetur ꝑ accidēs contra Auerroē.8° phyſicoruʒ cōmēto.52.vbi dicit illas intelligentias non moueri nec per ſe nec ꝑ accidens. ¶Ad h̄ dicēdum ꝙ ſubſtantia celi eſt potētia ſed non ſm̄ vtrūqʒ ſʒ ſm̄ dimidiū cōtingēter q2 eſt potētia ad eē tm̄ ⁊ propterea dicitur mã equiuoce ⁊ concedit̄ ꝙ illa pars ſe ſola non eēt mobile actu ſed illa pars actuata per motorem eſt mobile actu ſicut ꝑſpicuum eſt in hoĩe. ¶Ad 2m dōm/ꝙ motor habʒ eē duplex.ſ.reale ⁊ quantū ad hoc eſt forma celi.⁊ intētionale ⁊ quantum ad hoc eſt forma motoris proximi. Scd̄m primuʒ eē nihil prohibet ip̄m moueri per accidēs: q2 ſubiectum eius mouet̄.Quantū ad 2m neqʒ per ſe neqʒ per accidēs mouet̄ ⁊ hoc ſenſit Auerro.8.phyſicorum cōmēto.52.verum de hoc in libro de ſubſtãtia orbis.⁊ in lib° de dei infinitate ſatis. ¶His viſis ꝑſpicuum eſt quali aĩatione celum ſit aĩatū:eſt eniʒ aĩatuʒ aĩatione equiuoca:qm̄ anima illa cōſtituit ſubtū in eē ⁊ non econuerſo.Ampli9/eſt forma materie equiuoce ⁊ nō mãe cōtingētis.hec de prima q̄ne. ¶Circa ſcd̄am videtur ꝙ vnus motus nō debeat eē niſi ꝓpter vnum finē principalr̄:ergo motores non poſſunt mouere ꝓpter ſe principalr̄ ⁊ ꝓpter primū vt dicit ip̄e.Debes ergo ſcire ꝙ eſſe vniuſcuiuſqʒ motoris conſtat per hoc ꝙ per tantū appropinquat p̄mo enti in gradu ⁊ per tãtum remouet̄ ab infimo ente.hoc enim eſt perfectum vniuſcuiuſqʒ.appropinquat autem primo pro quanto in operatione plus p̄mo aſſimilatur.⁊ ꝓpter hoc plures fuerūt motores:quoniam non equalr̄ recedunt a primo. ¶Tunc ad q̄ſtionē dōm ꝙ motores corpoꝝ celeſtiuʒ p̄mo mouent̄ ꝑ cōſeruationē ſui tãq̄ʒ ꝑ id qḋ ⁊ ꝑ p̄mū tãq̄ʒ ꝑ id quo.nã cōſeruant̄ ꝑ appropinq̄tionē.ad p̄mū ergo mouent̄ ꝑ ſe ⁊ ꝑ p̄mū equalr̄ ſʒ diuerſa rōne.ꝑ ſe q̄dē tãq̄ʒ ꝑ id quod intēdunt.ꝓpter p̄mū ỽo tãq̄ʒ ꝓpter id quo ſe intēdūt.Ecce quō vnica eſt itētio ad vtrūqʒ lʒ ratio ſit diuerſa.ỽ.g̃.Idē eadē intētione mouemur propter ſanos eē:⁊ ꝓpter ſanitatē:ſʒ alia ratione:nam mouemur ꝓpter ſanos eē tãq̄ʒ ꝓpter rē cōſeruatam:ſed ꝓpter ſanitatē tãq̄ʒ ꝓpter rationē cōſeruandi.ꝓpter nos ỽo mouent̄ ſcd̄aria ratione.per hec tollit̄ obiectum factum vt perſpicuum eſt.

SEd intelligibile altera coelemētatio ſm̄ ſe ⁊ huius ſubſtãtia prima.⁊ huius que ſimplr̄ ⁊ ſm̄ actum.Eſt aūt vnū ⁊ ſimplex nō ideʒ.vnū q̄dē eniʒ

metrũ ſignificat. ſimplex aũt qualr ſe hñs ipz.
At vo ⁊ qđ bonũ ⁊ qđ eligibile ꝓpter ipm in
eadẽ coelemẽtatione: ⁊ optimũ ſemꝑ aut pro/
portiõale qđ primũ. Qđ aũt eſt qđ cui⁹ grã i-
mobilib⁹: diuiſio oſtẽdit: eſt eni alicui qđ cui⁹
grã: quoꝝ hoc quidẽ eſt hoc vo nõ eſt: mouet
igitur vt a motum: motuz vo alia mouet.

¶ Per antehabita accepit pmũ eſſe mouens tm̃ ⁊ mouere
vt intelligibile ⁊ rationale appetibile. Sed qm̃ intelligibi/
le eſt multiplex. ſ. pmũ/mediũ/⁊ infimũ. Silr ⁊ appetibile
triplex eſt: oſtendit illud mouens eſſe pmum intelligibile ⁊
primũ appetibile: ⁊ ꝑ ꝯñs mouere vti pm intelligibile mo/
uet ⁊ vti pmũ appetibile ⁊ hoc p narrat: ſʒ intelligibile alia
coelemẽtatio ſm ſe hoc eſt: ſed intelligibile eſt altera nã in
altera ſpecie cõſtitutum q̃ ſint mobilia ⁊ mouentia cui⁹ ſe/
riei ponit extrema. d. ⁊ huius. ſ. coelemẽtationis ſuba eſt pri
ma: ga ſuba eſt prior accidentibus definitione/tẽpore/⁊ nã/
⁊ huius ſube illa eſt prima que eſt ſimplex ⁊ ſm actum. Ex
his vult hre hanc ꝓpõnem qđ eſt ſuba ſimplex ⁊ ſm actũ
eſt pmum intelligibile. huic potes videre hanc. ſed mouẽs
tm̃ eſt ſuba ſimplex ſm actum. g pmũ intelligibile erit. nec
curauit ꝓbare maiorem ga in libris pteritis eã ꝓbauit. ſed
nec ſubaccepit minorem qm̃ intelligit ex dictis iã. ⁊ tũc vi/
des qũo ga pmũ eſt pmũ intelligibile ideo mouet vti pmũ
intelligibile mouet: qđ erat ꝓpoſitum. [Eſt autem.] Ponit
dr̃iam inter vnum ⁊ ſimplex: ſed cur hoc faciat: non videt.
Expoſitor reddit cãm ex hoc ne videret Ariſto. coincidere
cũ Platonis opinione. Ego vo credo ꝙ hoc faciat vt oſten
dat illud primũ nõ eẽ tm̃ ſimplex ſʒ vnũ. differt itaqʒ vnũ
a ſimplici: qm̃ vnũ (vt. 10. hui⁹ dr) dicit mẽſuram. ſimplex
vo dicit diſpõnẽ qua aliqd caret cõpoſitiõe. dicit. eſt autez
vnum ⁊ ſimplex nõ idẽ: vnũ qdẽ enim metruz ſignificat ⁊
menſuram. ſimplex aũt ſignificat q̃liter ipm ſit ſe habens
ga ſic per ꝑuationẽ cõpõnis: ⁊ ex hoc quaſi ꝯcludit pmũ eẽ
⁊ ſimplex ⁊ vnum. ſimplex qdẽ ga caret cõpõne. vnũz vo:
qm̃ eſt metrum oium reliquoꝝ. [At vo.] Qr mouẽs tm̃ ſit
primuz appetibile nũc oſtendit: ⁊ hoc ꝓpterea ga appetibi
lium eſt eadẽ coordinatio ſicut ⁊ intelligibiliũ. nã ſicut intel
ligibiliuz prima res eſt ſuba ⁊ i ſuba prima res eſt id qđ eſt
ſimplex ⁊ ſm actum: ſic ⁊ appetibiliũ pma res eſt ſuba et
in ſuba primũ eſt qđ eſt ſimplex ei qđ ſm actũ. dicit at vo
⁊ qđ bonum eſt ⁊ qđ ẽ ꝓpter ipſuz eligibile eſt in eadez coe
lementatione cum intelligibilibus: ⁊ ꝑ ꝯñs id quod eſt mo/
uens tm̃ eſt primum intelligibile ⁊ primũ appetibile: tunc
adycit quid ex omnib⁹ his vult habere. ⁊ inquit. ⁊ pro ergo
qđ pmuz eſt optimũ ſemꝑ aut ꝓportionale. Debes ſcire ꝙ
ꝓprie optimum dr de re ſumme delectabili que potius eſt
talis propter ſenſum. ⁊ ꝓpterea dicit aut ꝓportionale. nam
optimuz apud intellectũ eſt optimũ ꝓportionale ei qđ eſt
optimum apud ſenſum. dicit aũt illud optimuz intelligibi
litate: ga ſũme intelligibile. bonitate: ga ſũme appetibile: ⁊
motione: ga primum mouens. [Qm̃ autẽ.] 3° huius ꝓbauit
in imobilibus non eſſe finez: nunc reſpondet per diſtinctio/
nem ⁊ vult ꝙ finis ſumit duplr. In re qũo dicimus ſignuz
eſſe finez ſagittatoris: ⁊ in intentione cui nihil reſpondet. in
re quo modo dicimus muſici eẽ cantũ finez. vel dicimus fi
nem eſſe duplicem. ſ. in re exiſtentem vt bonũ vere vel ap
parens qđ quidem non eſt in re: ſed videtur. Dicit modo ꝙ
in rebus imobilibus lʒ non ſit finis ſecundo mõ eſt tñ finis
primo mõ. dicit. qm̃ autẽ qđ eſt cuius grã ſit tẽporis imobi
libus diuiſio oſtendit. nam quod cuius gratia eſt alicui du/
pliciter: quoruz hoc quidem eſt. ſ. in re: hoc vo non eſt ſʒ in
intentione tñ: vel apparẽs: ⁊ tunc vult ꝙ finis pmo modo
ponitur eſſe in rebus immobilibus ſed ſecundo modo nõ.
[Mouet igitur.] Ex dictis concludit differentiaz inter pri/
mum mouens ⁊ pmũ motũ. nã primum mouens mouet vt
amatum ⁊ nullo mõ mouet. ſed pmuz motũ mouet cuncta
alia inquãtum ⁊ ipſum mouet dicit. mouet igit vt amatuz.
Primum vo motũ mobile mouet alia. hec eſt differentia.
dicit expoſitor ꝙ dixit vt amatum ⁊ nõ vt deſideratũ. naz
deſideratum eſt reſpectu rei que nondum eſt. Videt autez
mihi ꝙ dixit vt amatum in hac parte vñ ⁊ grece ſcribitur:
amatũ amore honeſto ⁊ non amore concupiſcentie. deſide/
ratum etiam dicitur etiam amore laſciuie.

¶ [Quomodo declarauit.] Hec pma pars cõmenti dʒ eẽ de Cõ. 37m
textu precedenti: facit tamẽ in hoc duo. pmo enim epilogat
quecũqʒ ꝓlixe dixit ⁊ res patet. dicit ſecũdo ꝙ motiõis ani
malis duo ſunt principia. vnum intrinſecum ⁊ eſt imagia/
tio per itellectũ. i. intelligẽtia rei bone. ⁊ hec mouet vti agẽs
vt dixit: aliud eſt res ad extra ⁊ propterea addit. intellect⁹
autez ab itelligibili mouetur ⁊c. ⁊ hec mouet vti finis. [Et
quia intellecta.] Vult declarare quale intelligibile ſit mo/
uens pmum qđ mouet motu diurno: cauſa aũt eſt qm̃ intel
ligibilia plura ſunt. hoc quidẽ pmũ id vo mediũ ⁊ illõ po/
ſtremum. Hec eſt intentio ⁊ cã intentionis. Debes vo ſcire
ꝙ verbũ hoc coelemẽtatio apud barbaros dicit allaſtogia
grece vo ſyſtoicheia ⁊ ſunt idem ſignificãtia. Significãt. n.
ordinem. tunc Auerrois quatuor modis exponit hanc lite/
ram. [Intelligibile autem altera coelementatio.] ¶ Pria
eſt/ꝙ hoc Ariſt. dixit ſm morem Pythagore qui poſuit or
dines duos: alterum. ſ. bonoꝝ: alterum. ſ. maloꝝ. In p decẽ
bona: in 2° etiã decez mala enumerauit: ⁊ per ꝯñs in primo
poſuit pmũ mouens. in 2° poſuit ſũmũ malũ. ⁊ hic eſt pm⁹
ſenſus. [Dixit ⁊ forte.] ¶ 2a expoſitio eſt/ꝙ Ariſt. i elemẽ/
tis poſuit duos ordines: alterum. ſ. eoruz que ſe habent vti
forme: alterum eoruz que ſe habent vti mãe ⁊ priuationes.
vbi gratia. Ignis ⁊ aer vti forme ſunt: aqua ⁊ terra vti mã
⁊ priuationes: ⁊ tunc vult ꝙ pmũ mouens dʒ eẽ de p ordie
qr eſt forma ſimplex ⁊ per ſe. [Uel aliter.] ¶ Tertia expo
tio eſt/ꝙ duplex eſt ordo. ſ. formaꝝ ſimpliciũ qb⁹ nulla mã
eſt admiſta. ⁊ alter eſt ordo formaruz mãlium mãe admi/
ſtarum. vult ergo ꝙ pmuz mouens ſit in pmo ordine/hʒ eſt
forma per ſe exiſtẽs ⁊ per ſe intelligibilis. [Aut itẽdebat.]
¶ 4a expõ ꝙ duplex eſt ordo. naz i vno ponunt oẽs for/
me: in altero ponũtur omnes materie ⁊ priuationes ⁊ tunc
vult ꝙ primum mouens ponat in ordine formarũ: ⁊ qr for
me ſunt ⁊ ſube ⁊ ſunt accidentia. addit ꝙ eſt in ſuba. ⁊ qm̃
ſubaꝝ quedam ſunt pme/quedã ſcđe: addit ꝙ eſt ſuba pri/
ma ſimplr ⁊ actus ⁊ huic aſſentit. Ex his omnib⁹ vult habe
re tale mouens eſſe pmũ intelligibile ⁊ hoc ga ſuba: ⁊ pma
⁊ ſimplex: ⁊ actus. [Qm̃ vnũquodqʒ.] Ponit differentiam
inter vnũ ⁊ ſimplex ⁊ differentia patet. cã vo cur apponat
hanc dr̃iam eſt: qm̃ famoſuz. Si genitiuum huius nois ſim
plex ⁊ illius nois vnũ coincidunt. ⁊ ꝓpterea ne accidat con
fuſio: fecit eam. reliquum ꝑſpicuum. [Et intendebat.] Col/
ligit intentũ ſermonis ⁊ vult ꝙ Ariſt. hec fecit vt oſtendat
ꝙ tale mouens eſt ſimplr ꝑfectum qm̃ elicit ꝓpter ſe. ⁊ re
liqui motores eliguntur ꝓpter illũ. Dicit 2° ꝙ duplex ẽ fi/
nis. ſ. in alio vti ſanitas in corpore. ⁊ in ſe exiſtẽs vti dñs re/
ſpectu ſerui. primus enim finis non eſt ens ſimplex: ſed ac/
cidẽs. ſecundus eſt ſuba per ſe exñs ⁊ ꝑ hoc dat intelligere
ꝙ hoc pmuz mouens eſt finis reliquoꝝ ſicut ſuba ⁊ eſt ens
per ſe ⁊ nõ ſicut accidens ⁊ exiſtens in alio. hoc eniz mõ ni/
hil ꝓhibet finẽ eſſe in rebus imobilibus. Dicit 3° ꝙ Ar. in/
tendit per pmum motum corpus celeſte: ⁊ per alia mota ea
que ſunt ſub pmo corpore. ſ. tã alias ſpheras q̃ cuncta gene
rabilia. Dicit 4° ꝙ pmum celum mouet ab illo primo mo
tore metaphorice vti a fine. ſcʒ vt aſſimiletur illi. eius enim
ꝑfectio

UVA. BHSC. IyR_143_1

ꝑfectio eſt in tãta ſimilitudine ſicut diximus queãdmoduʒ amans mouet̃ vt aſſimilet̃ rei quã amat. reliqua corpora celeſtia mouent̃ a p̃mo corpe motu ipetus ꝑꝑ illud cõmune deſideriũ. Dicit 5° ꝙ planete ꝓpter hoc hñt duplicẽ motũ ſ. cõem quo. ſ. in vigintiquatuor horis mouẽt̃ ab oriente ad occidẽs. Iteꝝ redeũtes ad illud: ꝛ proprium quo ꝗlibet mouet̃ ad ꝯtrium vti diximus. Dicit 6° ꝙ ea que ſunt ſub his vt ſunt gñabilia oĩa mouent̃ mediantibꝰ illis tanq̃ꝫ ꝑꝑ cauſas principales. Dicit 7° ꝙ motus oppoſitus duplex. ſ. factus a planetis ſub obliquo circulo facit gnõneʒ ꝛ corruptionem. Sed motus diurnus facit ꝑpetuitatẽ in gnõne ꝛ corruptione ipſa. Hec ſunt que vident̃ de eẽntia lr̃e: que ita breuiter dixi: ne conteram tempus ad inutilia. [Et ex hoc videtur.] ⁋ Ex dictis concludit corollariũ ꝙ deus curam hʒ omniũ entium: ꝛ põt corollarium ſic componi. Quicũq; motu ſuo rõnali gñat entia: curat illa. ſed deus motu ſuo rõnali gñat cuncta. ergo curat illa.] [Dicentes aũt.] ⁋ Cõſequẽter gloſſat vnã famoſam opinionẽ. vʒ que dicit deum curare vnũqᷝq; indiuiduum. Rñdet hoc eſſe verum in parte ꝛ veruʒ non in parte. nam indiuidua duplr̃ accipi poſſunt. vno modo quo ad predicata cõmunia ꝛ competẽtia eis cõmuniter: ꝛ ſic deus curat illa. alio modo ſm ꝙ differũt: hoc eſt ſʒ differẽtias idiuiduales ꝛ hoc modo non curat. ꝛ ſic vult ꝙ deꝰ intelligat ſingularia ſub vniuerſali rõne ꝛ nõ ſub particulari. Sed certe hec reſponſio videt̃ ꝯtraria ſibi infra in commento. 51. vbi vult ꝙ ſcientia dei non eſt vniuerſalis nec ꝑticularis: ꝛ ꝙ deus non intelligit res in vniuerſali: q꞉ tũc eius ſcientia eſſet in potentia. Ecce exp̃ſſa cõtradictio in verbis his. ſed de his latius ſuo loco dicemus.

Siquidem igitur aliqd mouet̃: contingit ꝛ aliter ſe habere. Quare ſi latio que prima ꝛ actus eſt ſʒ ꝙ mouetur hac contingit aliter ſe habere ſm locum etſi non ſm ſubſtantiam. Qm̄ aũt eſt qᷝdam mouens ipſum. imobile exiſtẽs actu hoc non contingit aliter ſe habere nullatenus. Latio enim prima mutationum: huius autem que circulo: hac autem mouet hoc. Ex neceſſitate igitur eſt ens: ꝛ inquantum neceſſitas: bene: ꝛ ſic principium. nam neceſſarium toties. hoc quidem vi. quod preter impetum. Illud vo quo: ſine bene qᷝ bene. hoc autem non ꝯtingẽs aliter: ſed ſimpliciter. Ex tali igitur principio dependet celum ꝛ natura.

⁋ Quadruplex eſt motus (vt ita loquar.). ſ. localis: gnõ vel corruptio: augumẽtuʒ vel diminutio: ꝛ alteratio. Differunt aũt: qm̄ motus localis eſt id quo mobile alr̃ ſe hʒ ſm extriſecum qᷝdam. reliq vo ſunt ꝗbus mobilia alr̃ ſe hñt ſm id qᷝ eſt in re. nam per gnõnem gñabile alr̃ ſe hʒ in ſubſtãtia. per augumentũ augumẽtabile ſe hʒ alr̃ in q̃ñtitate que quidem eſt intrinſeca. per alterationẽ alterabile ſe hʒ alr̃ in q̃litate que eſt intrinſeca. Oſtendit ergo quo pacto mobile ſe habeat alr̃ per motum localem. ꝛ hoc vt concludat mobile in locum ſolum poſſe eſſe perpetuum. Dicit ſiquidem igit̃ aliqd mouetur ꝯtingit ꝛ alr̃ ſe habere. nam motus eſt quo res ſe hʒ alr̃. ergo ꝛ mobile erit quo ſe habet aliter. hec ẽ q̃ſi vna hypotheſis. Deinde arguit ratio ꝛ dicit. quare ſi latio q̃ actus eſt ꝛ prima. ſ. eius mobilis inquantum mouetur: hac contingit alr̃ ſe habere ſm locum: ꝛ ſi non ſm ſubãm. ergo enthymema eſt ꝙ ſolo motu locali mobile moueri poteſt: nulla facta tranſmutatione in ſubſtantia. Deinde ſumit primum eſſe ſimplr̃ inuariabile ꝛ dicit. Qm̄ autem eſt quoddam mouens ipſum imobile exiſtens actu exiſtẽs: hoc modo contingit alr̃ ſe habere nullatenus. Deinde 3° ſumit tale mouens mouere ſemꝑ motu qui circularis eſt dicit. Latio enim p̃ma eſt mutationum: huius aũt generis ꝛ eſt prima q̃ circulo: hac autem ꝛ non alia mouet hoc qᷝ dicit̃ imobile. Ex his concludit ꝓpoſitum ſuum ꝛ dicit: ex neceſſitate igit̃ eſt ens: ꝛ inquantum neceſſitas bene: ꝛ ſic eſt principium. Primum ergo mouens eſt neceſſe eſſe ꝛ inquantum neceſſe eſſe. ꝛ ſic eſt principiuʒ ꝛ cauſa motus. Debes ſcire ꝙ alr̃ lr̃a poteſt ordinari ꝛ magis iuxta vba greca. Nam videtur Ariſto. ꝯcludere p̃mum mouens imobile eẽ neceſſe eẽ ꝛ eẽ p̃ncipium inquãtum neceſſe eſſe: ꝛ ꝓpterea tota litera debʒ eẽ ſuſpẽſiua vſq; ibi. [Quare ſi latio.] ꝛ tũc lr̃a eſt ex hypotheſi ꝛ ſupponit quinque. Primum eſt definitio motus vel mobilis. ꝛ dicit ſiqdem igit̃ ꝛ aliqd mouet̃: contingit ſe alr̃ habere. Supponit ſcᷝo ꝙ prima latio ſit actus mobilis in eo ꝙ mobile ꝛ hoc ſumit. quare ſi latio que p̃ma ꝛ actus eſt ipſius mobilis inquãtum mobile. Sumit tertio ꝙ ſm hãc mobile variari ſm locum ꝛ nõ ſm ſubãm ꝛ dicit: hac auteʒ ꝯtingit alr̃ ſe hẽre ſm locum: ꝛ ſi non ſm ſubſtantiam. Sumit quarto ꝙ p̃mum mouens nullatenus ꝯtingit ſe habere alr̃: ꝛ hoc dicit. Qm̄ aũt eſt qᷝdam mouens ipſum imobile exiſtens actu exiſtens: hoc nõ ꝯtingit alr̃ ſe hr̃e nullatenus. Sumit q̇nto tale mouens imobile mouere p̃mum mobile circulari motu ꝛ ingt. latio enim prima eſt mutationuʒ. huius aũt ea que circulo. hac aũt mouet hoc. Tunc ex his concludit ꝓpoſitum dicens. ex neceſſitate igitur eſt ens ꝛ inquãtum bene neceſſitas: ꝛ ſic eſt p̃ncipium. Syllogiſmus eſt ꝗ qᷝ exiſtens imobile mouet ſemper actu exiſtẽs: eſt neceſſe eſſe: ꝛ inquãtum neceſſe eẽ ꝛ ſic p̃ncipium. Sed p̃mum eſt exiſtens imobile ꝛ ſemꝑ actu exñs mouet: ergo neceſſe eſſe ꝛc̃. ꝛ tunc videt̃ ꝙ ſola quarta hypotheſis ſit neceſſaria. reliq que ſunt addite vt terminoꝝ expõnes: ꝛ ſic ſuperfluunt ad ſyllm̃ lʒ nõ ſuperfluãt ad terminos: ꝛ hec expoſitio vt mihi vꝫ eſt vtilis: nam nullam violentiam p̃bet ſermoni greco. ꝛ qm̄ neceſſarium multiplr̃ dꝫ ꝛ dictum eſt p̃mum eẽ neceſſe eſſe: poſſet eẽ dubitatio quali neceſſario primuʒ ſit neceſſe eſſe. Cui rñdet ꝛ enumerat tres modos neceſſarij. ꝛ ait primũ eſſe neceſſe eẽ tertio modo. dicit nam neceſſariuʒ toties hoc eſt pluribus modis ſumit̃. hoc qdem vi ꝛ violentia qᷝ eſt ΑΠΑΡΑ ΟΡΜΕΝ. Sic hꝫ in greco ꝛ in tranſlatione noſtra hẽtur [qᷝ eſt p̃ter impetum.] ꝛ nõ poteſt ſtare: nam tale neceſſarium eſt ꝓpter impetum ꝛ non p̃ter ipetum. alij tranſtulerunt [qᷝ eſt p̃ter appellationẽ.] Sed ego non inuenio ꝙ vbum illud ΟΡΜΕ latine ſonet appellationem: nec habet ſenſum hec tranſlatio: ꝛ ideo videt̃ mihi ꝙ ΟΡΜΕ grece ſonet totuʒ hoc latine. vʒ locus vnde aliqs icipit ꝛ mouet̃: ꝛ ſic tranſlatio apud me eſſe deberet [qᷝ eſt p̃ter locum vñ aliqs incipit ꝛ mouet̃.] ꝛ tunc ſenſus eſt verus. nam violentia eſt ꝯtra nãm motꝰ: ꝛ ꝑ ꝯñs ꝯtra nãm loci nãlis illius. v. g. violentum eſt graui ſurſum ferri. qm̄ eſt ꝯtra locum vnde incepit moueri graue: ꝛ hec eſt ꝑfecta expõ huius. Deinde enumerat 2m modũ. d. Illud vo quo: ſine bene qᷝ bñ: hoc eſt aliud eſt illᷝ quo res que bñ ſe hʒ: nũc eſt ſine bene. ꝛ hoc vocat̃ neceium vtile. Deinde enumerat 3m. d. Hoc aũt non ꝯtingens alr̃ ſed ſimplr̃ neceſſariuʒ. hac diuiſione ꝓpoſita ſumit quo mẽbro primuʒ dicatur neceſſarium. d. ex tali igit̃ principio. ſ. neceſſario 3° modo dependent celum ꝛ natura. ecce ergo qualr̃ ſit neceſſariũ. addit [ꝛ nã.] qm̄ celum primo depẽdet a tali principio. nã vo mediante celo ab eodem depẽdet. Sed quo gñe dependentie non exponit: ſed poſtmodum dicemus.

⁋ Uult declarare.] Auerroes introducit alr̃ literam q̃ꝫ nos fecimus: vult enim ꝙ Ariſtote. intendat declarare modum Cõ. 38m.

colligationis entium tranſmutabilium eſſe prima ſuba. Cu
ius intentionis cauſa eſſe videt̃. ¶ Nam eſt circa hoc qō. ſ.
vtrum ens corruptibile poſſit colligari eterno. vr̃ enim pri
mo aſpectu ꝙ non: qꝛ eternum non vr̃ eſſe niſi principium
eterni. Diſſoluendo ergo qōnez ſupponis quatuor. Prima
ſuppō eſt: omne qd̃ mouet̃ alr̃ ſe hꝫ. hec eſt manifeſta i om
nibus ſpēbus motus. 2ª pōt eſſe aliqd̃ eternum tranſmuta
bile in loco ⁊ non in ſuba. Circa quaꝫ ſuppoſitionem addit
Auerroes hoc eſſe bn̄ dictuꝫ. nam tale tranſmutabile loco/
ſuba ṽo non: eſt medium iter ſimplr̃ eterna ⁊ ſimplr̃ corru
ptibilia: qm̄ per ſubam conuenit cum ſimplr̃ eternis ꝑ trā/
mutationem in loco cum generabilibus ⁊ corruptibilibus.
3ª motus in loco eſt p̄mus motuū: ⁊ ex hoc ſolus circularis.
hec cōſtat ex 8º phyſicoꝝ. 4ª p̄mus motor mouet motu cir
culari imediate p̄mum mobile. Ex his quatuor colligit duo
conſequentia. Primum eſt p̄mū mouens eſſe neceſſe eſſe: ⁊
qm̄ neceſſarium apud ipſum eſt duplex: erit neceſſe eē ſim
pliciter. Scōm ꝯn̄s eſt celum ⁊ nā dependere ex tali neceſ/
ſario p̄ncipio. [Et in alia tranſlatione.] ¶ Hec pars dꝫ eſſe
in ſequenti textu: ſed qm̄ Auerroes ponit eam hic: exponaꝫ
craſſo modo pro nunc. Debes ergo ſcire ꝙ in barbara trāſ/
latiōe habet̃ ſic. [Cum tali p̄ncipio ꝯtinuum eſt celum ⁊ na
tura.] ſicut in nobis bona diſpoſitio paruo tp̄e. In qb⁹ ver/
bis duo apud Auerroem velle videt̃ Ariſt. Primū ꝙ celū
⁊ natura colligantur cum intellectu diuino ſūmo appetibili
queādmodum ⁊ nos cum illo ꝯtinuamur. Scōm eſt: ꝙ ce/
lum ⁊ nā ſempiterna copulatione copulant̃ cum illo itelle/
ctu: ſed noſtra copulatio cum illo eſt paruo tp̄e. huius auteꝫ
cauſa eſt: qm̄ mediū quo copulat̃ nobiſcum eſt gn̄abile vt/
pote phantaſma. Copulatur eni nobis intellectus diuinus
mediantibus phantaſmatibus corruptibilib⁹ e qbus gn̄at̃
in nobis intellectus ſpeculatiuus qui etiam gn̄abilis eſt. ſed
corpori celeſti ꝯtinuat̃ per medium eternuꝫ: qm̄ per moto/
rem intrinſecum qui eſt anima celi. modo talis aīa eſt ſem/
piterna. ⁊ in his verbis dat itelligere Auerroes Ariſt. velle
p̄mum mouens eſſe idem cū intellectu agēte: nam ⁊ celū ⁊
natura dependens ab eo: ⁊ ſic eſt p̄mū mouens. etiam ⁊ nos
dependemus: ⁊ ſic eſt primū agens. [Et ex hoc.] ¶ Conclu
dit ex dictis corollarium ⁊ ꝙ ex dictis ſeqtur ꝙ forma ho/
minum in eo ꝙ ſunt hoīes non eſt finalr̃ ꝑpter aliud niſi ꝓ
pter ꝯtinuationem eius cum itellectu: qui declarat̃ in libro
de aīa ꝙ ſit p̄mum agens: ⁊ hic eſſe mouens nos: corollariū
ꝑſpicuum. nam ait celum ⁊ nām dependere ab eo: ⁊ nos ſu/
mus nā: ergo ⁊ nos ab illo etiā. [Intelligētie eniꝫ.] Reddit
cām corollary hoc mō. Intelligentie abſtracte ſunt cauſe
duob⁹ modis vti fines ⁊ vti agentia. ergo ⁊ noſtri erunt cau
ſe vti fines: ergo ⁊ nos ſumus ꝑpter eas tanq̄ꝫ ꝑꝑ fines. ad/
dit 2º ꝙ ēt intelligentia agens que hic dicta eſt primuꝫ mo/
uens: que qdem in nobis eſt p̄nm neceſſe eſt vt moueat nos
vti amatum amans. ergo vt finis ⁊ per ꝯn̄s intelligētie: ⁊ p̄/
mus intellectus erunt fines noſtri: ⁊ per ꝯn̄s nos finalr̃ ſu/
mus ex illa. [Et ſi ois.] ¶ Nunc arguit neceſſitatē copula/
tionis hoc mō. ois motus. ſ. ꝑfectus dꝫ copulari principio a
quo dependet. Sed itellectus ſpeculatiuus eſt motus depē
dens a p̄ncipio p̄mo ⁊ ꝑfectus: ergo neceſſe eſt vt in poſtre/
mo cōtinuetur cum iſto intellectu abſtracto qd̃ exponit. d.
Ita ꝙ erimus dependentes a tali p̄ncipio a quo celum de/
pendet: q̄uis hoc ſit in nobis modico tp̄e ſicut dicit Ariſto.
¶ Debes ſcire ꝙ hic eſt ordo beatitudinis. nā p̄ itellectus
mālis copulat̃ phantaſmatibus. 2º mediātib⁹ phantaſma
tibus copulat̃ intellectui ſpeculatiuo. 3º mediante itellectu
ſpeculatiuo copulatur intelligentie p̄mi orbis. ṽ. ḡ. lune. 4º
mediante hac: intelligentie mercury. 5º mediante hac: intel
ligentie veneris. ⁊ ſic mediantibus omnibus copulabit̃ cuꝫ
intellectu p̄mo: vtpote intellectui agenti qui eſt declaratus
hic: ⁊ hic ſtatur. quare cum intellectus copulatus erit: ⁊ nos
ſumus per illum tanq̄ꝫ ꝑpter formā. erimus ēt nos copula/
ti cum primo p̄ncipio mediantibus oībus illis ordine predi
cto. ⁊ in hoc ſtatu erimus ſiles celo lꝫ dr̄ia ſit. Qm̄ celum co
pulat̃ ſemꝑ: eo qꝛ medium eſt aīa ꝓpria que ſempiterna ē:
nos autem paruo tp̄e qꝛ medium eſt corruptibile vtpote i/
tellectus ſpeculatiuus. Hic apparēt multi errores Joānis:
quoꝝ primus eſt: qꝛ dicit intellectum agētem eſſe partē rō/
nalis anime. ꝯſtat enim hic ipſum deum eſſe. Secūdus eſt:
qꝛ ipſe dicit intellectum mālem non eſſe formam hominis.
Conſtat enim hic itellectum materialē eſſe formam itrinſe
cam hominis per quā reponit̃ in ſpecie: alr̃ non poſſemus
copulari illi. Tertius eſt: qꝛ ipſe dicit felicitatē eſſe itellectio
nē ſpeculatiuā p̄mi entis. Conſtat eniꝫ hic felicitatē eē deū
qui a nobis intelligitur in ſtatu ꝑ eēntiā eius: q̄uo ipſe itelli/
git ſe. nec copulatio eſt felicitas: ſed diſpō ad illā. ita eni co/
pulatione deus efficitur nobis felicitas: ſicut diſpoſitione q̄/
litatiua ⁊ quantitatiua forma efficit̃ ꝑfectio corꝑis. Perſpi/
cuum 4º/ ꝙ nō maiori felicitate deus eſt felix q̄ꝫ nos ſum⁹.
nā deo deus felix eſt: ⁊ nos deo. ⁊ in hoc errauit ille bonus
homo. eſt tamē deus ſeipſo felix: nos ipſo felices ⁊ btī. Per
ſpicuū 5º contra Auēpacem nos eſſe felices intellectione ꝑ/
petua. nā nos beati ſumus deo: ⁊ deus eſt per ſe itellectio ꝑ/
petua: lꝫ nō ſemꝑ btī. qm̄ mediū attingendi ad illam corru/
ptibile eſt. Multa alia diximus in libro de itellectu. ⁊ i libº
de aīa ⁊ alibi. hec ſatis: qm̄ in tranſcurſu ſunt dicta.

DEductio aūt eſt qualis optima par/
uo tp̄e nobis. Sic eniꝫ ſemper illud
eſt: nobis qdem eniꝫ īpoſſibile. Qm̄
⁊ delectatio actus huius: ⁊ propter
hoc vigilatio ſenſus: itelligentia: delectabiliſſi/
mum ſunt. Spēs ṽo ⁊ memorie ꝑpter hec.
Intelligētia aūt que ſm̄ ſe: eius qd̃ ſm̄ ſe opti
mum. ⁊ que maxime: eius qd̃ maxime. Seip/
ſum autem itelligit itellectus ſm̄ trāſumptio/
nē itelligibilis. Intelligibilis enim fit attingēs
⁊ itelligēs. quare idem itellectus ⁊ intelligibi/
le. Suſceptibile enim itelligibilis ⁊ ſube itel/
lectus opat̃ aūt hn̄s. Quare illud magis iſto
qd̃ vr̃ intellectus diuinum hr̄e. ⁊ ſpeculatio d̄
lectabiliſſimū ⁊ optimum. Sic igit̃ ſic bene ſe
hꝫ: vt nos qn̄qꝫ deus ſemper mirabilis. Si au
tem magis: adhuc mirabilius. habet autem ſe
ſic. ⁊ vita autem vtiqꝫ exiſtit. etenim intellect⁹
actus: vita: illud autem actus eſt. actus autem
qui ſm̄ ſe illius: vita optima ⁊ ſempiterna. di/
cimus autem deum eſſe animal ſempiternum
optimum. Quare vita ⁊ duratio continua ⁊
eterna exiſtit deo: hoc enim deus.

¶ Ex dictis ſcimus multa. p̄ ꝙ p̄m mouens mouet vt amatū
⁊ intellectū. 2º ꝙ p̄m mobile mouet̃ ſicut amās ⁊ itelligēs:
⁊ ꝑ ꝯn̄s ꝙ ſit aīatū aīa amāte ⁊ itelligēte illud p̄m mouens.
3º ꝙ ēt nos amamus ⁊ itelligimus p̄m mouens. nā p̄m nō tm̄
mouet p̄m mobile ſed etiā nos. hec oīa ꝯfeſſa ex dictis qs ſu
mere pōt. Tunc ponit dr̄iam iter diſpōnē noſtrā qua ama/
mus ⁊ intelligim⁹ p̄m mouens ⁊ diſpoſitionē primi mobilis
qua p̄m mobile amat ⁊ intelligit p̄m mouens. volens ꝙ diſ/
poſitio noſtra durat paruo tp̄e. Illius āt primi mobilis diſ/
poſitio durat ſemper. ⁊ inquit. deductio aūt q̄lis optima in

UVA. BHSC. IyR_143_1

nobis paruo tpe eſt ſic enim vti nos ſumus:in optima diſ-
pōne ſemꝑ illud p̄mū mobile eſt in nobis.Eſſe enim ipoſſi
bile eſt ſemꝑ ſic eſſe.dixit aūt qualis optima qm̄ felicitas
moralis ꝑfectio ꝛ deductio eſt hoīs ſed non qualis optima.
hec eſt dr̄ia.¶ Sed circa hanc dr̄iam dubitat̄ primo quid
intelligat per deductionez optimam. 2° quare illius primi
mobilis deductio optima ſit ſempiterna ſed in nobis modi
co tpe.¶ Circa hec vr̄ qbuſdam theologis Ariſto.loqui de
amore ꝛ dilectione quos nos habemus hic.de primo eſt āt
hec intellectio q̄ꝛ eſt tale p̄mum.ꝛ quid quantum ad quedā
cōmunia que pn̄t colligi ex ſenſibilibus.Sīl'r ꝛ amor eſt
fruitio huius primi ſic intellecti quoad q̄ꝛ eſt/ꝛ quātum ad
qd eſt/ſm illa cōmunia dicta:ꝛ iuxta hanc expōnem diffe-
rentia ſic intelligit̄ ꝙ optima diſpoſitio p̄mi mobilis que ē
ī itelligēdo p̄mū motorē eſt ſempiterna:optima vō noſtra
eſt in paruo tpe.Cuius cā eſt:q̄ꝛ noſtra eſt per cognitionem
ſenſibiliū:ꝛ per ꝯn̄s per abſtractionem phantaſticam ꝛ ſic
non ſemper.diſpō vō corporis celeſtis qua ipm̄ primum
motorem itelligit eſt per eſſentiam primi motoris ꝛ nō per
abſtractionē.Sed hec expō ſtare non pōt:qm̄ Ariſt.vr̄ vel
le eſſe eādem felicitatem p̄mi mobilis ꝛ noſtram ꝛ non diſ-
ferre niſi penes tp̄s eo q̄ꝛ nr̄a eſt in tpe:illa in eternitate.q̄ꝛ
noſtra non pōt eſſe per abſtractionē a phantaſmatib⁹ quē-
admodum nec illa.ꝛ ꝓpterea alij dixerunt Ariſto.loqui de
felicitate nr̄a:que habebit̄ in p̄ria.Illa enim nō erit per ab
ſtractionem a phantaſmatibus ſed per eſſentiaz p̄mi entis.
ꝛ talem credit Ariſto.ſemꝑ hēre p̄mū mobile.ꝛ tunc iuxta
hec differentia ꝑſpicua:nam hec non eſt nobis ſemꝑ:quia
nō infinito p̄terito tpe.In illo vō p̄mo mobili eſt ſemꝑ ex
vtroqꝫ latere.¶ Sed hec expoſitio minime ſtare pōt.pri-
mo q̄ꝛ Ariſto.ait vigiliam ſenſum ꝛ intelligentiam eē ꝓpter
hanc.modo hec nō vident̄ ꝓpter illam in patria. Amplius
Ariſto.loquit̄ de nobis modo nos non ſumus anima.ꝛ ſic
videtur loqui de coniuncto ꝛ nō de parte.¶ Adhuc ambi-
guum eſt apud Ariſto.ſi detur alia patria.Videt̄ ergo mihi
cum Auerroe eſſe dicendum in hoc loco:ꝛ p̄mo ꝙ Ariſt. lo
quit̄ in ſtatu p̄nti:vt ꝛ vba ꝛ rōnes oſtendunt.Scdo ꝙ ipe
loqtur de ſuprema felicitate.ꝛ tunc debes ſcire ꝙ Ariſt.cre
dit primū mobile eſſe animatū anima intelligente ꝛ aman-
te p̄mum motorē.Intelligente qdem:per eſſentiam primi.
amante vō:amore fruitionis illius.Secundo credit ꝛ nos
qn̄qꝫ poſſe deduci ad talem ſtatum in q̄li eſt p̄mum mobi-
le ſemꝑ.fit aūt hec deductio hoc modo.nam p̄mo itellectus
mālis copulabitur intellectui ſpeculatiuo mediantib⁹ phan
taſmatibus.Scdo mediante intellectu ſpeculatiuo ordine
quodam declarato in cōmento precedenti:copulabit̄ p̄io
intellectui qui hic dictus eſt primus motor.In 3° vō de ani
ma:intellectus agens.vulgo vō deus nuncupat̄:ꝛ propter
hanc cauſam grece nūcupatur DIAGOGE.latine vō
deductio:eo quia non niſi pluribus medijs ad illaz nos de-
uenire poſſumus.Ex his ꝑſpicua ſunt duo.primuz eſt quō
nos ſumus qn̄qꝫ felices ꝛ beati vti ſemꝑ eſt p̄muz mobile.
2° ꝙ cauſa quare nobis non ſemꝑ eſt:illi vō ſemper eſt:q̄ꝛ
nobis ineſt mediante intellectu ſpeculatiuo q eſt gn̄abilis ꝛ
corruptibilis aliquo modo.Illi vō ineſt mediante aīa eius
que eſt icorruptibilis ꝛ eterna.hoc mō pꝫ text⁹.[Qm̄ aūt.]
¶ Ponit ordinem deueniendi in illā hoc modo.nam dele-
ctatio eſt ꝓꝑ intelligentiam primi motoris.dlectatur enim
p̄mum mobile in itelligendo p̄mum motorem:q̄ꝛ intelligit
eum.vigilia:ſenſus:ꝛ intelligentia ſunt delectabilia ꝓꝑ dele
ctationem illam.Spēs aūt ꝛ memorie ꝓꝑ vigiliam ſenſus
ꝛ intelligentias:quare oīa ſunt ꝓꝑ intellectionem primi mo
toris.ergo ꝓꝑ itellectionem primi eſt delectatio noſtra.ꝓꝑ
delectationem ſunt vigilia ſenſus:ꝛ intellectio rerum māli-
um:ꝓpter hec ſunt ſpēs in memoria delectabiles:cur cun-
cta noſtra ſunt delectabilia ob illa:dicit ſubaudi dico dedu
ctionem illam eſſe optimā diſpōnez:qm̄ actus.i.ſpeculatio
actualis huius.ſ.p̄mi motoris eſt ꝛ delectatio.ꝓꝑ hoc vigi-
lia ſenſus itelligentia ſunt delectabiliſſimū.Spēs vō ꝛ me-
morie ꝓꝑ hec.dixit ſpēs ꝛ memorie:q̄ꝛ ſpēs quo ad intelle-
ctum.memorie quo ad ſenſum.vel dixit ſpēs reſpectu futu
roꝝ:ꝛ memorie reſpectu p̄teritoꝝ.Spēs ergo ꝛ memorie
ꝓꝑ hec ſunt delectabilia.Intelligentia aūt que eſt per ſe:eſt
eius qđ eſt ſm ſe optimū.ꝛ ea intelligētia que eſt maxime:
eſt eius qđ maxime.hic ergo eſt ordo felicitatis noſtre.de-
bes ſcire ꝙ intellectio quā hēmus de p̄mo vocatur itelligē
tia per ſe:qm̄ eſt per eſſentiam rei intellecte.Immo eſt intē
tio illa ꝛ res intellecta idem.Intentio vō que habet̄ de re-
bus mālibus non eſt per ſe:qm̄ ē per abſtractionem a phā-
taſmatibus:ꝛ propterea equocat de intelligentia.[Seipm̄
aūt.] Locutus eſt de felicitate primi mobilis ꝛ de felicitate
noſtra.nūc de felicitate dei:qui eſt ꝛ ſibi ꝛ cunctis felicitas:
loquitur.ꝛ qm̄ non pōt loqui de illius felicitate niſi ex eis
que ſunt in nobis.p̄mo premittit quō intellectus noſter itel
ligit ſe:ꝛ quomodo reddit̄ agens ꝛ oꝑans.debes ergo ſcire
ꝙ per vnum ꝛ idem intellectus noſter fit ens intelligibile
ꝛ operans intellectionem.nam intellect⁹ noſter eſt pura po
tentia ꝛ per ꝯn̄s nō eſt ſm ſe intelligibile:ergo efficitur itel-
ligibile ens:inq̄ꝫtum actuat̄ ab itelligibili re.qn̄ ex re intelli
gibili efficit̄ vnū actu:tunc reddit̄ itelligibile ens:efficitur
enim vnum cum illo:qn̄ trāſmittit ipm̄ atqꝫ attingit.codez
etiam fit oꝑans.nam per intelligibile efficit̄ actu:ꝛ per ꝯn̄s
per intelligibile efficitur oꝑans.actus enī ꝛ ſpēs mot⁹ ꝛ oꝑa
tionis ſunt p̄n^m^. 2° debes ſcire ꝙ intellectus ꝑficit̄ magis a
p̄ſtabiliori itelligibili ꝛ maxime a p̄ſtabiliſſimo.vnde quē-
admodū mā ꝑficit̄ a forma:ꝛ ꝑfectiori forma perfectius:ꝛ
a perfectiſſima ꝑfectiſſime ꝑfici videtur:ſic ꝛ intellectus ſi
actuat̄ ꝛ perficit̄ ab intelligibili:a ꝑfectiori plus:ꝛ a ꝑfectiſ-
ſimo maxime perficiet̄.Erit ergo iſte ordo ꝙ ſicut materia
primo recipit diſpōnes ꝛ formas imꝑfectas.deide illis me
diantibus perficitur redditur actu ab vltima forma:ſic ꝛ i-
tellectus p̄mo ab intelligibilibus mālibus.deinde illis me-
diantib⁹ a diuinis actuabit̄ atqꝫ reddetur perfectus.hec er-
go duo ponit ꝛ dicit ſeipſum autem itelligit intellectus.ſ.nr̄
ſm tranſumptionē itelligibilis.ꝛ dr̄ tranſumptio:qm̄ itelli-
gibile trāſfert̄ de māli ad imāle.nam ꝑ h⁹ tranſumptionē
fit attingens ꝛ intelligens rei itelligibilis:quare ꝛ per idem
itellectus ꝛ intelligibile fiet idē hoc eſt vnum in actu:cuius
cām ſubſcribit.d.nam itellectus eſt qđdam ſuſceptibile rei
intelligibilis ꝛ ſubē.ꝛ addit ſubē.forte more Platonico:qui
ſubas ꝛ ideas intelligi vult tm̄.hoc ergo pacto intellectus ef
ficitur intelligibile.Sed hn̄s ſubaudi rem intelligibile ope
ratur:ꝛ per ꝯn̄s eadem eſt intelligibile ꝛ operans:ꝛ hoc fuit
p̄mū.Deinde ſumit 2^m^ per ꝯn̄s ad hoc p̄mum:ꝛ dicit quare
illud diuinum qđ vr̄ habere intellectus eſt magis iſto mālis
ꝛ per ꝯn̄s ꝑficit̄ plus per illud ꝛ ſpeculatio illius diuini di-
cetur delectabiliſſimū ꝛ optimum:hoc eſt vltima forma ꝛ
ſupremus gradus felicitatis.Sic ergo ꝑſpicuuz quomodo
itellect⁹ per abſtractionē rei itelligibilis efficit̄ itelligibile:
ꝛ inquātum efficit̄ intelligibile efficitur operans:ꝛ median-
te intelligibili māli efficit̄ in optima diſpōne ꝛ in ſupremo
gradu felicitatis.debes ſcire ꝙ omnia hec ſunt declarata in
libro de anima.ꝛ ꝓpterea hic ſunt ſuppoſitiones:ꝛ ille qui
vellet ſingula ſuppoſita declarare:tranſcenderet metaz ſue
conſiderationis.Supponit̄ ergo hec nunc.[Si igitur.] Ex
his declarat felicitatez primi p̄ncipij ꝛ loqtur hypothetice:
ꝛ ponit poſtmoduz antecedens ꝛ relinquit ꝯn̄s hoc modo.
Si deus ſe habet ſemper hoc modo vti nos quandoqꝫ in
tali optima diſpōne deſcripta:erit deus mirabilis.ꝛ ſi deus
ſe habet ſic ſemꝑ ꝛ magis q̄ꝫ nos:erit mirabilius.deus ſe hꝫ

UVA. BHSC. IyR_143_1

ſemper ſic ⁊ magis:ergo erit mirabilis ⁊ mirabilioꝛ.⁊ ſic p-
ſpicuum q̄lis felicitas dei.naꝫ eſt qualis nr̄a differens in tē-
poꝛe ⁊ in ꝑfectiōe:tpe qdem qm̄ noſtra eſt in tpe:illa dei in
eternitate.noſtra pauca:illa multa inquit. Si igitur bene ſe
habet deꝰ ſemper vt nos qn̄qꝫ in ſupꝛadicta optima diſpo-
ſitione:erit mirabilis.ſi aūt magis ſe habet q̄ꝫ nos:erit mira
bilius.habet aūt ſe ſic ſemper vti nos qn̄qꝫ:⁊ magis: quare
mirabilis ⁊ mirabilioꝛ erit.dices.Deus eſt felix deo: ⁊ nos
ſumus felices deo.ergo deus non eſt magis felix q̄ꝫ nos:qꝛ
eodem ſumus ambo felices.Dicendum eodem modo feli-
ces ſumus ambo.⁊ neuter neutro eſt felicioꝛ q̄ꝫtum ad eēn-
tiam:ſed quantum ad modum magis deus:qm̄ deus eſt fe-
lix a ſe:nos ꝟo ſumus felices ab eo.vti paries tanta albedie
albus eſt quāta ⁊ ipſa albedo alba.dr̄ tamen albedo magis
qꝛ per eſſentiam eius talis eſt:⁊ paries per participationeꝫ.
Sic nos ⁊ deus tanta ⁊ eadem felicitate ſumus felices quā-
tum ad eſſentiam:Sed deus per eſſentiam nos ꝟo per pti-
cipationem.[Et vita aūt.]Oſtendit ꝙ deus ſit vita ⁊ ꝙ vi-
uat ſicut dicimus vitam viuere ⁊ albedinem albam.nam ſi-
cut albedo eſt alba per eſſentiam:ſic deus eſt vita ⁊ viuit ꝑ
eſſentiam: ⁊ non viuit ſicut nos per participationem vite.
Dicit ⁊ vita autem deus ipſe vtiqꝫ exiſtit.hec eſt concluſio.
ꝓbatur etenim actus intellectus eſt vita.Illud autem ſcilꝫ
deus eſt actus.exponit qūo actus.d.actus aūt qui ſcḋm ſe illi
us dico ꝙ eſt vita optima ⁊ ſempiterna hoc modo deus eſt
actus:ſubticuit ↄcluſionem:qꝛ prepoſuit eam.tangit ſcḋam
rōnem per ↄſenſum vulgi.d.dicimus aūt deū eſſe aial ſem-
piternum ⁊ optimū.hoc enim dr̄ in cōi vſu.ex hoc infert cō-
cluſioneꝫ ꝓpoſitam.d.q̄re vita duratio ↄtinua ⁊ eterna exi-
ſtit deo.vita qdem ei exiſtit:qꝛ aial.nam oē aial viuit.Con-
tinua ꝟo ⁊ eterna qꝛ ſempiternum ⁊ optimum.⁊ qꝛ dixit vi-
tam ineſſe deo:poſſet credere aliqs deū non eſſe vitam per
eſſentiam ſubſcribit hoc enim deus.g̊ deus viuit ⁊ eſt vita:
nam viuit per eēntiaꝫ.vn̄ ſicut dicimus ꝙ caloꝛ eſt calidus
ſibi ⁊ oibus:ſibi qdem per eēntiam:alijs ꝟo per ꝑticipatio
nem.ſic deus:ſibi viuit ⁊ alijs:ſibi qdem per eēntiam:alijs
per ꝑticipationē.In h̄ ergo textu epilogando ꝑſpicua ſunt
duo.p̄mū ꝙ deus eſt ſūme felix ⁊ beatus.2m eſt ꝙ deus eſt
eſſentialr̄ viuēs ⁊ vita.Ad p̄mū pꝛeaccepit:quomodo p̄mū
mobile ⁊ nos ſumus felices:aliquo mō ſimiles aliquo mo-
do diſſimiles.Secundo pꝛeaccepit quomodo intellectꝰ no
ſter efficitur felix.⁊ quo oꝛdine pꝛocedit ad illam. Tertio
accepit quomodo efficit̄ actu beatus operans ⁊ intelligibi-
lis.Hec ergo ſunt hic contenta.

Cō.39m. ¶ Dicit Ariſtoteles.]Auerroes aliter videt̄ introducere lite
ram q̄ꝫ nos.videt̄ ergo Auerroi Ariſtotelem in illa parte.
[Qm̄ ⁊ delectatio actus eſt huius ⁊c̄.]Uelle pꝛobare ꝙ vo
luptas ſimplr̄ eſt ſolum actio pꝛimi p̄ncipij.nos enim dele-
ctamur ⁊ deus delectat̄.nos qdem delectamur ſed non vo-
luptate ſimplr̄ dicta:deus ꝟo delectat̄ voluptate ſimplr̄.⁊
hec eſt Auerrois itroductio.Qꝛ ꝟo dei ſit ſimpliciter actio
voluptas oſtendit hoc modo.pꝛimo ſupponendo ꝙ ipſa in
tellectio rei cauſat voluptatem in intelligente. 2o ſupponen
do ꝙ intellectus voluptat̄ non inquātum eſt in potentia:ſꝫ
inquantum eſt in actu.¶ Ex his concludit ꝓpoſitum:ꝙ q-
dem intellectio ſit voluptuoſa perſpicuum eſt duplr̄. p̄mo
vigilia ſenſus ⁊ cognitio rerum nālium voluptuoſa ſunt: ⁊
hoc non niſi ꝓpter intellectionē. 2o/qꝛ ſpēs rei future ⁊ me
moꝛia rei p̄terite ſunt voluptuoſe ꝑꝑ compꝛehenſioneꝫ.nā
ſpēs ꝑꝑ compꝛehenſionem futuram:memoꝛie ꝑꝑ compꝛe-
henſionem preteritā:⁊ ſic perſpicua eſt p̄ma ſuppoſitio. 2a
etiam declarat̄.Nam intellectus noſter duplr̄ accipit̄.vno
modo vt in pon:⁊ ſic nō voluptuat̄:qm̄ res non voluptuat̄
niſi inquātum eſt in actu.Alio modo inquātum eſt in actu:
⁊ ſic voluptuat̄.nam inquātum in potētia non intelligit ſe.

Inquantum ꝟo actuat̄ ab intelligibili intelligit ſe: ⁊ ſic vo-
luptuatur.Addit autem Auerroes ꝙ inquātuꝫ actuatur ab
intelligibili:intellectus:intelligibile:⁊ intellectio:vnum ſūt
ſubiecto.differunt aūt rōne.Dr̄ qdem intellectio inquantuꝫ
eſt quo appꝛehendit ſe.Intellectus ꝟo:inquātum appꝛehē
dit.Res intellecta ꝟo:inquātum intelligitur. Ex his oibus
ſumendum intellectum intm̄ delectari inquātum intelligit
ſe:⁊ intelligit ſe inquātum actuatus, actuat̄ ꝟo inquantum
recipit intelligibile ⁊ vnum fit cum eo. ⁊ hec ſunt duo que
accepit.Addit modo 3m.vꝫ qualr̄ eſt deus felix.nam ſi itel-
lectus noſter felix eſt ⁊ in ſūma voluptate qn̄ denudatur a
potentia:⁊ deus ſemꝑ eſt denudatus a potentia:⁊ ſemꝑ exi-
ſtens in actu.ergo felix ē ⁊ ſūme felix ⁊ ſic mirabilis ⁊ ſum-
me mirabilis.[Et Alexander dicit.]¶ Hic Alexander ſol-
uit arduam queſtionem:vtrum.ſ.in p̄mo p̄no ſit delectatio.
nam multis argumentis videt̄ ꝙ nō.p̄mo qꝛ delectatio eſt
accn̄s ⁊ deo nihil accidit. 2o/qꝛ delectatio ⁊ triſtitia habent
fieri circa idem:ergo ſi in deo non eſt poſſibile ineſſe triſti-
tiam neqꝫ delectationem poſſibile eſt ineſſe.regula eſt ſecū
di topicoꝝ.⁊ Auerroes vtit̄ ea cōmento.51. Tertio videt̄
ꝙ in eo nō debeat eſſe ſūma delectatio:qꝛ comparatio fit in
his que ſunt eiuſdem generis.conſtat aūt deuꝫ in nullo eſſe
genere.Ariſto.aūt dixit ↄtrium.¶ Breuiter videt̄ ꝙ in deo Solutio.
ſit delectatio ⁊ ſūma delectatio.ꝙ quidem in deo ſit ὀlecta-
tio:ſtatim ꝑſpicuū erit per declarata in ethica ⁊ hic.dictum
eſt enim delectationem conſiſtere circa actuꝫ ⁊ operationē:
⁊ per ↄn̄s quomodo deus ſit in actu:videt̄ ipſum eē in opa
tione ⁊ delectatione.qđ ꝟo ſūma delectatio declarabit̄.nā
per quātuꝫ res cadit a potentia per tm̄ cadit a triſtitia:⁊ ac-
cedit ad delectationem.nam potentia eſt cā triſtitie ⁊ actus
cauſa delectationis:vt Ariſt.dicit ⁊ pꝛobauit per exēplum
de vigilia ⁊c̄. Sed deus eſt in actu per eſſentiam ⁊ intelle-
ctus noſter per participationeꝫ.ergo deus eſt in ſūma dele-
ctatione:⁊ huius confirmatio eſt.Qm̄ deus intelligit per eſ-
ſentiam ⁊ non per potentiaꝫ precedentem actum:⁊ pꝛopte-
rea deus eſt in ſūma delectatione in quali intellectus nō eſt
qn̄ eſt factus in actu.¶ Alexander ergo rn̄det ad qōnem ⁊
vult ꝙ delectatio ſequat̄ compꝛehenſionē ſicut vmbꝛa coꝛ-
pus. Quotuplex ergo ē compꝛehēſio:totuplex ⁊ voluptas.
eſt aūt vna compꝛehenſio cui non rn̄det oppoſitum.ſ.igno-
rātia:vt dei ſcia:ergo ⁊ delectationi tali nō rn̄debit triſtitia
ↄn̄s ad ignoꝛantiam.Erit ergo duplex ignoꝛantia.ſ. habens
ↄtrarium ⁊ carens ↄtrario.In deo ergo eſt delectatio. p̄mo
modo ⁊ non ſcḋo modo:⁊ ſic dici pōt delectatio equiuoce ⁊
q̄ſi metaphoꝛice.⁊ hoc pacto ſolue tu argumenta.[Et dicit̄
de eo vita.]Oſtendit nunc vitam ieſſe ſibi:⁊ ꝙ ſumma vi-
ta ꝙ quidē vita inſit ei perſpicuum.nam itelligit.vt eni di-
citur ſcḋo de aia aliqđ multifariam viuere dicimus: quoꝛū
eſt vnum itelligere.Qꝛ ꝟo ſūma vita viuat:oſtēdo.nam in-
telligere eſt optimū viuere:ergo qđ eſt purus intellectꝰ:erit
optima ⁊ ſūma vita:⁊ ꝓpterea deriuata eſt ab eo omnis vi-
ta.his quidem clarius:his ꝟo obſcurius:vt dr̄ p̄mo celi. Ex
his ↄcluditur definitio. Eſt enim deus ſapiens atqꝫ in vlti-
ma delectatione ſemper conſtitutus perfectiſſima vita vi-
uens.[Et hoc putauerunt.]¶ Auerroes hic digreditur cō- Digreſſio
tra duas poſitiones dictas de deo.pꝛima fuit antiquoꝛum.
nam antiqui videntes in deo reperiri hec tria.ſ. ſapientiam
amoꝛem ⁊ vitam ſeu eſſentiam:in deo poſuerūt trinitatem
ſubſtantiaruꝫ.Itaqꝫ voluerunt in deo eſſe tres ſubas.ſ.ſub
ſtantiam vite:ſubſtantiam ſapiētie:⁊ ſubſtantiam amoꝛis.
hec enim nō poterāt eſſe accidentia:qm̄ deo nihil accidit.⁊
cum ↄ eos dr̄:ergo deus erit compoſitio quedā. Reſponde
bant credentes euadere deum eē trinum ſubaliter ⁊ vnum
ↄgregatiōe.h̄ poſitio fuit antiquoꝝ.[Et neſciuerūt.]¶ Cō
tra hos arguit Auer.nam ſi ſuba eſt numerata:ita ꝙ deꝰ ſit

UVA. BHSC. IyR_143_1

congregatio trium ſubſtãtiarum realiter diſtinctaruꝫ:deus erit vnum per vnam intẽtionem.i.vnam formã additaꝫ illi ꝯgregato vt miſtum ẽ vnũ ꝑpter vltimam formã miſtionis que eſt forma ſpecifica.⁊ hoc eſt manifeſtum.nam omne vnum per ſe eſt vnũ ab vna forma:⁊ ſic ſeqtur in deo eẽ compoſitionẽ:⁊ per ꝯñs ipſe nõ erit eternus.[Et dicit Alexander.] Narrat aliam poſitionẽ.qdam enim euitantes h̃ argumentum dixerunt illa tria eſſe tres diſpõnes additas eſſentie dei:⁊ per ꝯñs voluerunt illa tria eſſe tria accidẽtia abſoluta addita eſſentie . hec eſt ſcõa poſitio addita in lege maurorum.[Quapropter.] ℂ Contra arguit.nam quando deus ſit vnus ⁊ non ꝑpter aliquã illaꝝ diſpõnum.ergo eſt vnum ꝑpter aliam diſpõnem ⁊ formã ſubalem additã eẽntie:⁊ illis diſpõnibus. [Et vtriqꝫ.] ℂ Tunc arguit contra ambas inſimul.nam oẽ cõpoſitum eſt nouum ⁊ vtriqꝫ diſpõni accidit cõpoſitio.ergo vtraqꝫ diſpõ eſt noua . [Et ſi dicat.] ℂ Rñdet qs deum eſſe cõpoſitũ ⁊ cõponentia eius nõ cõponi ꝑpter agens colligans illa ſed eẽ cõpoſita ſemꝑ ⁊ a nullo. ℂ Contra hoc arguit.nam ſi aliqua componerentur per ſe:tunc exirent de potentia ad actum per ſe:⁊ mouerent̃ ſine motore per ſe.ꝯñtia tenet ſuppoſito ꝙ quecunqꝫ cõponunt aliqð vnum in ſe ſint prius diuiſa.vt Ariſt. p̃mo celi declarauit.⁊ tunc ſequitur deductio Auerrois . Debes ſcire ꝙ quidam ⁊ nos longo tꝑe credimus Auerroem contradixiſſe chriſtianis ⁊ mauris ⁊ iudeis:⁊ certe non eſt ita:⁊ ꝑpterea debes ſcire ꝙ chriſtiani dicunt.primo in vnitate eſſentie dei ſtare trinitatem ꝑſonarum:ita ꝙ volunt deũ eſſe trinum in ꝑſonis ⁊ vnum in eſſentia . Dicunt 2° ꝙ perſone nec ſunt tres ſube nec tria accñtia : ſed addunt eſſentie tres relationes qbus ꝯſtruunt̃ tres ꝑſone que qdem cõparate ad eſſentiam ſunt ſube ⁊ trãſeunt in ſubam.Comparate ꝟo inter ſe differunt re.nõ qdem abſoluta ſꝫ relatiua.Et ex his tollit̃ obiectio Auerrois.naꝫ ſi trinitas eſſet in deo:vel quo ad ſubas:vel quo ad diſpõnes abſolutas additas:in eo eſſet compoſitio . tñ ſi ibi eſt ſolum trinitas relationum : nec ibi erit compoſitio:nec ibi aliqd noui.Auerrois ergo contradicit antiquis ⁊ mauris . antiqs qdem pro quanto poſuerunt trinitatẽ ſubarum.mauris ꝟo pro quanto poſuerunt trinitatem diſpoſitionum abſolutarum.Conſtat aũt chriſtianos nullum hoꝝ ponere:⁊ ꝑpterea nõ chriſtianis ſed antiquis ꝯdicere vr̃.Sed vr̃ in dictis Auerrois cõtradictio.nã Auerroes ſumit ꝯtra hos hanc vl̃em.omne compoſitum eſt nouum.Sed hec videt̃ contra ipſuꝫ.nam celum eſt cõpoſitũ ex intelligentia ⁊ orbe:⁊ ex q̃titate ⁊ ſuba:ergo nouum.Cuius oppoſitũ per ipm̃ ꝯſtat. ℂ Amplius rõnalis anima eſt compoſita ex itellectu agẽte ⁊ poſſibili:⁊ tñ eſt eterna. Joãnes fingit verbum phi eſſe intelligendũ de nouitate in ſe vl' quo ad accidentia.⁊ ſic vult ꝙ omne compoſitum ſit nouũ: vel quãtum ad ſubam vel quãtum ad accñtia.⁊ ſic eſt celũ. eſt enim nouum ꝺm vbi diuerſa.Sil'r ⁊ rõnalis aia eſt noua quo ad accidentia.Aut põt etiam dici Auerroem intelligere de compoſito ex p̃ncipijs tranſmutabilibus cuiuſmodi nõ eſt in ꝓpoſito:naꝫ neqꝫ celum neqꝫ aĩa rõnalis ſic cõponit̃.Sed pace eius nulla harum eſt in ꝓpoſito ad mentẽ Auerrois.p̃ma qdem:non qm̃ Auerroes arguit contra eos: qui dixerunt aliqua eſſe componibilia per ſe hoc modo:qa tunc extraherent ſe abſqꝫ motore:⁊ conſtat ibi nõ loqui de variatione in accidente:qm̃ id non eſſet inconueniens.2ª ꝟo minime:q² tunc peteret p̃n^m q² ſupponeret ꝑtes componẽtes deum eſſe tranſmutabiles ⁊ hoc petebat. Uidetur ergo mihi ſaluo meliori iudicio pro nunc verbum Auerrois eẽ intelligendum.vt dicit ipſe in libro.d.d.hoc modo:ꝙ omne compoſitum eſt nouuꝫ hoc eſt dependens. ⁊ hoc modo hꝫ intentum.nam celum ſi eſt compoſitum eſt nouum hoc eſt dependens.Simil'r ⁊ ſi rationalis anima ſit compoſita (vt credit Joãnes) eſt noua hoc eſt dependens.⁊ hoc modo hꝫ Auerroes contra eos:nec aliter intelligere debes ſi ꝟba ſua ſunt vl'iter vera.debes ſcire ꝙ Auerroes in libro d̃ſtructio deſtructionũ.diuiſiõe 5ª.in ſol'one dubij tertij narrat põnẽ chriſtianoꝝ.⁊ dicit aliter q̃ꝫ hic dicit:⁊ ꝓponit ſe vere ꝯtradicere illi alibi:⁊ tu vide eum ⁊ intelliges qũo hic non ꝯdicit chriſtianis ſed bñ ibi.[Et ſic eſt intelligendũ.] Oſtendit nunc qualis multiplicitas ſit in deo ⁊ qualis diuerſitas. naꝫ negare non poteſt qn de deo plura dicant̃ nomina. dr̃ eniꝫ viuens:ſapiẽs:⁊ amans:⁊ multis alijs modis.⁊ ſic in deo vr̃ eſſe diuerſitas:⁊ qm̃ deus eſt ſimplex ⁊ ſumme ſimplex vt predixit:videt̃ ꝙ ſint in eo diuerſitas ⁊ ſimplicitas.⁊ ꝑpterea qualiter hec deo inſint:dicenduꝫ reſtat.⁊ p̃mo loquitur de diuerſitate.Dicit ergo p̃mo ꝙ deus dicit̃ vnus ⁊ viuẽs. Sed hec non dicunt diſtinctionem realeꝫ:ſed rõnis qm̃ ſũt vnum in re ⁊ duo in rõne.Dicit 2° nõ ita idem q² ſignat idẽ omnibus modis.ſ.ꝺm rem ⁊ modum ⁊ reſpectu eiuſdem ſicut ſignat noĩa ſynonyma:q² fruſtra laboraſſet Ariſtoteles in ꝓbando hec.Dicit 3° ꝙ non ſignat idem ſicut principale hoc eſt abſtractum ⁊ ſumptum hoc eſt concretum . q² ſumptum hoc eſt ꝯcretum ſignat illud qð pricipale ⁊ magis.dicit enim formã ⁊ ſubm̃ cuius exẽplum eſt,nam vita ſignat formam abſolute ⁊ non ſubm̃:viuum ſignat formaꝫ in mã hoc eſt ordine quodam vtrũqꝫ:q² principaliter forma ⁊ ſecundo ſubm̃.vt qnto huius dixit cõmento.14.contra Auicẽnam.[He igitur.] ℂ Concludit corollarium ad dicta.ſ.qũo differunt modi ſignificandi in reb⁹ mãlibus ⁊ in abſtractis: ⁊ dicit.he igit̃ ſunt poſitiones hoc eſt modi ſignificationum nominum in eis que ſunt forme in mã.nam in illis ſunt ille tres differentie dicte ſynonyma:ꝯcretum ⁊ p̃ncipale:⁊ differentia rõne.Jn eis autem que ſunt forme non in mã:diſpoſitio hoc eſt predicatum ⁊ diſpoſituꝫ:hoc eſt ſubm̃ reducuntur ad vnum in eſſe ⁊ duo in ꝯſideratione:cuius cãm dicit: q² vna met eſſentia eſt p̃dicatum ⁊ ſubm̃.nam illa vt poſita eſt ſubm̃:vt diſponens ſemet eſt predicatuꝫ quare ſubiectũ ⁊ predicatum erũt vnum in eſſe ⁊ duo in intentione . quare ſaltem predicatũ differt a ſubiecto rõne. [Sed tñ.] Oſtendit ꝙ ſimplicitas inſit deo:vbi debes ſcire ꝙ in ꝓpõne cathegorica necĩa per ſe:vt hõ eſt aial:p̃dicatum ⁊ ſubiectum differunt realiter:ſed nõ in eſſe:qm̃ aial ſumit̃ a forma alia a qua ſumit̃ homo:ſed hec ſunt vnũ in eſſe:q² vnũ ab altero ſeꝑari non põt:⁊ ideo ſunt duo in potentia intellectiõis. pro quãto intellectus põt intelligere illa duo deo attributa ſeorſum.[Jntellectus eni.] ℂ Cõtra.qm̃ itellectus ĩtelligit rem ſicut eſt:ſed res non ſunt in eſſe diuerſe: vt hõ ⁊ aial : g̃ non poteſt illa ſic itelligere.Reſpõdet ꝙ intellectus nõ tm̃ eſt natus diſtincte itelligere ꝯgregata in eſſe ſed congregata in re:q² eſt natus diuidere omnia ſeꝑabilia vt formã per ſe ⁊ mãm per ſe:⁊ formã per ſe a compoſito ex mã ⁊ forma:⁊ huius nulla cã eſt niſi q² intellectus. [Hec igit̃ diſpoſitio.] ℂ Concludit nunc quales ꝓpõnes ſunt in rebus mãlibus: ⁊ vult ꝙ qñ itellectus cõponit in illis predicatum cũ ſubiecto:vtpote formã cum compoſito:vt homo eſt aial:vel formã cum hñte formã vt corpus eſt albuꝫ:tunc intelligit illa adunata ⁊ diuerſa modis diuerſis.adunata qdem inquantum ꝯiungit p̃dicatum ⁊ ſubm̃.diuerſa ꝟo inq̃ꝫtum itelligit deferens hoc eſt ſubm̃ eſſe aliud a delato hoc eſt predicato. Ex his vult hẽre ꝙ cã totalis q̃re in rebus mãlibus ſubm̃ differt a predicato eſt eſſe in mã.nam rõne mãe ſubiectuꝫ ſubeſt:⁊ rõne forme predicatũ diſponit.ergo ſubiectũ a mã predicatũ a forma ſument̃.[Cum aũt.] ℂ Oſtendit modo qũo in rebus abſtractis a mã ſubm̃ ⁊ p̃dicatum nullo modo differũt.⁊ huius cãm dicit:q² nullus eſt modus quo pñt diſtingui:q² tota cã fuit eſſe in mã : ergo vbi nõ eſt mã non erit diſtinctio.arguo g̃ ſic:que diſtinguunt̃ ſũt in materia:vt

UVA. BHSC. IyR_143_1

p̄dixit per ꝯuerſionem per ꝯtrapoſitionem que non ſunt
in mā non diſtinguunt̄.[Et qm̄ itellectus.] ¶ Soluit dubi
um.nā ſi nulla eſt dr̄ia inter p̄dicatum ⁊ ſubm̄ in ꝓpōnibus
abſtractoꝝ: ergo ſubm̄ ⁊ predicatum ſunt ſynonyma. Re
ſpondet ⁊ vult ꝙ illa duo non ſunt noīa ſynonyma:ita ꝙ ꝓ
poſitio ſit ẜm nomē:vt hec tunica eſt veſtis:⁊ nō ẜm inten
tionē vt hec hō eſt rōnalis. Sed intelligit ea duo eſſe dr̄ia
ẜm aſſimilationē:ita ꝙ in talibus accipit duo:quoꝝ ꝓpor
tio adinuiceꝫ alterius ad alteꝝ eſt ſicut ꝓportio p̄dicati ad
ſubm̄:⁊ ex eis componit ꝓpōnem cathegoricā in illis.vult
ergo Auerroes p̄dicatum ⁊ ſubm̄ in abſtractis nō dici niſi
metaphorice ⁊ per ꝓportionem:qꝛ ſubm̄ ꝓprie vel eſt mā
vel ſumit̄ a mā. p̄dicatum ꝟo vel forma vel ſumit̄ a forā.
⁊ qꝛ in eis totū eſt forma: ideo nō pn̄t hec duo inueniri niſi
metaphorice. ⁊ ſic ꝓpoſitio in illis.⁊ his vr̄ fere equiuoce.
[Et nullam]. ¶ Adhuc dubitabis ſi nulla eſt differentia in
re:vn̄ eſt differentia inter predicatū ⁊ ſubm̄. Reſpondet ⁊
dicit p̄mo nullam eſſe dr̄iam inter ea oīno niſi ẜm acceptio
nem.nam idem re accipit diſpoſitū:hoc eſt ſubm̄ ⁊ diſpōnē
hoc eſt predicatum. Dicit 2° ꝙ ideo intendit multitudinem
ẜm acceptionem qꝛ intellꝰs pōt intelligere:idē his duobus
modis ẜm ſil̄itudinē ad ꝓpoſitioneꝫ cathegoricam in rebꝰ
cōpoſitis:ſicut multa itelligit per ſil̄itudineꝫ:vt mām in cō
paratione ad ſubm̄:⁊ ſic intellectus verificans hanc: hō eſt
viuens vel hō eſt ſapiens per attributionē trāſumit hec in
deo:⁊ hac de cauſa dicuntur attributa.[Et ſi intellectus.]
¶ Probat hoc per impoſſe hoc mō:ſi intellectus non acce
piſſet. In iſtis cōpoſitis diſpōnē ⁊ diſpoſitum: hoc eſt pre
dicatuꝫ ⁊ ſubm̄:nō poſſet itelligere nās eoꝝ nec declarare.
naꝫ cognitio illoꝝ eſt ex ſenſibilibus hoc mō.[Et magna.]
¶ Concludit q̄lis multiplicitas ſit in deo ⁊ facit enthyme
ma hoc pacto:que differunt re ⁊ rōne:plus differunt q̄ꝫ que
rōne tm̄:ergo multiplicitas attributoꝝ in deo differunt rō
ne tm̄ ⁊ non re.tenet ꝯn̄tia:qm̄ ea differunt ꝓpter eē in mā.
hec que differunt rōne tm̄:differunt ꝓpterea qꝛ ſumuntur
a differentibus mā. ¶ Ultimo Auerroes addit verbū Ale
xandri.nā Ariſtoteles dicit intellectū nō intelligere ſe.con
tra arguit:qꝛ viſus videt ſe in ſpeculo:g̊ ⁊ intellectus.⁊ ꝓpte
rea vult ꝙ Ariſtotelis verbū intelligat̄ recte ⁊ ad bonū ſen
ſum:⁊ nō ponit q̄lis ſit ille ſenſus. Tunc adde ꝙ intellectꝰ
intelligit ſe per ſpēs alioꝝ ⁊ non per eſſentiā ꝓpriā. Debes
ſcire ꝙ tota ſnīa Auerrois in hoc ꝙ attributa in deo nō ſint
ſynonyma eſt:qꝛ lꝫ ſubm̄ ⁊ p̄dicatum in deo non differunt.
ſumunt̄ tamen a differentibꝰ que ſūt in cōpoſitis: ergo non
ſunt ſynonyma.qꝛ igit̄ ſumunt̄ a differentibꝰ: ꝓpterea dif
ferunt.⁊ ſi dices vel illi dr̄ie:rn̄det aliqd in re vel nihil dicē
dum ꝙ illi rn̄det aliqd in re:ſed nō in re dei: ſed in re cāta
a deo per quā deum itelligimꝰ:⁊ hoc ſatis ad hoc ne illa dif
ferētia nō ſit ficta.pōt hec opinio ꝓbari multis rōnibus.vt
in libro.d.d.diuiſione 5ª in ſolōne ad vltimum.ſed pro nūc
ꝓbat̄ primo:qꝛ quecunqꝫ ſunt in aliquo ſunt in eo per mo
dum eiꝰ.vt 3° de aīa cōmento 5°.ſed deus eſt ſūme ſimplex
⁊ ſūme idem:ergo quecūqꝫ ſunt in eo ſunt in ſūma ſimpli
citate ⁊ idētitate.ergo in eo nulla pōt poni diſtinctio extra
aīam.ſcd̄o in p̄ncipio diuerſitatis:quecunqꝫ ſibi inherentia
ſunt diuerſa:ita in p̄ncipio identitatis ⁊ vnitatis quecūqꝫ in
ſunt debent eſſe vnum ⁊ idem:quare in deo oīa inexiſtētia
ſunt idem ⁊ per ſe vnum. Sic igitur illi diſtinctioni nihil re
ſpondet ex parte dei. Sed ex pte cauſati ab eo bene reſpon
det.⁊ propterea non eſt ficta.

Quicūqꝫ aūt putant:vt pithagorici ⁊
Speuſippus:optimum nobiliſſimū
nō in principio eſſe.ꝓpter ⁊ plantarū
⁊ aīaliū principia cās eē qdeꝫ:bonū
ꝟo ⁊ ꝑfectum in his que ex his:nō recte exiſti
mant.nam ſperma ex alteris eſt prioribus per
fectis:⁊ primū nō eſt ſperma ſed ꝑfectum:vt
priorem hoiem dicat aliqs eſſe ſpermate:non
qui ex hoc fit:ſed alterum ex quo ſperma.

¶ Quāta ſit ꝑfectio primi p̄ncipij:iam ex hiſce potes recipe
re. Nunc ꝟo qꝛ ſunt qdaꝫ ⁊ magni qui dicūt oppoſitū:ideo
narrat alioꝝ poſitiōes.dicūt ergo qdam vt Pithagorici ⁊
Speuſippus Platonis nepos in p̄n° nō eſſe aſcribendū op
timum ⁊ p̄clariſſimū:ſed potius principiatis.⁊ hoc per hāc
inſtantiam.nam p̄nª animaliū ⁊ plantaꝝ ſunt cauſe:⁊ tamē
bonitas ⁊ ꝑfectio nō his cauſis aſcribunt̄ ſed cauſatis ab il
lis.nam ſperma eſt imꝑfectius aīali ⁊ ſemen eſt imꝑfectius
plātis. Per hanc inſtantiam volūt hēre ꝑfectionē eſſe aſcri
bendam p̄ncipiatis ⁊ non p̄ncipijs.hoc ꝓponit.d. quicunqꝫ
aūt putant vt Pithagorici ⁊ Speuſippus optimuꝫ nobiliſ
ſimum nō in p̄ncipio eſſe:cuius cām ſubſcribit.d. ꝓpter p̄n
cipia qdem aīalium ⁊ plantarum cās eē.bonuꝫ ꝟo ⁊ perfe
ctum in his eſſe que ſunt ex his:hi nō recte extimant. hec ē
poſitio ⁊ fundamentū pōnis.obijcit Ariſtoteles ⁊ reſpōdet
ad inſtantiā illam:vbi debes ſcire ꝙ dupl'r peccant ⁊ in for
ma ⁊ in mā. In forma qdem:qꝛ ex vna ſingulari nō ſeqtur
vl'is.lꝫ eni in his eſſet ita:nō tm̄ in oībus eſſe ita opꝫ. In mā
ꝟo:qm̄ p̄nᵐ ꝓprie nō eſt in mā ſperma in aīalibꝰ vel ſemen
in plantis:ſed aīal:ex quo fuit ſemen vel planta prior a qua
fuit ſemen. Ita ꝙ ſi totius congregationis hominum datur
p̄ncipium ſimpl'r ⁊ ꝯceditur apud multos:illud non ē ſper
ma ſed homo:a quo ſperma. propter quod nos diximꝰ ho
mineꝫ p̄mo fuiſſe ⁊ poſtea ſemen eius. Ariſtoteles ergo tan
gens ſolum peccatum in materia dicit:nam ſperma ex alte
ris eſt prioribus perfectis vt ſperma animalium ex anima
libus:⁊ ſemina plantarum a plantis.⁊ p̄mum ſubaudi ſim
pliciter nō eſt ſꝑma ſed ꝑfectum:vtpote aīal vel planta:vt
ſupple ſiqs dicat priorē hoiem eſſe ſpermate:non dicet euꝫ
qui ex hoc ſpermate fit:ſed alteꝝ hoiem ex quo ſperma.Ec
ce ergo qūo peccat argumentum in materia.

Quod qdem igit̄ ex ſuba quedā ſem Cō.40. ꝑſpicuuꝫ eſt.
piterna ⁊ imobilis ſeꝑata a ſenſibili
bus:manifeſtuꝫ eſt ex dictis. Oſten
ſuꝫ eſt aūt ⁊ qꝛ nō ꝯtingit hēre hanc
ſubam magnitudinē vllā. veꝝ ſine ꝑte indiuiſi
bilis eſt.mouet eni per infinitū tp̄s.neqꝫ auteꝫ
hꝫ ⁊ potētiā ifinitā finitū. Qm̄ aūt oīs magni
tudo vel finita aut infinita.finitā qdem ꝓꝑ hoc
vtiqꝫ nō hēbit magnitudinē. Infinitā ꝟo non:
qꝛ total'r nulla eſt ifinita magnitudo. At ꝟo ⁊
qꝛ ipaſſibilis ⁊ inalterabilis.oēs enim alij mo
tus poſteriores ſunt eo qui eſt ẜm locū:hec q
dem igit̄ manifeſta qꝛ hunc modum habent.

¶ Epilogat que nunc dixit ⁊ que alibi dixit per modum epi
logi:etiam nunc adijcit dicit:ꝙ quideꝫ igitur eſt ſubſtantia
quedam ſempiterna ⁊ imobilis ſeparata a ſenſibilibus:ma
nifeſtum ex his nunc dictis:que ꝟo alibi.vt in 8° dixit. nūc
repetit ⁊ oſtendit ꝙ hec prima ſubſtantia eſt incorporea.⁊
p̄mo ꝓponit rem ⁊ inquit. Oſtenſum autem ⁊ qꝛ non ꝯtin
git habere hanc ſubſtantiam magnitudinem vllam verum
ſine parte indiuiſibilis eſt.hec eſt concluſio ⁊ ſyllogiꝫat hāc
ſic: quod mouet infinito tempore non eſt in magnitudine:
ſed prima ſubſtantia mouet infinito tēpore:ergo non eſt in
magnitudine corporea.huius dedit minorem tm̄.d. mouet
enim

UVA. BHSC. IyR_143_1

enim per infinitum tp̄s:neq̨ aūt finitū h̨ ⁊ potentiaꝫ infi/
nitam.cur addat hāc ſcđam ꝓpōnem:ſtatim ſubſcribit:pōt
quis dicere ꝙ lꝫ nō hēat magnitudinē finitā:hꝫ infinitaꝫ:⁊
propterea oñdit ipſaꝫ nullā hr̄e.⁊ dicit.Qm̄ aūt oīs magni
tudo aut finita eſt aut infinitā.finita ꝗdem ꝑꝑ hoc.ſ.ꝗa mo/
uet infinito tp̄e non habebit magnitudinem.nā vt dicemus
in cōmento oīs virtus in magnitudine finita eſt corruptibi
lis ⁊ finita in tempore.infinita ꝟo non:quia totaliter nulla
eſt infinita magnitudo.vt.3.phyſicorū diximus.Ex his ſyl/
logiça ſic.nullum mouens tempore ifinito eſt in corpore:ſꝫ
prima ſub̄a eſt mouens tempore infinito.ergo prima ſub̄a
non eſt in corpore.Hoc gͦ eſt ꝺm qđ reperyt.repetit ⁊ 3° ꝙ
prima ſub̄a ſit impaſſibilis ⁊ inalterabilis:⁊ hoc ꝓponit.d.
at ꝟo ⁊ ꝗa ipaſſibilis ⁊ inalterabilis:cuius cāꝫ dicit.nā oēs
alij motus poſteriores ſunt eo qui eſt ꝺm locuꝫ.ex hoc vult
habere p̄mam ſub̄am nullo alio motu poſſe moueri:ꝗa ſi
nō mouet p̄ motu.gͦ nec poſterioribꝰ motibus moueri digͫ
eſt:⁊ tunc breuiter epilogat totuꝫ.d.hec ꝗdem igiť manife/
ſtum ꝗa hunc motum habent vt longo ſermone dixit.

Cō.41. ¶ Facit rememorationem.] Cōmentum iſtud diuidiť:ꝗa p̄
exponit textum.2° ibi [Joānes Grāmaticus.] Digrediť.ſed
prima pars videť perſpicua.tñ volo duo notare:quoꝝ p̄ͫ
eſt ꝙ Auerroes alr̄ format ſyllm̄ ꝙ̄ nos.naꝫ ipſe format in
ſcđa figura hoc mō:oē corpus aut potētia in corpore eſt fi/
nitum:ſed primus motor non eſt finitus.gͦ nec eſt corpꝰ nec
virtus in corpore:mīor poniť ibi [Mouet enim.] Maior
ꝟo ibi [Neq̨ autēꝫ.] Et ſic nihil in lr̄a eſt ſuꝑfluū.maior ꝑ/
ſyllogiçatur:ꝗa omne corpus vel eſt finitū vel infinituꝫ:ſed
finitum eſt finitū ⁊ infinitū nō eſt.gͦ omne corpus vel v̄tus
in corpore eſt finita.Qm̄ oē corpus eſt finituꝫ ⁊ oīs magni
tudo finita eſt corpus ꝗa ifinitū nō dať.Componiť gͦ ſylls
ſic.oē corpus finitū eſt finitum ⁊ oē corpus eſt finitū:ꝗa in
finituꝫ nō dať.gͦ oē corpus eſt finitū que erat maior.2ͫ ꝟo
eſt ꝙ Auerroes facit taleꝫ ꝯñtiam:ſi in corpore finito fue/
rit potentia infinita:cōtingit corpus illud moueri in inſtāti
hanc ꝯñtiam in.8.phyſicoꝝ.cōmēto.71.declarauit:⁊ in lib.
de ſub̄a orbis ⁊ pōt declarari a p̄mo ad vltimuꝫ hoc mō:ſi
virtus infinita eſt in corpore.gͦ eſt corruptibilis:ſi corrupti
bilis.ergo hꝫ ꝯ̄riū:⁊ ſi hꝫ ꝯ̄rium.gͦ opꝫ tēpore ifinito reſiſte/
re illi ꝯ̄rio:ne ab eo corrūpať:⁊ ſi reſiſtit ꝯ̄rium tp̄e infinito.
ergo erit infinita in vigore ⁊ potentia:ſi infinita in vigore ⁊
potentia.ergo mouet in nō tēpore:⁊ per ꝯñs a p̄mo ad vlti
mum/ſi virtus eterna ſit in corpore:illa mouet in nō tēpo/
re.ſumit enim inſtās per nō tēpore qđ dico ꝓpter ſophiſtas
de quo als̄.hec igitur continentur in expōne litere.[Joan/
nes Grāmaticus.] ¶ Hec eſt digreſſio in qua p̄mo mouet
qōnem que ſic cōponiť.oē corpus per Ariſtoteleꝫ hꝫ potē/
tiam finitam:ſed celū eſt corpus.gͦ celū hꝫ potētiā finitam.
vltra/oē qđ habꝫ potentiā finitā eſt corruptibile.ſed celum
habꝫ potentiam finitā.gͦ celum eſt corruptibile.hec qđ eſt
falſa.ergo aliqua ꝓpoſitionuꝫ ⁊ diſcurre per oēs nō niſi ꝑꝑ
illam.vꝫ.omne corpus hꝫ potentiā finitā:⁊ per ꝯñs hec eſt
falſa.[Si igitur.] ¶ Refellit hic reſponſioneꝫ tacitam.dr̄
enim cōmuniter ꝙ priuatio corruptiōis eſt acꝗſita in celo
a potentia abſtracta eterna:ita ꝙ celum ſui nā corruptibi/
le eſt:ſed eſt adeptum eternitatem a ſub̄a eterna ꝑſeruante
ipſum a corruptōe.¶ Cōtra arguit ꝗa ſi ſic tūc aliqđ poſſe
corrumpi nūꝙ̄ corrūpeť qđ eſt ipoſſibile ⁊ ſunt declarata
in primo celi.hec ſupponātur nunc ꝗa declarare eſſet tranſ/
greſſio.[Dicamus.] ¶ Soluit ergo aliter ⁊ dicit primo/di
camus igiť ꝙ mirū eſt de hoc qđ dicit ꝙ oē corpus habere
potentiam finitā eſt verū.nā hec maior eſt diſtinguenda et
non ſimplr̄ accipienda.Dicit 2° ꝙ potentia dr̄ multiplr̄.eſt
enim poª in ſubſtantia vt mā ⁊ alteratione vt alterabile ⁊
in vbi vt mobile.Relinquit potentiaꝫ ad quantitatē q: illa
eſt ſimul cum illa ad ſub̄am oē augumentabile in ſubſtan/
tia tranſmutať.Dicit 3° ꝙ hec ꝓpō Ar.vꝫ.oē corpꝰ hꝫ po/
tētiā finitā:nō eſt cōis oī corpori cuiuſcūq̨ potentie ſit:niſi
quādo poª intelligiť potētia in vbi.hec gͦ ꝓpō/oē corpꝰ hꝫ
potentiā finitā itelligiť de potētia ad vbi.quaſi dicat.ꝙ oē
qđ moueť:ex ſui nā finito tēpore moueť.[Qūo n.dicimꝰ.]
¶ Contra arguet ꝗs per ꝯuerſionem in terminis oīs poten
tia in corpore eſt finita.gͦ oē corpus hꝫ oēm potētiā finitaꝫ.
Rñdetur ꝙ hec non eſt bona cōuerſio nec in terminis:nec
in parte:nec per ꝯ̄poſitionē:⁊ ideo bñ pōt ꝯcedi eē potētiaꝫ
in corpore quecūq̨ ſit eſſe finitā.ſꝫ ꝙ oē corpus hēat oēm
potētiā ⁊ finitā:eſt falſuꝫ:nā corpus celeſte non hꝫ potētiaꝫ
niſi tm̄ in vbi vt dictū eſt.[Si igiť.] ¶ Contra adhuc ꝙ̄tū
ad potentiā qua mouetur:ꝗa cū potētia a qua moueť ſit in
eo vel igitur eſt finita vel infinita.Si infinita contingit mo
ueri in inſtanti vt deductum eſt 2° celi cōmento.38.⁊.39.ſi
ꝟo finita poſſibile eſt ꝗeſcere:qđ falſuꝫ eſt:nā moueť ſem/
per.Rñdet ⁊ vult ſuppoſitū eſſe falſuꝫ:vult eniꝫ ꝙ illa po
tentia a qua moueť non ſit in eo:⁊ ꝓpterea dicit gͦ non mo/
uetur a potētia exiſtere in eo ſꝫ a potētia ſeꝑata:que in nul/
lo ſubiecto eſt oīno.Eſt ergo ſolū ꝙ qđ ſupponit falſum.ſ.
potentiam a qua moueť eſſe in celo:illa enim non eſt in eo.
¶ Sed hic eſt cōtradictio:nā cōmēto.36.expreſſe dixit cō
trarium.voluit enim corpus celeſte eē aīatū ⁊ certuꝫ eſt ꝙ
non niſi aīa exiſtēre in eo:cuius oppoſituꝫ dicit hic.forte ꝙ
Auerroes loquiť de primo motore qui ꝗdē eſt cā ſempiter/
ni motus ſaltē vt finis.⁊ talē nullius orbis vult eſſe animaꝫ
vel potētiā ſed oīno ſeꝑatuꝫ.vel forte dici pōt ꝙ per eſſe in
corpore intelligit ꝯſtitui ꝑ corpus:⁊ per eē ſeꝑatū itelligit ī/
depēdēs a corpore ⁊ hoc modo poteſt res moderari.[Sꝫ
aliꝗs.] ¶ Replicat ꝯ̄ dicta 3° qm̄ potētia mouens primuꝫ
mobile eſt infinita mō ſiue intelligitur extra magnitudinē
ſiue in magnitudine cum ſit infinita ſemꝑ mouebit in non
tēpore.non enim vr̄ maior ratio de ipſo in magnitudine ꝙ̄
de ipō extra magnitudinē.[Et diſſolutio.] Rñdet ⁊ vult ꝙ
primuꝫ mobile duplicē habeat formā alterā.ſ.mobilem ꝑ
quam eſt tale.alterā cōem que eſt talis totius cōgregati ex
oībus orbibus ⁊ ſic motus diurnus componitur ex duplici
motore hoc eſt requirit duplicē motorē:alterū intrinſecum
qui eſt aīa eius ⁊ forma ꝓpria illius ⁊ hoc mō ab illo hꝫ mo
tionem finitā in tēpore que ꝗdeꝫ eſt terminata in velocita/
te.alterum ꝟo extrinſecuꝫ ⁊ cōem a quo hꝫ motionē infini
tam.[Cuꝫ dicere.] ¶ Remouet dubiū.nā dictū eſt a moto
re ꝓprio p̄mū mobile habere finitā motioneꝫ.a motore ꝟo
cōmuni hr̄e infinitam motionē.queret gͦ quid intelligit ꝑ fi/
nitateꝫ ⁊ ifinitatē in motibus:Rñdet ꝙ finitas ⁊ infinitas
in motibus accipiunť duplr̄.vno modo extenſiue hoc eſt ꝑ
duratione.alio modo intenſiue ꝑ velocitate vel tarditate ꝗ̄
inſeruntur ꝓpter proportionem motoris ad mobile.naꝫ ſi
motor ſupra mobile creſcit:augeť velocitas:adeo ꝙ ſi eius
potentia creſcat in infinitū:⁊ motus efficieť in nō tēpore et
infinitus in velocitate.vult gͦ dicere ꝙ tā motor cōis ꝙ̄ mo
tor proprius primo mobili ſunt infiniti extēſiue ꝯ̄ eſt in du
ratione.differunt ꝟo ꝗa motor cōmunis eſt infinitus in ꝗ̄li
tate/hoc eſt intēſiue ſed motor ꝓprius finitus.[Et ꝓpter di
uerſitateꝫ.] ¶ Probat hanc ſolōnē.naꝫ oēs aīe celoꝝ pñt
conſiderari duplr̄:vel quātū ad id in quo ꝯueniūt:vel quā/
tum ad id in quo differūt.Quātū ad id in quo ꝯueniūt:oēs
ſunt infiniti in extenſione ⁊ in duratione.Sed quātū ad il/
lud in quo ipſi differūt:ſic vnum celū moueť velocius ⁊ al
terū tardius.Eſt gͦ vis rōnis.Si motores corpoꝝ celeſtiuꝫ
non eſſent finiti in velocitate ⁊ intenſiue:tūc oēs mouerent
equalr̄:⁊ ſic nulla eſſet differētia in velocitate ⁊ motiōe:mō
hoc eſt falſum:videmus enim motus corporum celeſtium
diuerſari penes velocitateꝫ ⁊ tarditatē ꝓpter diuerſitatem



UVA. BHSC. IyR_143_1

ꝓportionū motoꝝ ad mobilia coꝝ.ergo oīa cōueniunt.ſ.
celum ⁊ motores quātū ad durationē eternā3 qa oīa ſunt li
berata a mā:ſed differunt penes dr̄ias ꝓportionu3 vt ſcis.
[Et hec eſt.] ¶ Scd̄o ꝓbat idem aucte Ariſt.2.celi textu
cōmenti.71.Jbi eni3 facit tale enthymema.Si orbi adde/
retur aſtrum aut non moueret aut tardius moueret.hec ꝙ
ꝯñtia valet vel ꝓpterea qa celum mouet cu3 pena ⁊ labo/
re ⁊ hoc nō:ergo qa deſtruit ꝓportio inter motorē ⁊ mobi/
le:nam aīa celi mouet celū ꝓpter determinatā ꝓportione3.
addito ergo aſtro additur ad ꝓportione3 reſiſtētie:⁊ ꝑ ꝯñs
tollit ꝓportio illa:⁊ per ꝯñs vel nō mouet vel tardius mo
uebitur.eſt autē regula hec ꝙ quanto potentia motoris eſt
maior:tanto velocius mouet.⁊ econuerſo quāto minor:tan/
to tardius:⁊ qñ potentia nō ſuperat reſiſtētia3:nullo modo
mouet.Et hec ꝯñtia declarata ꝑſpicuū eſt qualiter ad men
tē Ariſto.motores corpoꝝ celeſtiū ſunt finiti intenſiue:⁊ in
qualitate motus.[In corpore quide3 celeſti.] Quia accepit
celū ⁊ motorē celi eſſe eternos ⁊ nō finitos:declarat hoc de
celo ꝑmo.2° de motore.Et de ipſo celo arguit:qd̄ non hab3
ꝯ̄riū non h3 potētiā vt corrūpat hoc eſt mām:ſed celum
nō hab3 ꝯ̄riū.ergo nō h3 potētiā vt corrūpat.hoc eſt decla
ratum in ꝑmo celi ad longū.[Motus aūt.] ¶ Scd̄o decla
rat idem de motore celi ⁊ ꝑmo ſupponit ꝙ motus celi pōt
corrumpi per ſuā ſubam.nā h3 ꝯ̄riū vtpote quietē ⁊ omne
habēs ꝯ̄riū eſt corruptibile in ſuba.ergo motus pōt corrū/
pi in ſuba.Ex hoc arguit mot⁹ eſt corruptibilis:⁊ durat ſem
per:vel igitur a ſe:⁊ hoc mō nō:qa ſeipſo corruptibilis ē.ꝙ
op3 ponere aliquod ſempiternū qd̄ motū faciat perpetuū.
[Et ideo non eſt in celo.] Oſtendit qualis eſt motor faciēs
motū perpetuu3 ⁊ facit enthymema hoc modo:motus celi
eſt corruptibilis ⁊ hab3 ꝯ̄riū:ergo celum pōt quieſcere.ſed
nūꝗ̄ quieſcit.ergo op3 ponere motorē ſeparatū oīno a mā
⁊ a potentia tam in ſuba vt mā ꝗ̄ accidental'r vt a mā vbi:
⁊ alioꝝ accidētiū.[Et ideo dicit Ariſto.] Accepit motū celi
quātum eſt ꝓpter ſui ſubam poſſe deficere qa h3 ꝯ̄riū.ſ.ge/
tem.hoc ꝓbat auctoritate Ariſto.in.9.huius vt declarauit
Auerroes ibidem cōmēto.17.Jbi eni3 Ariſtoteles dixit nō
eſſe timendum celū qeſcere:mō timor eſt de poſſibili.ergo
poſſibile eſt celum quieſcere.[Et ideo non eſt.] ¶ Contra
arguit:nam tūc aliqd̄ eſſet poſſibile nō eſſe qd̄ eſſet neceſſa
riū qd̄ eſt contra Ariſto.ꝑmo celi.Rn̄det ⁊ ponit duo.Pri
mum in ſuba nihil eſt poſſibile ex ſe ⁊ neceſſariu3 ab alio.
2ᵐ in accidente poſſibile eſt aliquid eſſe poſſibile ex ſe ⁊ ne
ceſſarium ab alio:ꝑmū ꝓbat qa tunc nā contingens effice/
retur neceſſaria qd̄ patet eſſe falſum.2ᵐ patet ex motu.na3
motus ſ̄m ſe eſt poſſibilis nō eē ⁊ neceſſarius ab alio ⁊ cā3
huius dicit.Quonia3 motus eſt talis a motore ſepato.[Si
igitur motus.] ¶ Concludit tria.ꝑmu3 eſt ſi motus celi eſt
eternus:neceſſe eſt vt fiat a motore ſimpliciter imobili ⁊ ꝑ
ſe ⁊ per accidens.2ᵐ motus permanet ab alio.ſubſtātia ꝟo
a ſe eſt eterna.3ᵐ impoſſibile eſt in ſubſtantijs iuenire poſ/
ſibile ex ſe.neceſſarium ꝟo ab alio.[Omnis igit.] ¶ Pro/
bat ꝑmam ꝯñtiā:erat enim hec.ſi motus eſt eternus:opor/
tet vt fiat a motore neq3 ꝑ ſe neq3 per accidens mobili.ꝓ/
bet ꝙ nunc ꝯñtia:na3 ſi nō:det ergo oppoſitū ꝯñtis.ſ.ꝙ ta/
lis motor moueat per ſe vel per accidēs.arguo mō ſi mo/
uetur per ſe.ergo eſt corpus gñabile ⁊ corruptibile:ſi ꝑ ac
cidens:cum omne qd̄ per accidens mouet poſſit quieſcere:
qa omne per accidens mobile eſt virtus in corpore:⁊ ꝑ cō/
ſequens generabile:ſed motus celi nūꝗ̄ ceſſat.ergo motor
neq3 per ſe neq3 ꝑ accidens poteſt quieſcere:⁊ per ꝯſequēs
erit ſimpliciter imobilis.[Hec igitur.] Quia accipit omnē
potentiam mobilem per accidens poſſe quieſcere:declarat
hoc auctoritate Ariſto.nam Ariſt.in litera dicit omnis po
tentia in corpore eſt ſinita.vel dicit ſimile huic ⁊ vult dice/
re ꝙ eius actio eſt finita in tempore qa eſt mālis:⁊ per ꝯſe
quens corruptibilis.Dicit 2° ꝙ omne corpus in quo eſt po
tentia vt tranſmutatur in ſuba:neceſſario tranſmutabitur:
nec poteſt acquirere eternitatem ab alio:imo op3 vt tranſ/
mutetur:ſed omne corpus in quo eſt potentia ad motū tm̄
nō op3 vt deficiat eius motus:qa poteſt ab alio perpetua/
ri. ¶ Sed circa hec emergūt ambiguitates.ꝑma/nā videt
ꝙ ſi celum pōt deficere in motu:ꝙ etia3 in ſubſtantia defi/
ceret ⁊ econuerſo.nā ſi celū quieſcit:celū nō eſt.conſequen/
tia eſt Auerrois in libro de ſubſtātia orbis.ſed per ipſu3 an
tecedens eſt poſſibile.ergo ⁊ ꝯñs per regulam prioriſticam
qa ſi motus poteſt deficere ⁊ celu3 pōt etiam deficere.Am/
plius/propter qd poſſibile nō eſſe in ſuba nō pōt effici eter
num:⁊ in accidēte:maxime in motu ſic.hec eni3 eſt queſtio
non parua. ¶ 2ª queſtio eſt:na3 hic plane dicit motores or
bium non eſſe per ſe nec per accidens mobiles.oppoſitum
dixit.8.phyſicoꝝ cōmento.52.⁊ eſt neceſſarium:nā cū mo/
tor orbis ſit aīa celi ⁊ moto corpore mouetur ⁊ aīa op3 celi
anima3 moueri per accidens.hec apud me eſt maxima qd̄.
¶ 3ª queſtio eſt/dictum eſt primo celi ⁊ demōſtratū celu3
nō corrumpi qa mouet motu qui non h3 ꝯtrariū ⁊ hic dicit
oppoſitum.ſ.motu3 habere ꝯ̄riū.hec eni3 eſt ꝯtradictio ma
nifeſta. ¶ Circa primam debes ſcire ꝙ poſſibile eē in ſub/
ſtantia differt a poſſibili eſſe in accidente.nam poſſibile eē
in ſuba eſt ꝓpter duo.ſ.ꝓpter mām ⁊ ꝓpter ꝯ̄riu3.omne.n.
poſſibile eſſe in ſubſtātia eſt tale:qa miſtum cu3 mā:⁊ quia
hab3 ꝯ̄riū.Accidēs aūt pōt eſſe poſe eſſe ꝓpter multa.⁊ ꝓꝓ
mām ⁊ ꝓpter ꝯ̄riū ⁊ ꝓpter ſubiectum ⁊ ꝓpter agēs ⁊ alijs
multis.Ex his accipit ꝙ eternum in ſuba eſt tale ꝓpter ca/
rentiam cauſaꝝ corruptionis:vtpote ꝓpter carētiā cōtrarij
⁊ materie.In accidēte aūt pōt eſſe aliqd̄ eternū ꝓpter eter/
nitatem cuiuſuis cauſe.tūc p3 cā quare eternu3 in ſuba non
pōt eſſe poſe nō eſſe.nam eternum in ſuba caret cauſis cor
ruptionis ⁊ poſſibile nō eſſe hab3 cauſas corruptionis que
non poſſunt cōpetere eīdē.In accidente aūt ſecus eſt:qm̄
eternum accidens pōt eſſe ab vna ſola cauſa.⁊ corruptibi/
le ab alia.⁊ ſic nō repugnat in accidēte.Idē eſt eternu3 vno
mō ⁊ corruptibile alio mō.⁊ hanc declarationē3 ego ſolus
inueni.Et Joannes conatus eſt ad eam ſed nō potuit attin/
gere. ¶ Tūc ad rōne3 dico ꝙ regula illa qñ ad antecedēs
eſſe ſequitur conſequens eſſe:⁊ ad antecedēs poſſibile ꝯñs
poſſibile deb3 itelligi in ꝯñtia bona per ſe.mō hec eſt bona
per accidēs quam noui vocāt bonā ſ̄m mām.tu ꝟo ꝯſide/
ra qa hab3 replicā.2ª ſoluta eſt. ¶ Circa ſcd̄am debes etia3
ſcire ꝙ moueri per accidēs eſt dupl'r.vno modo dependē/
ter:quō aīa bouis mouetur per accidēs:qa ipſa dependet a
corpore bouis.⁊ hoc pacto oē per accidens mobile aliquā/
do quieſcit qa eſt corruptibile.alio mō independēter:vt di/
cimus ipſius celi aīam moueri per accidēs.nā ipſa non de/
pendet a celo ſed econuerſo vt dixi.⁊ hoc cōſidera.Na3 ſo/
lus primus ſimpl'r eſt imobilis ſimpl'r ⁊ per accidēs:oi mō
capiendo per accidens.de quo vide librū de dei infinitate.
⁊ Auerro.8.phyſicoꝝ cōmento.52. ¶ Circa tertia3 debes
ſcire ꝙ celu3 eſt in potentia mere paſſiua ad vbi:⁊ ideo po
teſt priuari oī vbi ꝗ̄tū eſt ex parte ſui:⁊ ſic motus h3 ꝯtra/
rium priuatiue:non aūt poſitiue ⁊ ſic tollit ꝯtradictio hic.
[Et etiam qm̄.] ¶ Alio modo declarat idē.declarauit eni3
primo ꝙ celu3 ſit eternū.deinde ꝙ eius motor ſit eternus:
nunc ꝟo ꝙ motor cōis oīum vel totius congregati ſit eter/
nus declarat.Et ſupponit primo ꝙ celu3 etiā vt animatum
pro prima forma pōt quieſcere.⁊ ſyll'us eius eſt.nam omne
per ſe ⁊ ex ſe mobile poteſt quieſcere.ſed celum eſt per ſe ⁊
ex ſe mobile.ergo pōt quieſcere.nō ꝓbat maiorē ſed tm̄ ex/
ponit illam:⁊ vult per motū per ſe illud qd̄ mouet per de/
ſideriu3 ⁊ appetitū intrinſecu3 in eo:pōt tm̄ maior probari.
nam

UVA. BHSC. IyR_143_1

nam motus ⁊ quies ſunt oppoſita. ⁊ oppoſita ſunt nata fieri circa idem. ergo omne ex ſe mobile pōt quieſcere. Dic̄ 2° ꝙ qa de facto tale corpus celeſte nunq̄ꝫ quieſcit: ergo oportet dare motorē quēdā ſimpliciter perpetuum: qui ſit cā ꝑpetuitatis motus: dico autem talem qui nec per ſe nec ꝑ accidēs ſit mobilis. Dicit 3° ꝙ talis motor in nulla exiſtit materia nec extenſa nec naturali. [Et ideo q̄rendū.] ¶ Remouet tacitam queſtionem. poſſet enim quis dicere. Sicut valet hec cōſequētia: eſt motus eternus ergo motor etern⁹: cur nō valet hec eſt motor eternus per ſe: ergo motus ꝑ ſe eternus: Reſpondet ꝙ non eſt ſimile: nam poteſt motor eternus per ſe eſſe: ⁊ tamē motus nō per ſe ſed ab alio erit eternus. [Sed ſi motus.] ¶ Ponit differentiam inter motorē propriū ⁊ cōem: ⁊ vult ꝙ motor cōmunis ſit ſimpl'r ſeparatus tam a corpore corruptibili q̄ꝫ a corpore eterno: quia nullius eſt forma propria: ⁊ hoc quia eſt cauſa ꝑpetuitatis motus ſimpliciter ⁊ abſolute. Motor v̄o ꝓprius ⁊ ſi ſit ſeparatus a corpore corruptibili: nō tū̄ a corpore eterno: qa ē prima perfectio ⁊ p̄mus actus celeſtis corporis ꝓpriȷ. [Et hoc quidem.] ¶ Mouet circa dicta qōnē. naꝫ videtur motor eternus ſuperfluus eſſe. nā corpus celeſte eſt in ſui ſub̄a eternum: ergo non indiget aliquo nobiliori eo a quo permanentiam ſumat ſub̄e ſue: cum ſeipſo ſit eternum. Confirmatur: nam hec ꝓpoſitio / ois potētia in corpore eſt finita: non eſt vera niſi in corpore corruptibili. ergo ꝑ locū a cōtrario ſi eſt aliquod corpus in ſui ſub̄a eternū eius etiam operatio debet eſſe eterna. g̊ ſi celum ſm ſub̄am eſt eternum: motus eius etiam ſm illius nām erit eternus. g̊ nulla eſt neceſſitas ponendi motoreꝫ nobiliorē. vel ſic celū vel eſt de ſe habēs eſſe vel de ſe hn̄s non eſſe. Si de ſe habet eſſe. ergo eſt perpetuum quocūqꝫ alio circūſcripto: ⁊ ſi de ſe hꝫ nō eſſe. ergo eſt corruptibile: ⁊ hanc forte intelligit Auerroes. ⁊ hec queſtio eſt difficilis. [Et in hoc.] ¶ Soluit ⁊ p̄mo ponit errorē quorūdam. 2° ponit fundamētū Ariſ. dicit p̄mo ꝙ ꝓpter h̄ argumentum errauerunt Zabȷ ⁊ eoꝝ ſapientes. Dicit 2° ꝙ Ariſto. ad ꝓbandū motorē celi eſſe ſeparatum ſuſtentatur in duabus ꝓpoſitionibus: quarū vna eſt ois potētia in corpore eſt finita. 2ª eſt / ꝙ motus infinitus non fit a motore finito. vnde ꝓuenit ꝙ faciēs motum infinitum nō ſit in mā̄. Eſt ergo ſyll's iſte ois virtus in corpore eſt finita p̄mus motor faciens motum eternū nō eſt finitus. ergo in ſcd̄a figura non eſt virtus in corꝑe. ¶ Ad formaꝫ tū̄ non rn̄det. pōt tū̄ dici celum eſſe formal'r neceſſariuꝫ ⁊ ab alio effectiue ſicut albedo eſt talis formal'r ⁊ ab alio effici̾. celū ergo nec hꝫ ꝑ ſe eſſe nec per ſe non eſſe. ſed non hꝫ per ſe eſſe: ⁊ tūc nō valet. ergo hꝫ per ſe non eſſe. qa ex negatiua non ſequi̾ affirmatiua. [Et cōtradicētes.] ¶ Adducit cōtradictionem aliquoꝝ cōtra hec. ⁊ dicit p̄mo ꝙ qdā cōtradicūt Ariſt. in duobus. p̄mo qa volūt ꝙ oē hn̄s potētiam finitā eſt cōpoſituꝫ ex mā̄ ⁊ forma. ⁊ ꝓpterea ſi ſtelle hn̄t potentiā finitā: erunt compoſite ex mā̄ ⁊ forma. 2° dicūt ꝙ pōt aliqđ eſſe potentie finite ⁊ eſſe eterne actionis. Cuius cām dicūt qa actio finitur propter alterationē motoris a moto: hoc eſt ꝓpter penam ⁊ laborē. g̊ qđ non altera̾. nec accidit ei feſſitudo: pōt agere actionem eternā lꝫ ſit finite potētie. Syll's ergo eoꝝ eſt qđ non mouet cum pena ⁊ labore mouet eterno tēpore qūocūqꝫ ſit. ſꝫ celi motor mouet abſqꝫ pena ⁊ labore. ergo mouet eterno tempore. [Themiſtius auteꝫ.] ¶ Cōtra hec obȷcit Themiſtius ⁊ ſumit p̄mo ꝙ non pōt aliqđ habere potentiā infinitā ⁊ eſſe finitū. vide̾ enim ꝯdictio ꝙ ſit finitum ⁊ habeat potētiam infinitā. Dicit 2° ꝙ potentia infinita que videtur in eſſe ſtellis nō eſt eis nāl'is. nec inquantuꝫ corpora nec inquātuꝫ talia corpora. ſꝫ aut pendet a p̄ma cā aut ab aīa earuꝫ. Dicit 3° ꝙ p̄ma cauſa eſt illa que reuoluit oēs orbes tēpore eterno. ꝓba̾ 3° ꝙ ſtelle non pn̄t ceſſare a motu ⁊ facit talē ꝯn̄tiam. v. Qm̄ ſi haberent illud qđ hn̄t in potētia vt corpus ⁊ magnitudo habent: ita ꝙ non eſſent ſemꝑ in actu: tūc neceſſariū: eſſet eis laborare ⁊ laſſari. conſequentiā non ꝓbat. pōt tū̄ ꝓbare qa omne animatū q̄eſcēs in ſui operatiōe laborat: vt declarauit in 2° celi. cōmento. 3. Oſtendit 3° ꝙ lꝫ ſtelle nō q̄eſcāt q̄nqꝫ: pn̄t tū̄ q̄eſcere. nam q̄libet hora variant loca. naꝫ q̄nqꝫ ſunt hic q̄nqꝫ ibi. omne varians locum pōt quieſcere. ergo ſtelle poſſunt quieſcere. Dicit 4° ꝙ talia loca que ſtelle variant ſunt vltima hoc eſt termini motus a quo ⁊ ad quem. nam quo modo aliqđ eſt in potentia ad aliquid ⁊ venit ad illud: vide̾ illud eſſe terminum illius ꝓgreſſus. Ex his oibus perſpicuum eſt apud Themiſtium celum poſſe quieſcere. Probat quinto ꝙ cā prima nullo modo eſt corpus vel magnitudo hoc mō. ois virtus que ſemꝑ eſt in actu ⁊ nunq̄ꝫ diuerſa̾: eſt neqꝫ corpus / neqꝫ magnitudo. ſed p̄ma cā eſt ſemper in actu ⁊ non diuerſa̾: ergo nec eſt corpus corruptibile nec magnitudo aliqua. [Et vniuerſal'r ſi actio.] ¶ Idem oſtēdit ⁊ alio mō ⁊ ſupponit duo ꝓ antecedēte. p̄mum ꝙ motus eſt defectibilis. nam actus qui eſt terminus exitus potentie eſt corruptibilis: ſed motus celi eſt actus ⁊ terminus exitus potētie vt ſupponit. ergo eſt corruptibilis. Supponit ſcd̄o ꝙ de facto nunq̄ꝫ corrumpe̾ ⁊ harum ſuppoſitionuꝫ p̄mo accipit ſcd̄am: deinde p̄mam. ¶ Ex his dat ꝯ̊nē ⁊ vult ꝙ potentia mouens in ſtellis ſit infinita: qm̄ ſtelle habere talem potentiaꝫ nō modo potētiali hoc eſt nō per hoc ꝙ fuerit educta de potentia ad actum: qa talis potentia eſt aīa ſtelle. Dicit 2° ꝙ lꝫ ita ſit: tū̄ motus ſtellarū eſt finitus: ⁊ per conſequēs potentie he ſunt in ſtellis hoc mō ⁊ ſm has diſpōnes: quia ſunt in eis tempore eterno ⁊ nō recepte mō potētiali. ⁊ hec fuit tota ſn̄ia Themiſtȷ ⁊ tu potes rn̄dere ad formaꝫ queſtionis ſi placet. [Et abbreuiatio.] ¶ Auerroes loq̄̾ multum confuſe. dicit tamē p̄mo ꝙ motus celi pōt deficere: cuius cauſa ſic componitur: ois motus exiens de potentia ad actum eſt finitus. ſed motus celi cōtinue exit de potētia ad actum. ergo eſt finitus. ꝓbat 2° ꝙ motor cauſans illum motum eternuꝫ eſt ſimpl'r ſeparatus neqꝫ corpus / neqꝫ virtus in corpore ⁊ ſyll's eius eſt. oē qđ ſemper eſt in actu / neqꝫ eſt corpus / neqꝫ virtus in corpore. ſed p̄mus motor ſemper ē in actu. ergo neqꝫ corpus neqꝫ virtus in corpore. ¶ Sꝫ circa hec dubitatur p̄mo. nā ſi celū pōt quieſcere. ergo aliquādo quieſcet aliter aliqua potentia eſt ocioſa in nā̄. 2° ſi motus pōt deficere. g̊ aliq̄n deficiet. Quidā dixerunt ꝙ celum poteſt cōſiderari inquātū celū ⁊ inquātū corpus. Si ꝯſidere̾ inquātū corpus pōt q̄eſcere: vt talpa pōt videre ı̄quantuꝫ aīal. Si inquātū celū nō pōt quieſcere ſicut nec talpa ı̄quātū talpa pōt videre. Sed hec reſponſio eſt ꝯ̄ Auerroeꝫ ⁊ cōtra Themiſtiū. ¶ Contra Auerroē q̄dē: qm̄ Auerroes vult ꝙ celū pōt quieſcere ēt inquātū aīatū. ⁊ hoc qa motus ille hꝫ ꝯ̄rium. ſ. q̄etē. Themiſtius v̄o vult ꝙ celum pōt q̄eſcere qa exit de potētia ad actum. ꝓpter hec dicendū ꝙ celuꝫ ſimpl'r pōt q̄eſcere in eo ꝙ corpus celeſte: ⁊ in eo ꝙ aīatuꝫ. p̄mū cōſtat qa eſt potentia paſſiua: mō potētia paſſiua eſt contradictionis. ergo pōt quieſcere. 2ᵐ ꝓba̾. qa in eo ꝙ aīatum eſt corpus finitū ⁊ omne tale pōt quieſcere: ⁊ ꝓpea bene dicit Auerroes ꝙ celuꝫ etiā vt animatuꝫ pōt quieſcere. Imagina̾ eniꝫ ꝙ motores intātū mouent inquātum appetūt ⁊ intelligunt p̄mum finem: ⁊ per cōſequens eternitas eſt a primo fine. Erit ergo motor ꝓprius finite motionis ratione ſui. ſed ratione finis: eterne. Debes ſcire ꝙ motus celi poteſt capi dupl'r. Uno mō totus ſm formā. Alio mō totū ſm mām̄ quod recentiores dicunt aliter. Sumitur enim vt totus cathegorice vel totus ſyncathegorice. Si ſumitur totus ſm formam: ſic eſt perpetuus ſimpliciter vt elemētuꝫ ſm totum eſt perpetuū. Si v̄o ſuma̾ vt totum ſꝫ mām̄ ⁊

R̄ſiō ꝓpria.

De eternitate mot⁹



UVA. BHSC. IyR_143_1

ẜm partes vt ſic eſt corruptibilis imo cõtinue vna ps cor/
rumpit̃ ⁊ alia gñatur.¶ Tũc ad pmã dõm ꝙ celuꝫ poteſt
quieſcere ẜm partẽ:nõ aũt ſimpl'r:⁊ ideo qeſcit ẜm partem
⁊ non ſimpl'r.¶ Silr ad zm põt enim deficere ẜm partem
⁊ non ẜm totũ ⁊ hoc mõ deficit.[Et illud ſuper qõ.] Nunc
breuiter ponit oium dictoꝝ Ariſto.fundamentum ⁊ ponit
duas ꝓpoſitiones.Prima ois actio equalis ⁊ ſempiterna ⁊
infinita fit a potentia in actione ⁊ tẽpore infinita intrãſmu/
tabili per ſe ⁊ per accidens.za ꝓpoſitio eſt ois potentia mo
uens in loco extñs in corpore trãſmutabili mouet tempore
finito.quibus poſſunt edi due minores.pma/ſꝫ motus celi
eſt actio equalis ſempiterna ⁊ infinita.ergo eſt a potẽtia in/
finita intranſmutabili:⁊ hic ſyll's eſt in pma figura.za ꝓpo/
ſitio/ſed motor celeſtis corporis nõ mouet tempore finito.
ergo non eſt virtus in corpore tranſmutabilis.[Et cũ ita.]
Ex dictis cõcludit vnã diſtinctionẽ potentiarũ.ſ.ꝙ potẽtie
ſunt duobus modis.quedam exiſtẽtes in corporibus gña/
bilibus ⁊ corruptibilibus:⁊ hec nec poſſunt mouere ſemp:
propter tranſmutationẽ in eis:qa corrumpunt̃ aliqñ:⁊ pp
tranſmutationem ſubiecti qõ ẽt eſt corruptibile:⁊ ꝓpterea
qa accidit eis feſſitudo atqꝫ labor.q̃dam ꝯo ſunt potentie
exiſtentes in corporibus eternis ⁊ he vno mõ mouent ſem
per.Alio modo poſſunt nõ mouere ſemp.nõ mouẽt ſemp
quidẽ.ſi pmus motor ſimpl'r ponat̃ tranſmutabilis p ſe vl'
per accidens.mouens ꝯo ſemp.Si ponatur pmus motor
ſimpliciter intranſmutabilis.hoc eſt neqꝫ corpus/neqꝫ vir/
tus in corpore.[Si igit̃ motũ.]Ex dictis ꝯcludit duo.pmũ
ꝙ potentia mouens corpus celeſte ſempiterno motu debꝫ
moueri a pmo ſimpliciter trãſmutabili:quod intelligit ſal/
teꝫ final'r:⁊ hoc applicat ꝯbis Ariſ.vt pꝫ.zm eſt/ꝙ corp9 ce/
leſte eſt animatũ:nam ſi potẽtia mouens celũ ſemp mouet̃
ab alio vti a fine non poteſt eſſe niſi illa potentia ſit aia:⁊ p
conſequens corpus motum ab ea erit aiatũ.reliquum com/
menti perſpicuũ eſt p ſe.¶ Circa preſens cõmentũ duo oc
currunt ambigua magna:quoꝝ pmũ eſt.qa vĩ Auerrois ꝯ/
dicere ſibi.nam hic plane ponit pmuꝫ ſimpl'r eſſe infinitũ:
⁊ tamẽ in 8o phyſice auſcultationis cõmẽto.79.vult ꝙ nec
ſit finitus nec infinitus:imo zo celi cõmento.38.⁊.39.ponit
ꝙ omnis forma in eo ꝙ forma eſt finita:⁊ ꝙ pmus motor
⁊ omnes alÿ ſunt finiti.zm eſt qa Auerroes expſſe vult pri/
mum motorem mouere tribus modis.ſ.vt finis:vt forma:
⁊ agens:⁊ ꝙ hec tria ſunt vnum in ſuba ⁊ tria in ratione vt
cõmento.6.huius dixit.¶ Circa pmum iaꝫ in multis locis
de virtute dei an finita vel infinita ſit locuti ſumus. Nunc
ꝯo tñ qd Auerroes in hac re ſenſerit volo colliger̃. Debes
ergo ſcire ꝙ potentia infinita põt ſumi dupl'r:vel quantum
ad vigorem:vel quãtũ ad extẽſionem.quantũ ad vigorem
nulla virtus agẽs põt apud Phos poni infinita:qm̃ Ar.po
celi docuit definire potentias per maximum in qõ poſſunt
vel vt placet nouis p minimũ in qõ nõ poſſunt:⁊ qa nos vi
demus maximum eſſe motũ celi ⁊ eẽ terminatũ.ideo Phi
nõ ponerent aliquẽ motorẽ celeſtem vel aliud cuius opus
nõ noſcerent infinitum in vigore.Ulterius de infinitate ex/
tenſionis diſtinguerent:nã quoddã eſt tale a ſe vt pm9 mo/
tor ſimpliciter qui deus vulgo dicit̃.Deus enim infinit9 di/
cit̃ qa eſt talis ⁊ a nullo ⁊ cauſa oium que taliũ ſunt ſi q̃ ſũt:
qõdam dicit̃ infinitum ab alio vt motores orbium ꝓprÿ.⁊
tales ẜm reꝫ ſunt infiniti qa ſemp entes:dicunt̃ tñ finiti qa
habent hoc ab alio:⁊ ꝓpterea ab Auerroe quãdoqꝫ dicun/
tur potentie finite quãdoqꝫ īfinite.infinite quidẽ quãtuꝫ ad
rem.finite ꝯo quãtũ ad modũ qa habent tale eſſe ab alio.
¶ Tunc ad pmum dicenduꝫ ꝙ loquẽdo de primo moto/
re poſſumus dupl'r loqui.ſ.in ratiõe forme vel finis:⁊ in rõ
ne agentis.pmo modo bene dicit Auerro.ꝙ nec eſt finitus/
nec infinitus:qm̃ vt ſic non agit ſed in ratiõe agentis eſt in/
finitus ẜm extẽſionem qa mouet per infinitum tp̃s:⁊ ſic tol
litur ꝯdictio.¶ Ad zm Joannes Jandonus in qõne ꝓpria
huic/⁊ in 8o phyſicoꝝ voluit deum mouere tm̃ vt finis mo
uet agens.⁊ nullo modo effectiue qõ ⁊ multi recentiores te
nent.vtit̃ autẽ pluribus rõnibus:p̃cipue tñ ſunt due.Pria/
quia preter motorem qui mouet vt amans ⁊ intelligẽs opꝫ
dare aliud quod mouet vt amatum ⁊ intellectuꝫ ⁊ talis mo
uet vt finis tm̃.za eſt/qa omne agens agit ꝓpter finem nobi
liorem:eo modo nihil eſt pmo ſimpl'r nobilius.ſed ego de/
monſtraui pluribus locis pmuꝫ mouere tribus modis.ſ.vt
agens:vt finis:⁊ vt forma:⁊ nunc nolo ꝓbare.¶ Eſt pro ſo
lutione ſciendum ꝙ quẽadmodũ corpus aialis hꝫ ⁊ plura
membra diuerſa:quorum ſunt tot forme particulares quot
membra:ſic ꝙ alia eſt forma cordis alia epatis:⁊ ceteroruꝫ
cetere:deinde eſt vna forma cõmunis que totius ⁊ omniuꝫ
membrorũ eſt forma pma ⁊ finis ⁊ agens.ſic opꝫ extimare
de primo celo.Capit̃ enim celũ ꝓ oibus orbibus aggrega/
tis:ex quibus vnuꝫ fit aial celeſte:quoꝝ orbium ſunt parti/
culares forme vt lune ꝓpria intelligentia ⁊ ſolis alia ⁊ cete/
rorum cetere.deinde eſt vna forma cõmunis totius nexus
celoꝝ que eſt cã trib9 modis.ſ.vt finis:vt forma:⁊ vt agẽs.
hec enim eſt cã agens motum diurnum cõem vt dicemus.
Ex his accipit̃ ꝙ quemadmodum cor habꝫ duas formas:
vna cõem vl'em.ſ.aiam totius que eſt pmo cordis:⁊ ꝓpriaꝫ
per quã cor eſt tale:ſic pm mobile hꝫ duos motores:alteꝝ.ſ.
cõem qui eſt cã illius motus ⁊ oium.⁊ pticularẽ q eſt cã po
tiſſima particularis:⁊ h bñ dixit Auerroes ꝙ pmus motus
cõponit̃/h eſt depẽdet a duob9 motoribus:quoꝝ vnus eſt
infinitus.ſ.in extẽſione qa eſt p ſe talis:alter finit9 dico ẜm
modum ⁊ nõ ẜm rẽ:qm̃ ẜm rẽ eſt eternus ſicut ⁊ ille.Sed
qa eſt infinit9 a p ꝓpterea vocat̃ finitus: ⁊ ꝓpterea a pmo
ſimpl'r mot9 iſte eſt etern9 a zo ꝓpo ⁊ pticulari eſt finitus in
tempore vtpote ẜm reuolutionẽ:qa in.24.horis.¶ Sꝫ di
ces ad qd ponit̃ motor pmi mobilis particularis ſi pmus
motor mouet motu diurno:Rñdet̃ ad quid ponit̃ forma
particularis cordis ſi aia toti9 põt exercere opões cordis:
⁊ ꝓpea dico ꝙ ponit̃ vt cã particularis ⁊ determinata. de9
enim ⁊ motor pticularis ſunt eque neceſſarÿ: ſed diſſimil'r:
nã particularis motor eſt neceſſarius vt ꝓxima cã:vl'is ꝯo
vt vl'is.¶ Sꝫ dices q̃re dĩ motor pmus vl'is ſi nihil plus
agit q̃ꝫ motum diurnum.¶ Dõm ꝙ male intelligis dicta
Auerrois.nã pmus motor vl'is eſt:qa eſt cã pmi motus pri
mi mobilis ⁊ ſcõs motus.ſ.ſeptem planetaꝝ vt dixit Auer/
roes cõmẽto.4.qa ꝯo motus diurnus eſt pncipalior: ideo
ſibi aſcribit̃ per excellentiã:quẽadmodum actio pncipalis
membri aſcribit̃ aie lꝫ ipſa ſit vl'is cã oium. Nota ꝙ ego lo
cutus ſum ẜm Ariſto.q nõ nouit motũ ſtellaꝝ fixarũ econ
trario primi vt Ptolemeus:nã ẜm Ptolemeũ eẽt facilior
via.põt enim dici ꝙ pmus motor mouet diurno pmũ mo/
bile/⁊ motor pticularis mouet ecõuerſo ab oriẽte ad oriẽs
tardiſſime.⁊ ſic non oportet ponere nonum mobile vt po/
ſuit Ptolemeus.Sed bene eundẽ orbẽ hr̃e duos motores:
ſi octaua mouet̃ vt dicit.hec pauca ſatis:qa alibi diximus
copioſe.nõ poſſumus totum ſcribere ꝓpter multas cauſas.
¶ Ad rõnem Joãnis:ad pmã dõm ꝙ ſufficit reſpectu pti/
cularium motoꝝ eẽ motorẽ vnũ cõem q mouet vt amat9 ⁊
intellectus.reſpectu ſui ꝯo vt mouens diſtinguit̃ a ſe vt fi/
nis ratione:⁊ hoc ſatis.¶ Ad zm dicẽdum/ꝙ illa maior de/
bet intelligi quãdo motor ⁊ finis ſunt in diuerſis:ſed quan/
do ſunt in re idem:tũc ſatis eſt diſtinctio rõnis.

VTrũ aũt vnã ponẽdũ eſt talẽ ſubaꝫ:
aut plures:⁊ quot:opꝫ nõ later̃. Sꝫ
reminiſci ⁊ alioꝝ negationes: qa de
pluralitate nihil dixerũt:qõ ⁊ planũ
dicere.

UVA. BHSC. IyR_143_1

dicere. Que qdẽ enim circa ideas exiſtimatio: nullã perſcrutationẽ hꝫ ꝓpriã. numeros qdeꝫ enĩ dicũt ideas: q ideas ſunt dicẽtes. ſed de numeris qñqꝫ qdẽ ſicut de infinitis dictuꝫ. qñqꝫ autẽ vt vſqꝫ ad denariuꝫ determinatis. ꝓpter quã cauſam vero tanta pluralitas eſt numeroꝝ: nihil dicunt ſtudio demonſtratiuo.

¶ Qꝛ ſit ſuba imãlis ⁊ ſimplex: iã dixit. Nũc vero 2m deſideratũ ꝓponit ꝑ modũ qõnis ⁊ dicit. vtrũ aũt vnã ponẽdum eſt talem ſubam. dixit talẽ qualẽ. ſ. dixit intellectũ imãleꝫ ⁊ ſimpliceꝫ ⁊ hꝰ: aut plures. ſ. tales. ¶ 2a queſtio erit dato ꝙ plures: ⁊ quot. vtrũ. 10. vel. 15. ⁊c̃. Debes ſcire ꝙ Ariſ. concedens duos motus perpetuos. ſ. diurnũ ⁊ conuerſiuũ: iã conceſſit plures eſſe. ſed hec fuit ꝯfuſa ſolo. Amplius / cõcedens eſſe vnam que mouet vt amata ⁊ intellecta. ⁊ alteraꝫ q̃ mouet vt amans ⁊ intelligens: etiam conceſſit plures eẽ. Sed etiam hec fuit ſolutio confuſa. vt ergo diſticte ſoluat: petit hoc per ſe: ⁊ facit queſitum determinatũ. Ideo addit oportet nõ latere. ſ. hec duo diſticte ⁊ ꝓpe. ſꝫ cõmemorare ⁊ aliorũ negationes hoc eſt opiones negatiuas. qꝺ ideo negationes appellat: quia vt dicit de pluralitate nihil dixerunt: ⁊ ꝙ planũ ſit dicere: ideo hꝰ opiniones negationes nũcupantur tãꝗ̃ nihil dicentes. deinde ꝙ nihil dicãt oſtẽdit. ⁊ ꝓ reſumit opinionem ideas ponentiũ ⁊ oſtendit ipſos ſemꝑ cõfuſe loqui ⁊ dicit. Que qdem enim circa ideas eſt extimatio: nullam ꝑſcrutationẽ hꝫ ꝓpriã / hoc eſt certã ad aliquã duarum partium: qꝺ oſtendit. ⁊ ꝓ ſumit id in quo cõueniũt. d. numeros qdẽ enim dicũt ideas qui ideas ſunt dicẽtes: ⁊ in hꝰ oẽs ꝯueniũt. oſtẽdit modo eoꝝ incertitudinẽ. ⁊ inquit. ſed de numeris qñqꝫ quidẽ ſicut de infinitis dicũt. q̃ſi dicat. qa qñqꝫ ponunt numeros augeri in infinitum: ⁊ ꝑ ꝯñs ideas q̃ apud ipſos ſunt numeri ẽt augeri in infinituꝫ. qñqꝫ autẽ ponũt. ſ. numeros augeri vſqꝫ ad. 10. ipſis exiſtentibus finitis: ⁊ per ꝯñs ponunt ideas finitas ad. 10. Ecce quõ nihil certi dicũt. dicunt quoqꝫ incertuꝫ propter aliud quod ſcribit dicẽs. ꝓpter quam cauſam vero tanta pluralitas. ſ. denaria eſt numerorum: nihil dicunt ſtudio demõſtratiuo ſed per apologias ⁊ fabulas. Ecce quo modo nihil certi habemus.

Cõ. 42. ¶ Cum aũt.] Iſtud cõmentũ ꝑſpicuuꝫ eſt: debes tñ ſcire ꝙ quidã de mẽte Auerrois in cõmẽto ſumunt qõnẽ Phi eſſe de ꝓma ſuba: ⁊ ſic volũt querere de pluralitate deoꝝ vtruꝫ vna prima ſit ſuba vel plures: ⁊ hꝰ qa iſtas eſſe plures preaccepit. Sed reuera iſti errant: ⁊ error eius apparebit. logr̃ enim ipſe in cõi de ſubſtãtia imãli: ⁊ lꝫ ipſas plures eẽ ꝓaccepit: id fuit in confuſo ⁊ nõ diſtincte vt diximus.

Nobis aũt ex ſuppoſitis ⁊ determinatis dcm̃. principiũ qdẽ eniꝫ ⁊ primũ entiũ eſt imobile: ⁊ ſm̃ ſe ⁊ ſm̃ accidens. mouẽs vero primo ſempiterno ⁊ vno motu. Qm̃ aũt qꝺ mouet̃ neceſſe ẽ ab aliquo moueri. ⁊ primũ mouẽs imobile eẽ ſm̃ ſe: ⁊ ſempiternũ motũ a ſempiterno moueri ⁊ vnũ ab vno: videmus aũt ꝑter vniuerſi ſimpliceꝫ lationẽ q̃ mouere dicimus primã ſubaꝫ: ⁊ imobilẽ: alias lationes planetaꝝ ſempiternas eẽ. Sempiternũ enim ⁊ iſtabile circulare corpus oſtẽſuꝫ eſt aũt ⁊ in phyſicis de his: neceſſe ⁊ haꝝ lationũ vnãquãqꝫ ab imobili moueri ſm̃ ſe ⁊ ſempiterna. naꝫ aſtroꝛuꝫ nã ſempiterna ſuba quedã ens: ⁊ mouẽs ſempiternum: ⁊ prius eo qꝺ mouet̃: ⁊ prius ſuba ſubam eẽ neceſſe eſt. palam itaqꝫ ꝙ tot ſubſtantias eſſe neceſſe eſt nã ſempiternas ⁊ imobiles ſm̃ ſe ⁊ ſine magnitudine ꝓpter predictam cauſam.

¶ Nunc ſoluit qõneꝫ per vera fundamẽta. nã vt dixit ſolo predicta eſt cõfuſa. ⁊ virtus rõnis eius videt̃ eſſe hec. oẽ qꝺ mouetur ſempiterno ⁊ vno motu: hꝫ vnũ ⁊ ſempiternũ motorem: ſed ꝑter ſimplicẽ ⁊ ꝓmã lationẽ ſunt plura mobilia: quoꝝ quodlibꝫ mouet̃ vno ⁊ ſimplici ⁊ ſempiterno motu. ergo erunt plures motores ſempiterni. primo ponit fundamentuꝫ quo ꝯcludit̃ ꝓmus motor: ⁊ dicit. nobis aũt ex ſuppoſitis ⁊ determinatis dcm̃. nam eſt ſumẽdũ ꝙ ꝓncipiũ quidem ⁊ ꝓmũ entiũ eſt imobile ⁊ ſm̃ ſe ⁊ ſm̃ accidẽs. mouẽs vero ꝓmo ⁊ ſempiterno ⁊ vno motu. ⁊ ſic ꝑſpicuũ eſt eẽ vnuꝫ motorẽ ꝓmũ: deinde oſtendit plures eſſe motores ſecũdos ⁊ tot quot ſunt lationes cõuerſiue: ⁊ ꝓmo accipit maiorẽ. d. Qm̃ auteꝫ qꝺ mouet̃ neceſſe eſt ab aliquo moueri: ⁊ eſt neceſſe ꝓmũ mouẽs cuiuſcũqꝫ mobilis eẽ imobile ſm̃ ſe. i. nõ moueri motu ſui mobilis: ⁊ eſt neceſſe ſempiternũ motum moueri ſempiterno motore: ⁊ eſt neceſſe vnum moueri ab vno. hec eſt maior colligendo oĩa inſimul. omne qꝺ mouet̃ vno ⁊ ſimplici ⁊ ſempiterno motu mouetur ab vno ⁊ ſimplici ⁊ ſempiterno motore: deinde ſcribit minorem. d. videmus auteꝫ preter vniuerſi ſimplicẽ lationeꝫ / hoc eſt preter motum diurnũ q eſt vniuerſi totius congregati qua latione ſimplici dicimus mouere primã ⁊ imobilem ſubſtantiam: videmꝰ dico alias lationes planetarum exiſtẽtes ſempiternas. ⁊ hec eſt mior. exponit qd vult per ſempiternũ corpꝰ ⁊ dicit. ſempiternũ enim ⁊ inſtabile eſt circulare corpus: ⁊ q̃ſi excuſat ſe. d. oſtenſum eſt auteꝫ ⁊ in phyſicis de his: quibus addit ꝯcluſionem ſylli. d. neceſſe eſt ⁊ harũ lationuꝫ vnamquãqꝫ ab imobili. ſ. ſuba moueri. ſ. ſm̃ ſe ⁊ ſempiterna. ſed vtrum talis motor ſit ſuba: nondũ dixit. ⁊ ſi dixit: non ꝓbauit. probat ergo motores planetarum eſſe ſubas: ⁊ ſyllꝰ eiꝰ eſt: prius ſuba eſt ſuba: ſed motores planetaꝝ ſũt ꝓores planetis qui ſunt ſube. g̃ ſunt ſube. Primo ponit mãm mioris ⁊ dicit. nam aſtroꝝ nã ſempiterna ſuba quedã exiſtens eſt: hec eſt mã minoris: ⁊ complet eaꝫ dicens ⁊ mouens ſempiternuꝫ ⁊ prius eſt eo qꝺ mouetur. hec eſt tota vis minoris: addit maiorem. d. ⁊ qꝺ eſt prius ſuba neceſſe eſt eſſe ſubaꝫ. Ultimo concludit concluſioneꝫ ꝓncipaleꝫ. d. palaꝫ itaqꝫ ꝙ tot ſubſtantias eſſe neceſſe eſt natura ſempiternas ⁊ imobiles ſm̃ ſe ⁊ ſine magnitudine propter predictam cauſam. ſ. quia tot ſunt motus ſempiterni ⁊ diuerſi.

¶ Cõmentum correſpondẽs huic textui perſpicuũ eſt. Cõ. 43.

Quod qdẽ igit̃ ſint ſube ⁊ haꝝ que prima ⁊ ſcꝺa ſm̃ ordinẽ eũdẽ latiõibus aſtroꝝ: palã. pluralitatẽ vero lationuꝫ iaꝫ ex maxime ꝓpria phia mathematicarum ſcientiarũ intendere oportet ex aſtrologia. hec enĩ de ſuba ſenſibili qdeꝫ: ſempiterna aũt facit theoriã: alie vero de nulla ſuba: puta que circa numeros: ⁊ geometriã. ꝙ qdẽ igitur plures ſunt eoꝝ que feruntur lationes: manifeſtum eſt ⁊ parum attingentibus: pluribꝰ. n. q̃ᵐ vna errantiũ aſtroꝝ vnũquodqꝫ fertur.

¶ Nunc vult inueſtigare ſcꝺam queſtionem. ꝓbauit enim plures eſſe ſubas. ⁊ ſic terminauit ꝓmã qõnẽ. deinde queſiuit ſi plures: quot. ⁊ hoc facit nunc. ꝓmo tñ repetit ſolõnem pretactaꝫ addẽs ordinẽ illi pluralitati: ⁊ dicit. qꝺ qdẽ igitur



UVA. BHSC. IyR_143_1

ſint ſube.ſ.plures ⁊ harum quedã ſit que pͥma ⁊ quedã que
zᵃ ſm ordinem eundẽ q rñdet lationibus aſtroꝝ:palaz eſt
ex dictis.hec eſt repetitio.deinde volẽs terminare ſecũdaz
qõnem.ſ.quot.pͦreſumit cuius ſit iueſtigare numerũ latio/
num ⁊ vult id ptinere ad eã ptẽ mathematice:que dꝛ aſtro/
logia:qa illa ſolum de ſuba ſenſibili cõſiderat. relique due
vt arithmetica ⁊ geometria nihil de ſuba ſenſibili conſide/
rant:⁊ hoc premittit.d.pluralitatẽ ꝟo lationũ opꝫ intende
re ex maxime ꝓpria phia de numero mathematicaꝝ ſcia
rũ.vꝫ.ex aſtrologia cui⁹ cãm ſubdit.d.hec eniz de ſuba ſen/
ſibili qdem:ſempiterna aũt facit theoꝛiam.alie ꝟo vtpote
que circa numeros ⁊ geometria:de nulla ſuba:nam magni
tudo ⁊ numerus accñtia ſunt:de qbus he loquũtur. deinde
volens terminare ſcdam qõnẽ repetit qd eſt per ſe manife/
ſtum:⁊ dicit ꝙ qdẽ igiꝰ plures ſint earũ qbus ferunꝰ latio/
nes manifeſtum eſt ⁊ paruz attingẽtibus.Cuius cãm tãgit.
pluribus enim ꝙ̄ vna latione ferꝰ vnumquodqꝫ aſtroꝛum
errantium:⁊ ſic perſpicuum ſit plures lationes eſſe:ſed qd
remanet perſcrutandum:loco eius dicetur.

Cõ.44 ¶Qm̃ autẽ.] Auerroes pꝛimo epilogat dclarata ⁊ dicit pri/
mo ex dictis eſſe perſpicuũ plures eſſe ſubas eternas.dicit
2° patere in eis eſſe oꝛdinẽ eſſentialẽ.nam vna eſt pͥma alia
zᵃ alia 3ᵃ.⁊ ſic oꝛdinate ſm ſeriem ⁊ oꝛdinẽ oꝛbiũ.hec ergo
duo fuerũt declarata pꝛius.[Qm̃ aũt.] Declarat qualis eſt
ſuba pꝛima in tali oꝛdine ⁊ vult ꝙ ſit pꝛima valde ⁊ pciſe.
debes ſcire ꝙ deus dꝛ ſuba pꝛima valde.Qm̃ ſm ſubſtan/
tiã oẽs alias pcedit vt diceꝰ.⁊ pciſe qm̃ abſolute reliq̃s pre/
uenit.nã pñt quedã relatiue dici pꝛioꝛa ⁊ poſterioꝛa:vt ꝟbi
cauſa.a.põt dici pꝛius.b.in quodã vt in foꝛtitudine ⁊ econ/
uerſo.b.eſt pꝛius.a.vt in iuſtitia.neutrũ tamen neutro diciꝰ
abſolute ⁊ preciſe pꝛius.deus ꝟo quia claudit omnes nobi/
litates reliquarum vt dicetur:ꝓpterea diciꝰ pꝛioꝛ pciſe.hoc
eſt ita pͦoꝛ ꝙ nullo modo poſterioꝛ.¶Amplius/debes ſci/
re ꝙ oꝛbis quem pͥmus motoꝛ mouet:precedit oẽs alios in
quinque.pͥmo in intentione qm̃ oẽs alij intẽdũt eius motuz
tãq̃ꝫ propter finem.2° in loco/hoc eſt in ſitu.nã ceteris oꝛbi
bus ille eſt ſuperioꝛ ⁊ a nobis maxie diſtãs.3° ſm magnitu
dinẽ:nã eius oꝛbis eſt ceteris maioꝛ coꝛpoꝛe atqꝫ ꝯtinẽtia.
Cunctos enim continet a nullo ꝟo contineꝰ. 4° ſm multi/
tudinez.nã octauus oꝛbis quẽ mouere putat Auerroes:cete
ros pualet quãtum ad ſtellaꝝ multitudinẽ:nam in eo.48.
imagines pceperũt aſtronomi:in.M.⁊.zz.ſtellas diuiſas.
ſunt ⁊ alie plures non notabiles.qlibet aũt ali⁹ oꝛbis vnius
ſtelle:vtpote planete tm̃ eſt.5° ſm velocitatẽ motus.nã hic
pꝛimus oꝛbis vtpote octauus in.24.hoꝛis apud Ariſtotelẽ
vna reuolutione integra fertur.reliqui ꝟo diuerſimode:nã
Saturnus annis.30.ſuam reuolutionem. Juppiter ãnis.1z.
ſuam.Mars diebus.Sol dieb⁹.165.atqꝫ hoꝛis fere.6.Ve
nus ⁊ Mercurius fere ſimilꝛ.Luna ꝟo.27.dieb⁹ atqꝫ ho/
ris 8.omnia ergo hec faciunt talem ſubam pꝛimaz ſm ſub/
ſtantiam:⁊ hoc modo perſpicuũ pꝛimuz eſt.Dixi hec moꝛe
Ariſtotelis qui nõ nouit motũ ꝓpꝛiũ ſtellarũ fixaꝝ in cẽtũ
annis gradu vno.[Qm̃ ꝟo.] ¶Declarat zᵐ.ſ.ꝙ pͥmus mo
toꝛ ſit preciſe pꝛioꝛ/hoc eſt ſm omnem cõditionez ⁊ in nul/
lo ſit poſterioꝛ:⁊ declaratio ſua eſt qm̃ in his quinque prece
dit reliquos omnes:⁊ in nullo hoꝝ precediꝰ.ergo eſt preci/
ſe pꝛioꝛ ⁊ nullo mõ poſterioꝛ.[Sed videmus.] ¶Dubitat
contra hec qm̃ in velocitate non videnꝰ oꝛbes oꝛdinari vt
dixit.Quoniã velocioꝛes ſunt vilioꝛes.naz qui ſunt ꝓpius
terre ſunt velocioꝛes:⁊ tamen ſunt vilioꝛes.[Et hoc foꝛte.]
¶Soluit ſub diſiunctione ⁊ vult ꝙ foꝛte hec velocitas in/
eſt ei vel propter nobilitatem motoꝛis vel propter parui/
tatem coꝛpoꝛis.⁊ hec ſcda pars eſt tenenda.[Sol autem.]
¶2° dubitare videꝰ ex hoc.nã ſol videꝰ ſũmus in opera/
tione eo qa eſt cã vite.2° ꝓpterea qa reliq oꝛdinanꝰ motus
ſm ſolez vt ſit oibus alijs nobilioꝛ.g pͥmus nõ eſt vt dixit.
debes ſcire ꝙ ſol duas dignitates vꝫ hꝛe.pͥma eſt vita.nam
vt dicebatur apd antiquos datoꝛ vite poniꝰ qui alcocoden
inſcribiꝰ.hoc eſt datoꝛ annoꝛuz.zᵃ eſt regula:qa vt declarat
Ptolemeus in pꝛimo quatripartiti.caplo.8.penes motũ ſo
lis ceteroꝛum motus regulãtur.nam luna reſpectu ſolis q̃/
tuoꝛ habet variationes.naz a pꝛima ſua coꝛniculatiõe vſqꝫ
ad ſuam pꝛimam dicothomitatez/hoc eſt donec fiat media
habet vnam.ab hac in pleniluniuz vſqꝫ:aliam ab hoc in di
cothomitatez ſcdam:aliaz poſtremã habet donec occultaꝰ
atqꝫ cum ſole coit eodem modo ⁊ in reliquis planetis.nam
quo mõ apparent a radijs exeuntes vſqꝫ in ſuam pͥmã ſta/
tionem.pꝛimaz habent variationẽ.ab hac pꝛima ſtatiõe in
veſpertinam aſcenſionẽ vſqꝫ:aliã.ab hac in ſcdam ſtatiõez
vſqꝫ:aliam.ab hac demũ vſqꝫ in eoꝝ occultationẽ:vltimaz
habent variationẽ.Ecce quo mõ variationes habent reſpe
ctu ſolis.poſſet ⁊ idem oſtẽdi quantũ ad alias differentias
motuuz:ſed ſatis hec ſunt pro exemplo.naz aſtrologi mul/
ta dicũt hic.[Sꝫ velocitas.] ¶Reſpõdet ad hoc ⁊ pͦ repe
tit ſoꝛonez datã ad pꝛimã qõnẽ ⁊ res patet.deinde ſoluit ad
hãc ⁊ dat duas ſolutiões pͥma ponitur hic.zᵃ ibi[Et foꝛte.]
Debes ſcire ꝙ aſtrologi per experiẽtias inuenere actiones
ſeptez planetaruz in nobis de quibus Ptolemeus aliter in
quatripartito loqꝰur.vt Thomas noſter hic doctiſſime me
minit.⁊ tu vide aliter in centiloquio verbo.87.Sꝫ vtcũqꝫ
ſit:planetas oꝛdinarunt dando Soli vitaz:Saturno res fi/
xas:Joui crementuz:Marti vite defenſionem:Veneri vo
luptates:Mercurio ſapientiaz ⁊ prudentiaz.Lune ꝟo vir/
tutes nãles.¶Ex his rñdeꝰ ꝙ ſeptez planetaꝝ pñt duplꝛ
cõparari vel reſpectu pꝛimi ſimplꝛ:⁊ h̃ mõ eoꝝ oꝛdinatio
hoc eſt eoꝛum poſteritas eſt preciſa/hoc eſt abſoluta:qa ita
poſterioꝛes ꝙ nullo modo pꝛioꝛes:vel inter ſe.⁊ ſic aliquis
eoꝛum eſt pꝛioꝛ in vno:vtpote ſol reſpectu vite.⁊ poſterioꝛ
in alio:vtpote reſpectu permanẽtie qa Saturnus eſt pꝛioꝛ.
non ergo inconuenit ſolẽ etiã vno mõ pꝛioꝛẽ ⁊ alio mõ po/
ſterioꝛez.⁊ hoc cõſiderando ipſos iter ſe ⁊ nõ reſpectu pͥmi.
[Et foꝛte.] ¶Reſpõdet 2° ꝙ Ariſtoteles vult ꝙ oꝛdo de/
beat ſumi tm̃ penes vnum vtpote penes locũ.naz alia ſunt
accidentia.Solus enim locus facit dignitatem in ſuba:⁊ ſic
oꝛdinando planetas ſm locos ſol non pcedit:niſi tres infe/
rioꝛes ⁊ poſtponiꝰ a tribus ſuperioꝛibus.hec tm̃ ſoꝛo nõ ac/
ceptaꝰ a Ptolemeo.[Qd autẽ moderni.] ¶Nũc remouet
opinionem Auicẽne.opinabatur eniz Auicẽna ꝙ pter mo/
toꝛem pͥmi mobilis daꝰ aliq̃ alia itelligẽtia pꝛioꝛ que ſit vt
finis tm̃ nec ſit alicui oꝛbi ꝓpꝛia:ſed finis ꝓxime intelligen/
tie.¶Cõtra hoc arguit duplꝛ.pͦ/qa quelibet itelligentia eſt
cã tribus modis ſui oꝛbis.ſ.vt finis:vt agens:⁊ vt foꝛma.g
non daꝰ ali⁹ finis ſepatus.2°/ꝙ Ariſtoteles dicet ꝙ ſi aliq̃
ſuba eſſet non mouens:illa eſſet ocioſa.Qm̃ ois ſuba eſt foꝛ
ma ⁊ foꝛme agere eſt pꝛopꝛiuz.[Qd aũt mouit.] ¶Sylꝛs
Auicẽne ad hoc fuit talis.oẽ ꝓducens plura imediate habꝫ
aliqd pͦus realꝛ diſtinctũ ab eo.Sed itelligentia mouẽs pͥᵐ
mobile ꝓducit plura.nã ꝓducit intelligẽtiã ꝓximi oꝛbis vt/
pote Saturni:⁊ aiam ꝓpꝛij oꝛbis ⁊ oꝛbẽ ꝓpꝛiuz:g hꝫ aliqd
pꝛius eo.maioꝛ pꝫ.nam ab vno inquantuz vnuz non pꝛoue/
nit niſi vnũ.Si ergo intelligẽtia pͥma mouẽs pͥmuz mobile
cauſat tria:opꝫ vt hoc diuerſa ratione faciat.nã ꝓut intelli/
git ſe:ſm ꝙ hꝫ aliquid de potẽtia ꝓducit oꝛbẽ ꝓpꝛiũ.vt ꝟo
intelligit ſe pꝛout habet aliqd de actu:pꝛoducit aiaz ſui oꝛ/
bis.vt ꝟo intelligit pͥmum pͥncipiũ:ꝓducit intelligentiaz ꝓ/
ximi oꝛbis.ergo opꝫ vt habeat aliqd pꝛius reſpectu cui⁹ ſit
in potẽtia ⁊ ſit in actu.⁊ ſit perfecta.hec eſt ratio eius. Dicit
tñ ꝙ a quolibet exercitato ſoluitur.[Jſte autẽ.] ¶Rñdet
⁊ dicit pͥmo ꝙ iſte ſermo eſt imaginibilis h̃ eſt fictus nihil
hñs in re.Dicit 2° ꝙ illic.i.in ſubſtãtijs ſepatis nõ eſt ꝓuct⁹
⁊ ꝯſecutio

UVA. BHSC. IyR_143_1

⁊ conſecutio nec actio: hoc eſt non eſt cauſatio phyſica per motum ⁊ tranſmutationem: ⁊ ordo cauſationis: ita ꝙ dicamus ꝙ vna actio .i. vnus effectus conſequatur vnũ agens. ⁊ deinde illum effectum alius: ⁊ ſic vſqꝫ ad vltimum vt putat Auicẽna. tñ enim eſt illic cauſa ⁊ cauſatũ vt itelligibilia ſunt cauſe intelligentis. nõ ergo eſt ibi phĩca actio ſed intellectualis. [Et cum ita.] ¶ Ad formã reſpondet ꝙ vnamet cauſa põt eſſe ſimul cã plurium in actione itellectuali: cui⁹ exemplum ponit Simplicius. vnus eni met panis eſt mouens plures famelicos. Amplius/ vnuſmet lapis cauſat plures intellectiones ſil: ergo primus motoꝛ cauſat omnes itelligentias vna ⁊ ſimul: put ille intelligũt deuꝫ ſimul. Debes ſcire ꝙ Auerroes putat deum eſſe obm oĩum intelligentiarum. ⁊ putat intellectionem non differre a re intellecta: ⁊ ꝑ conſequens deus eſt cã oĩum: pꝛo quãto mouet intellectualiter oẽs. de his in deſtructionib⁹ dixim⁹ ſatis. [Illud igr̃.] ¶ Remouet dubiũ. nam ſi oẽs cauſantur a p̄mo velut ab obiectio: ergo omnes eẽnt equales. Rñdet ꝙ lꝫ cauſant̃ itellectual'r oẽs ⁊ ſil: tñ intellectiones ſunt diuerſe. ⁊ pꝛopterea illa cuius intellectio fuit maioꝛ: eſt ꝑfectioꝛ. ⁊ illa cuius itellectio fuit minoꝛ: fuit minoꝛ. ⁊ ſic menſure entitatuꝫ earum ſunt ſm mẽſuras intellectionum. de his in p̄mo de celo cõmento .90. ꝑquire. [Et ſic eſt intelligendum.] ¶ Remouet qõdam aliud dubium huic ſimile. vbi debes ſcire ꝙ Auerroes ⁊ Ariſtoteles crediderunt ad motũ completum vnius ſtelle. verbi grã. ſolis/ eſſe necẽias plures ſpheras ex quib⁹ fit vnus oꝛbis totus: ⁊ eſtimant ꝙ quelibet ſphera habeat pꝛopꝛium motoꝛeꝫ tanq̃ ꝓpꝛiã aiaꝫ. ⁊ ſic quot ſunt ſphere tot ſunt aie. Videt̃ ergo hoc falſum. nam tũc tales ſphere non facerent vnum oꝛbem totalẽ. Rñdet Auerroes ⁊ credit ꝙ motus vnius ſtelle ſint plures ⁊ motoꝛes plures. Sunt tñ oẽs vnũ ꝓpter vnum finẽ. Nam ſtellã mouet vnus pꝛim⁹ ⁊ oẽs alij aliarum ſpheraꝝ mouẽt grã illius p̄mi. oẽs ergo erunt vnũ vnitate finis pꝛimi. opꝫ g̃ eſtimare motoꝛes particulares ſpheraꝝ illi ſubſeruientium ꝑfici ab illo cõmuni motoꝛe: qui mouendo ſtellã p̄mo mouet totũ congregatuꝫ ſcđo. ¶ Sed hic eſt quedã ardua qõ. vꝫ vtrũ motoꝛes illi particulares ad illum vnũ ſubſeruiẽtes beatificent̃ tñ in illo p̄mo eoꝝ: vel vltra illum intelligunt ẽt deum. hec qõ ẽ valde obſcura: ⁊ videt̃ ex vno ꝙ non intelligũt niſi illum pꝛimũ: qꝛ ille eſt finis eoꝝ quõ deus eſt finis oĩum reliquorum. ergo ibi ſtat̃ Ex alio videt̃ ꝙ in tali non qeſcant. nam intellectus noſter inferioꝝ nõ quieſcit intelligendo aliqđ infra deum. Et certe qõ eſt ꝓblema neutrum: ⁊ mihi ſatis eſt qõnem mouiſſe. [Et ſic eſt.] ¶ Concludit duo coꝛollaria. p̄mũ eſt ꝙ eodẽ modo oẽs motoꝛes oꝛbium totalium intendunt motum oꝛbis ſtellati. ita ꝙ mouẽt vt illi vicinent̃: ⁊ ꝑficiunt̃ a motoꝛe totius atqꝫ in illo beant̃: quemadmodum dixit in vno oꝛbe reſpectu motoꝝ particularium ſpheraꝝ. [Et ideo omnes.] ¶ Scđm coꝛollarium: ⁊ ideo oẽs intendunt hunc motum diuinum qui eſt p̄mi motoꝛis actio ⁊ p̄ncipium aliarum actionum. hoc declarat. d. apparet enim ꝙ alij motus ꝓpꝛij ⁊ particulares: vt Saturni ⁊ Iouis ⁊ aliorum ſunt ꝓpter iſtum motũ hoc eſt ꝯñtes eũ ⁊ adunantes in oꝛdine cũ intendit ⁊ quoꝝ eſt pꝛincipiũ. Debes ſcire ꝙ motus ſtellarũ fixarũ fuit pꝛopter generationẽ: modo etiaꝫ alij ſunt ꝓpter generationẽ: ſed al'r atqꝫ al'r. naꝫ motus ſtellaꝝ fixaꝝ eſt ꝓpter perpetuã generationẽ: ⁊ alioꝝ mot⁹ eſt pꝛopter variã generationẽ. g̃ oẽs intendunt idẽ lꝫ mõ diuerſo. ⁊ tu intellige moꝛe Ariſtotelis: qui credit motũ ſtellaruꝫ fixaꝝ eſſe diurnũ tñ. [Sed quereret aliqs.] ¶ Mouet qõnẽ Auerroes ſupꝛa his. ⁊ vtitur duobus enthymematibus. p̄muꝫ eſt ſi oẽs oꝛbes atqꝫ oẽs oꝛbium motoꝛes intendunt eandem actionẽ ⁊ eundẽ oꝛdinẽ cõmunẽ oĩbus. neceſſe eſt vt habeant eandẽ foꝛmã intellectã cõmunẽ extrinſecam a

foꝛmis: quas intendit vnuſquiſqꝫ per ſe. ſ. extrinſecã a pꝛopꝛijs foꝛmis. conſequentiã non ꝓbat: ſed põt pꝛobari. nã ſi intendũt idẽ: g̃ vna intentione intẽdũt idẽ. ſed illa intentio non põt eſſe niſi ſuba: qꝛ in ſeꝑatis itellectio eſt ſubſtãtia. g̃ opꝫ vt talis intellectio ſit ſuba. ⁊ nõ magis vnius q̃ȝ alteri⁹: ergo cõis oĩum ⁊ per conſequens extriſeca. ¶ Scđꝫ enthymema eſt: ſi oẽs habẽt vnã foꝛmã cõmunẽ extrinſecã: ergo dabit̃ quedã foꝛma veluti finis additus oĩbus gratia cuius oẽs mouent: ⁊ per conſequens redibit poſitio Auicẽne. ſ. ꝙ pꝛeter p̄mũ motoꝛẽ datur vna ſubſtantia pꝛioꝛ veluti finis cõis ⁊ non agens ⁊ ſimplex ⁊c̃. hec eſt qõ valde difficilis. [Dicamus ergo.] ¶ Rñdet nunc qõni breuiter: ⁊ vꝫ negare pꝛimã ꝯſequentiã: ⁊ vult ꝙ nulla foꝛma ſit quaſi finis ⁊ cõis ⁊ vniuerſalis: niſi illa ex eis que habet actionẽ cõem: ⁊ hec eſt diſpoſitio foꝛme mouentis p̄mũ celũ motu diurno: ⁊ ſic breuiter negatur pꝛia ꝯſequentia: qꝛ nõ opꝫ vltra p̄mũ motoꝛẽ agentẽ dari pꝛimũ finẽ. [Diſpoſitio eni.] ¶ Pꝛobat hãc ſolutionẽ. p̊ qꝛ ita eſt in toto vniuerſo: queadmodũ in ciuitate bene legibus recta. hec ſimilitudo perſpicua eſt: qm̃ in ciuitate datur monarcha ⁊ dantur pꝛeſidentes ⁊ oꝛdinantur per acceſſum ⁊ receſſuꝫ ab illo monarcha. ſic ⁊ in vniuerſo: ſed in ciuitate monarcha habet aliquã actionẽ ꝓpꝛiã al'r eſſet ocioſus: que eſt oĩbus alijs actionibus nobilioꝛ: quã oẽs intendunt ciues: vtpote iuſtitiã: ergo ⁊ in vniuerſo pꝛimũ dꝫ habere aliquã pꝛopꝛiã actionẽ quã oẽs intẽdere opꝫ. [Et ſic accidit in artificijs.] ¶ Secundo pꝛobat idẽ nã iſta eſt in vniuerſo ſicut in arte vna totali continẽte plures particulares vt eſt militaris que continet plures pꝛimo ethicoꝝ. ſed pꝛia ars habet aliquã operationẽ: vtpote victoꝛiã: ergo ⁊ pꝛimus motoꝛ dꝫ habere vnã actionẽ. [Differentia aũt.] ¶ Sed qꝛ hec differunt: ponit eoꝝ dĩaꝫ ⁊ inqt: ꝙ inter iſta ⁊ artificialia eſt hec differentia: qꝛ foꝛme artis mouentes artifices ſunt in mã. Sed foꝛma mouẽs oẽs intellectus ſeparatos non eſt in mã: vt diximus. [Nos autem.] ¶ Contra arguit̃: nã cõiter in oꝛe hoiuꝫ eſt ꝙ a p̄mo motoꝛe ſcđs motoꝛ ꝯſequtur: ⁊ ꝙ p̄mus motoꝛ p̄cedit alios ⁊ ſil'ia verba: mõ precedere ſequi ⁊ ꝑuenire ſunt cõditiones agentis in tp̄e ⁊ nõ ab eterno: ergo hec dicta falſa ſũt. ¶ Reſpõdet ꝙ hec dicuntur metaphoꝛice ⁊ non pꝛopꝛie qꝛ hec ſunt conditiones agẽtis phyſici ⁊ nobis manifeſti. ⁊ qꝛ per tale agens nobis manifeſtum ſcimus agens illud: ideo de eo vtimur verbis his. vnde ꝓpꝛie illic non eſt potẽtia neqꝫ agẽs: qꝛ hec p̄cedũt tp̄e acta pꝛopꝛie loquẽdo. Tñ enim eſt illic intellectũ ⁊ intellectus: ꝑfectum ⁊ perficiens ꝓpꝛie loquendo. nã poſterioꝛes intelligentie inquantũ intelligunt pꝛimã vt ſic ꝑficiuntur ab ea ⁊ cauſant̃ ab illa. [Queadmodum.] ¶ Tribus modis declarat hoc. p̊ ab exẽplo artiũ. nã artes particulares perficiunt̃ ab arte vl'i: ⁊ tñ non fiunt ab illa. g̃ ſtat aliqđ perfici abſqꝫ factione: ⁊ ſic eſt in illis. 2° ſcientia dei videt̃ eſſe veluti pꝛia ſcientia: ⁊ ſcie aliaꝝ intelligẽtiarũ vident̃ eẽ ꝑticulares ꝯtente ſub illa dei. ergo deus perficit oẽs alios abſqꝫ factiõe ꝓpꝛie dicta. ⁊ hec ſil'itudo eſt Nicolai peripathetici. 3° quãdo hõ ſcit deũ: tunc eſt in vltima ꝑfectione. ergo ſcia dei ꝯtinet oẽs alias. ⁊ per ꝯñs oẽs alie ꝑficiuntur a pꝛia ⁊ non fiunt vera factione ab illa. [Hoc aũt.] ¶ Cõtra: quia Plato in Timeo dicit ꝙ creatoꝛ creauit angelos manu. deinde pꝛecepit eis creare cetera moꝛtalia ⁊ remanſit ipſe in quiete ſine laboꝛe: ergo illa verba intelliguntur pꝛopꝛie. ¶ Reſpondet ꝙ ſunt dicta metaphoꝛice ⁊ non ad literã. cuius ſignũ eſt. nam iudei eſtimantes verba illa: obſeruant ſabbatum credentes deuꝫ geniſſe in illa die ab omni opere qđ patrarat. [Et hoc qđ.] ¶ Vltimo redit ad declarationem quam dixit in particulari oꝛbe reſpectu ſpheraꝝ: ⁊ declarat illud per ſuũ ſimile ⁊ ſm̃o perſpicuus. Iam vtiqꝫ ꝯtra Ioãnem hic perſpicuuꝫ eſt pꝛimum p̄nci

UVA. BHSC. IyR_143_1

pꝛiuṁ eē cauſam pꝛimi mobilis tribus modis.ſ.vt forma ⁊ vt finis ⁊ vt agens.vt in cōmento.41.diximus.nec in hoc ē excitandum.eſt enim veluti ꝓncipium pꝛimū in pħia Auerrois. ¶ Sed circa hec dubitatur.nam Auerroes in libꝛo de ſtructio dſtructionū.in ſolōne duby.18.arguit ſic.datoꝛ formas ipſis rebus eſt agens:ꝓmus motoꝛ eſt datoꝛ forme entibus ſeparatis:ergo eſt illoꝝ agens.minoꝛ ꝓſyllogiçaᷓ ibidem ſic:dans finē illis dat formā:ſed ꝓmus motoꝛ dat illis finem:ergo dat formā.Ex his verbis ⁊ hac rōne ꝯſpicuum eſt pꝛimū motoꝛē eſſe agēs ſubſtantiaꝝ ſeparataꝝ. ¶ Sꝫ ꝯtrarium teſtaᷓ hic.dicēdū ꝙ agens ꝯſideraᷓ ſꝫm duas rōnes.ꝓma rō dᷓ tranſmutare:ſeu extrahere formā de potentia in actum mediāte alteratione.⁊ hec eſt ꝓma ratio eius.⁊ ab hac vendicauit ſibi nomen agētis. 2ª ratio eſt ꝓut ipſuꝫ eſt ⁊ alia nō ſunt abſqꝫ ipſo: vel pro quanto ipſum eſt in ſe ꝑfectum ⁊ alia ꝑficiunᷓ ab eo.⁊ hec vocaᷓ depēdentia quedam vel habitudo que nō itelligiᷓ niſi cum difficultate: vt Auerroes dicit in ꝓmo celi.cōmento.20.⁊ tunc ſoluo cōtradictionem ⁊ dico ꝙ Auerroes neget deum eē agentem motoꝝ ſꝫm ꝓmam rōnem:ſed ſꝫm alteraꝫ rōnem ⁊ ſecundariā concedit eſſe agentem.⁊ hoc modo debetur ꝯtradictio.[Et ſciendum.] ¶ Digrediᷓ circa motum ſtellaꝝ.⁊ ꝓmo diſtinguit in duo. 2° ſubdiuidit in tria.dicit ꝙ motꝰ quos ponunt aſtronomi ſunt tribus modis.vnus compꝛehendiᷓ a vulgo vt motus cōis quo mouenᷓ ab oꝛiente in occidens.hūc oēs compꝛehendūt.Alius eſt qͥ tm̄ a ſapiētibus cōpꝛehendiᷓ.ſ. inſtrīs ⁊ ꝯſiderationibus hoc eſt obſeruationibꝰ: ⁊ hunc 2ᵐ diuidit in tres,nam vnus eſt cōpꝛehenſus longiſſimis tēpoꝛibus:vt foꝛte motus augium ⁊ ſtellarum fixarū quos noꝛunt noui.Talis enim motus nō niſi inſtrīs ⁊ longis obſeruationibus ꝑpenſus eſt.alius modus ꝑuis ꝯſiderationibus vt motus ꝓpꝛius ab occidēte in oꝛiens.Hunc enim in anno qͥs videre pōt in ſole ⁊ in luna in menſe. Tertius auteꝫ nec paruo nec multo tp̄e compꝛehendiᷓ:ſed rōne tm̄ ⁊ hoc declarat.nam plures motus ipſoꝝ viſu apparēt ſimplices : ſꝫ ratione opꝫ eſtimare eos eſſe compoſitos.Exēplum huius eſt:nam quedā ſtelle erratice vt qͥnque planete:videnᷓ qn̄qꝫ veloces : quandoqꝫ tardi:qn̄qꝫ directi:qn̄qꝫ retrogradi. Modo videᷓ hoc eſſe ꝯtrarium rōni.nam declaratū eſt in nālī pħia motum celi eē ſimpliciſſimū ⁊ vniformem ⁊ propterea fuit nečium vt ponaᷓ aſtrologia : qua hec ſaluentur ſine aliquo impoſſibili in nālibus.Ecce quō hec nō pn̄t ſine ratiōe ſubtili perpendi.[Et hoc.] ¶ Oſtendit q̊t modis hoc poſſꝫ contingere:⁊ vult ꝙ tm̄ duobus modis.vno mō ita ꝙ motus planete ſit miſtus ex pluribus:ſicut motꝰ miſti in generabilibus:aut ita ꝙ dentur aliqui oꝛbes vt eccentrici ⁊ epicicli quibꝰ hec ſaluenᷓ. ꝓmus modus eſt omnino impoſſibilis,Sed ſcōs eſt diuꝫ mathematicoꝝ. [Propter hoc igiᷓ.] ¶ Ex his ꝯcludit duo coꝛollaria. pꝛimum eſt ꝙ aſtronomi differunt:qm̄ qͥdam ꝯdicunt nālibus:qͥdam cuꝫ nālibus principys volunt cōcluſiones aſtronomicas dare. [Et multotiens.] ¶ Scōm eſt ꝙ aſtronomia non eſt ſcientia ſemper vna.nam vno tp̄e inueniūt motum ſtelle:⁊ dant illi ſtelle illum motū tm̄.deinde in millibus annoꝝ perquirunt per inſtrm̄ ſtellam illam:⁊ eā variatam inueniūt a çodiaco:⁊ hoc pacto addunt alium motum.verbi grā.vt facit Ptolemeus qui lune ⁊ ſeptē planetaꝝ ponit motum quem nullus antiquoꝝ nouit vt motus augium ⁊ ſtellaꝝ fixarū: ⁊ lune motum reſpectiuū qui eſt motꝰ diameter epicicli:vt dicemus:⁊ motū poloꝝ epicicloꝝ queꝫ nullus dat. [Iſtoꝝ autē.] ¶ Contra hec arguit.ꝓmo qꝛ huic motui reſpectiuo ⁊ motui poloꝛum non dedit ad hunc aſtronomiam ita vt poſſint ſtare cum pħica nālī. 2°/qꝛ dat eccentricis ⁊ epiciclis centra extra centrum mundi qꝺ nō ſtat cum nālī philoſophia.Sed de his dicemus cōmento ſequenti.

Ed quot ſunt he: Nunc quidem nos que dicunt mathematicoꝝ : quidam attētionis gratia dicimꝰ vt mēte aliq̄ pluralitas determinatas ſuſcipiunᷓ. Reliquum vͦo hec quidem querentes:opꝫ eē ipſos.illa vͦo perſuadentes a querentibus : ſiquid videaᷓ pꝛeter modo dicta ab hec tractantibus : amare quidem vtroſqꝫ perſuaderi vͦo exactioꝛibus.Eudoxus quidem igitur ſoleꝫ ⁊ lunam vtriuſqꝫ lationem in tribus poſuit eſſe ſpheris.Quarum pꝛimam applanoꝝ aſtroꝛū eſſe.Secundam autem ſꝫm eū qui animalium per medium. Tertiam autem ſꝫm obliquatuꝫ in latitudinē aīalium. In maioꝛi autem latitudine obliq̄ri ſꝫm quā luna ferᷓ: q̄ꝫ ſꝫm quā ſol.

¶ Determinatum eſt plures eſſe ſubſtātias ſeparatas:vtpote tot quot motus:ſed quot:vtpote.10.vel.20.nōdum dictū eſt,hoc ergo nunc exquirit.pꝛemittit aūt quandam excuſationem ⁊ pꝛopꝛiam ⁊ mathematicoꝝ.⁊ vult ꝙ ipſe ꝓmittet opinionem mathematicoꝝ tm̄ vt excitemur:ita vt aliquali ꝯiectura pluralitas ſubſtantiaꝝ ſeꝑataꝝ capiaᷓ. ¶ Secundo dicit ꝙ tractantes hec debēt hec qͥdem inq̄rere per ſe:hec vͦo ꝑſuaderi a querentibus.Qꝺ ſi aliquid addēt antiquis vltra perſuaſionem receptam : nos debemus amare vtroſqꝫ.ſ.ꝓmos perſuadētes ⁊ nouos addētes:qꝛ ambo nobis fuerunt ꝓncipium inueſtigāde veritatis.hec ergo eſt excuſatio ⁊ ꝓlogus ad dicenda inquit.ſed quot ſunt he : nunc qͥdem nos que dicūt mathematicoꝝ qͥdam attentionis grā dicimus hoc eſt non vt vera ſint:ſed excitandi cauſa:erunt enim nobis excitamenta ad altioꝛa ⁊ hoc ſubdit erunt.ſ.attentionis gratia:vt mente aliqua pluralitas determinata a nobis ſuſcipiqͥᷓ.hec eſt vtilitas dicendoꝝ.deinde excuſationem inducit.d.reliquum vͦo hec qͥdem querentes opꝫ eſſe ipſos hoc eſt de reliquo opꝫ ipſos querere per ſeipſos. Illa vͦo opꝫ eſſe perſuaſos a querētibus:ſiqͥd videaᷓ pꝛeter mō dicta ab hec tractantibus amare qͥdē vtroſqꝫ.ſ.pꝛimos opꝫ ⁊ nouos acutioꝛes . perſuaderi tm̄ opꝫ certioꝛibus hoc eſt a poſterioꝛibus acutioꝛibus . hec eſt excuſatio ⁊ pꝛeceptum. [Eudoxus.] Debes ſcire ꝙ Eudoxus percepit tres motus tm̄ in ſole ⁊ luna.vnus eſt cōmunis.vꝫ diurnus.alius contrarius huic ſꝫm ſucceſſionem ſignoꝝ qui longitudinalis dicitur.Tertius latitudinis : vtpote a polo ad polum:⁊ hunc tertiuꝫ dedit ſoli ⁊ lune,lꝫ lune magis pateat vt dicemus in cōmento.huic triplici motui dedit tres ſpheras.aliam quidem qua motus cōmunis fit. alia qua motus longitudinalis.alia qua motus latitudinalis.e quibus tribus congregatur totus oꝛbis.alius lune alius ſoli dicit. Eudoxus quideꝫ igiᷓ ſolem ⁊ lunam vtriuſqꝫ lationem in tribus poſuit eſſe ſpheris:quarum pꝛimā qͥdē applanoꝝ hoc eſt fixoꝝ aſtrorum eſſe.Scdam aūt ſꝫm eū qui aīalium per mediuꝫ vtpote longitudinalē ſꝫm ſucceſſionē ſignoꝝ.Tertiam autē ſꝫm obliquatum in latitudine aīalium:vt de polo ad polum. In maioꝛi tm̄ latitudine dicit obliquari ſꝫm quam luna fertur: q̄ꝫ ſꝫm q̄ꝫ ſol.⁊ ſic cuilibet hoꝛum tres dedit ſpheras.Debes ſcire ꝙ eudoxus dicit tria contraria aſtronomis noſtri tp̄is. ꝓmo dicit octauam ſpheram nullo alio motu moueri ꝑter diurnum:cuius ꝯꝛiū Ptolemeus ꝓbauit ⁊ Thebith expertus eſt:reperierunt enim ipſam moueri econuerſo ab occidente in oꝛiēs:⁊ Thebith addit motū titubationis circa polos de quo in almageſto ſatis. 2° dicit eſſe nečiam ſpheraꝫ pꝛopꝛiam pro motu diurno ſolis ⁊ pro motu diurno lune:

UVA. BHSC. IyR_143_1

cuius ẽt ↄ̃trariũ tenent oẽs. nã pm mobile motu cõi rapit oẽs orbes ⁊ oẽs ſpheras in vigintiquatuor horis ſemel: nec neceſſaria eſt ſphera ꝓpria pro hoc motu. Tertio dicit ꝙ ſol exit ab ecliptica ⁊ mouetur latitudinaliter vt luna: ꝫ luna magis. ẽt huius oppoſitũ eſt ꝓbatũ in aſtronomia. Sol. n. nũq̃ꝫ exit ab ecliptica: ꝫ oẽs alij planete: ſic in his ergo tribus Eudoxus dicit ↄ̃traria famoſis noſtri temporis.

Cõ. 45. ¶ Quare phs. ] Auerroes p̄ premittit excuſationẽ Ariſtotelis. 2° loco proſequit̃. dicit p̄ ꝙ propter diuerſitatẽ in ſcientia motuũ. In quibus fundat pluralitatẽ motoꝝ. Cogitur enarrare famoſiorem poſitionẽ ſuo tpe. probat 2° ꝙ talia non pñt eſſe niſi famoſa. nã hec accipiunt̃ a ſenſibus. ⁊ talia non pñt ſentiri niſi in tpe: ad qd̄ non ptingit vita humana: ⁊ per ↄ̄ſequens opꝫ ſtare ↄ̄ſiderationibus ⁊ obſeruationibꝰ famoſis alioꝝ. Dicit 3° ꝙ in talibus non põt qs vti neceſſarijs ꝓp eoꝝ difficultatẽ: ſed tm̃ famoſis. Modo famoſa ſũt dupl'r vel ↄ̄ceſſa ab oibus: ⁊ tunc hñt potentiã demonſtrationis: vel talia in q̃bus diſcordant ſapientes: ⁊ tunc nihil ſunt certi. Ariſtoteles g̊ vtit̃ talibus: qꝛ melius eſt vti talibꝰ q̃ꝫ nihil. hec eſt excuſatio. deinde narrat textũ ⁊ poſitionem Eudoxi ⁊ ſermo pꝫ. [ Mathematici aũt. ] ¶ Ponit ↄ̄ueniẽtiam iter aſtronomos nouos ⁊ antiquos ⁊ dĩiam. Cõueniẽtia eſt qꝛ moderni dant motũ in longitudine ſub orbe decliui: ⁊ in latitudine reſpectu poli aliq̃bus planetis. hec eſt cõuenientia. Dĩa eſt p̄mo qꝛ pro predicto motu in latitudine non eſt neceſſaria ſphera ꝓpria: qꝛ vna ſufficit. ꝓpterea qꝛ mouet̃ ſupra diuerſis polis. modo qd̄ nã poteſt vno inſtrumento facere ſupſedet ab alio. 2a dĩa eſt: qꝛ ſol nõ hꝫ duos motus. ſ. longitudinalẽ ⁊ latitudinaleꝫ: qꝛ ſol nunq̃ꝫ exit ab ecliptica. [ Et ſic. ] Uult rememorare poſitionẽ mathematicoꝝ ſui tpis. ⁊ p̄ narrat breuiter poſitionẽ eoꝝ. 2° refellit eam: volunt ergo p̄ ꝙ ſol habeat 3m motũ vel tertiã variationẽ motus: vtpote velocitatẽ ⁊ tarditatẽ. modo vel ſol habet ab vno ⁊ eodẽ orbe: nunc velocitari ⁊ nunc tardari: vel habet a diuerſis. ⁊ cũ non ab eodẽ: ergo eſt neceſſariũ ponere eccentricos quibus ſaluet̃ velocitas ⁊ tarditas: vt dictuꝫ eſt in almageſto. [ Eccentricuꝫ. ] ¶ Contra arguit ⁊ dicit ꝙ epiciclus eſt impoſſibilis: eccentricus eſt extra naturã. duo ergo probat. p̄ epiciclum eſſe rem ĩpoſſibilẽ. ſecundo eccentricum eſſe preter naturã. pm dupliciter probat. p̄: qꝛ omne corpus qd̄ mouetur circulariter motu ſimplici ⁊ eterno mouetur circa centrũ mundi: ſed epiciclus non mouetur circa centrũ mundi: ergo non eſt. maior eſt Ariſtotelis in p̄ de celo, ⁊ minor eſt mathematicoꝝ. 2° ſi eſſet epiciclus: tunc haberet centrũ proprium: ⁊ cũ naturaliter terra mouetur ad cẽtrũ qd̄cunqꝫ: tunc terra moueret̃ ad illud centrũ: ⁊ ſic daretur terra extra terraꝫ. Hec probatio eſt efficax per illamet media quibus deſtruit mundoꝝ pluralitateꝫ. [ Et ſimiliter forte. ] ¶ Oſtendit ſecũdo ꝙ eccentricus ſit preter naturalis. p̄ qꝛ ſi daret̃: darent̃ plura centra. nã eccentricus habet centrũ extra centrũ mundi. vltra ſi plura centra: ergo plura corpora grauia extra locum terre. hec pꝫ vt ſupra: ergo non vnũ mediũ: ſed haberet latitudinẽ ⁊ diuiſionẽ pro quanto non eſſet ſimplex ⁊ vnum. Secundo probat idẽ. nã ſi dant̃ eccentrici: tunc vna pars eoꝝ eſſet groſſior ⁊ alia ſubtilior: ⁊ quando pars groſſa cũ groſſa mouetur: tunc inter ſubtilẽ ⁊ ſubtilem vel daretur vacuũ ⁊ hoc non: vel daretur quoddã corpus ĩplens: vt ſpongia ad nullũ aliuꝫ finẽ niſi vt ĩpleat vacuũ: vt in corporibus animaliũ fit. Datur enĩ in corpore animalis caro vt impleat loca vacua tm̃. [ Sed nihil. ] Nunc reſpondet ad argumentũ de velocitate ⁊ tarditate: ⁊ vult ꝙ nihil cogat ponere corpora talia. nã huiuſmodi variatões ſaluari poſſunt per motũ linee lenlab: vt Auerroes declarauit 2° celi. cõmento. 35. ⁊ tu vide dicta mea ibideꝫ ⁊ ĩtelliges hoc. [ Et ſicut Ptolemeus. ] Or aũt huiuſmodi corpora non ſũt neceſſaria: probat ipſe auctoritate Ptolemei. nã vult ꝙ huiuſmodi diuerſitates ſaluari poſſunt propter motũ generationis: hoc eſt generando ⁊ multiplicãdo multos motus multaꝝ ſpheraꝝ: ⁊ poſſunt ſaluari per eccentricos ⁊ epiciclos: ait tñ ꝙ 2a via eſt leuior: ſimplicior: ⁊ nobilior. leuior quidẽ qm̃ non opꝫ ponere numeꝝ tot corporũ. nã ſic eſſet confuſio. ſimplicior: qm̃ natura potens paucioribus facere aliquid: fruſtra vtitur pluribus. nobilior ꝯo: qm̃ ſaluat propoſitum paucioribus. Ecce quõ cõcedit vtranqꝫ põnẽ: ꝫ laudet ſcd̄am viam. Ex hoc vult habere Auerroes ꝙ hec oĩa poſſunt ſaluari preter talia extranea. [ Ptolemeꝰ aũt. ] ¶ Nunc declarat errorẽ Ptolemei, ⁊ vult ꝙ Ptolemeus ignoret fundamentũ antiquoꝝ quo ponebant motũ multiplicationis. i. multiplicabant gñando plures motus. nã mouebãtur ex eo qꝛ tales motus eccentrici ⁊ epicicli ſũt ĩpoſſibiles ⁊ contra naturã. [ Neceſſe eſt igitur. ] ¶ Concludit corollariũ ꝙ propter hec ĩpoſſibilia eſt neceſſe declarare aſtrologiã antiquã q̃ apud ipſuꝫ fundatur ſupra eodem orbe ⁊ polis diuerſis. dico diuerſis: qꝛ duobus vel pluribus vt conuenit apparentibus. ⁊ hec vocat̃ linea lenlab. Cuius cauſaꝫ ſubdit. nã poſſibile eſt ſtellis accidere motũ velocẽ ⁊ tardũ ⁊ progreſſum ⁊ retrogradationẽ ⁊ alios motus quibus Ptolemeus non potuit ponere aſtrologiã: vt eſt propiquitas ⁊ remotio que accidit in luna reſpectu ſolis que vocatur motus reſpectiuus. Debes ſcire ꝙ oẽs differentie motuũ ſaluari pñt per hanc imaginationẽ vt Thebith ſaluat motũ trepidationis circa varios polos. Siquis enĩ varios polos imaginetur ⁊ varias ſpheras: poteſt ſaluare has oẽs dĩas. ⁊ hec vocat Auerroes lineã lenlab. ſed id qd̄ apparet de eclipſibus lune Auerroes non põt ſaluari. vt 2° celi diſputauimus. naꝫ luna qñq̃ꝫ eclipſat̃: ⁊ eius eclipſis durat horis pluribus: quandoq̃ꝫ paucis. ⁊ hoc non eſt niſi ꝓpterea qꝛ luna qñqꝫ plus de vmbra: qñqꝫ minus ſuſcipit: ⁊ hoc non eſt niſi propter eleuationẽ ⁊ depreſſionẽ eius: ⁊ ad hoc non poteſt dari aſtronomia niſi epiciclus: ſed de hoc ſatis in libro de celo. [ In iuuentute autẽ mea. ] Narrat ſuã deſperationẽ ⁊ vtilitatẽ eoꝝ que dixit. deſperatio q̄dem eſt: qꝛ nũc in ſenectute amplius nõ ſperat inuenire aſtronomiam conuenientẽ p̄ncipijs nãlibus. Utilitas ꝯo eſt: qꝛ ex nũc dictis aliquis forte efficit̃ ſtudioſus ⁊ ingret veritatẽ ꝓpter duo. p̄ qꝛ hec moderna contradicit p̄ncipijs nãlibus. 2° qꝛ dedimus p̄ncipiuꝫ aliqd̄ ſubaudi apparentias ⁊ per lineam lenlab. [ Lune autẽ. ] ¶ Ultimo redit ad narrandũ numeruꝫ motuũ attributoꝝ lune. ⁊ vult ꝙ antiqui tẽpore Ariſtotelis dederunt vnum motum lune vtpote ſcd̄m motũ draconis. ⁊ reſpectu huius dederunt orbem toti concentricum: qui dicitur deferens caput draconis. Ptolemeus dedit quartum motum reſpectu ſolis ⁊ 2m hoc eſt quintum reſpectu centri qm̃ mouet̃ centrũ equal'r: ⁊ propterea talem vocat motuꝫ reſpectiuuꝫ. ergo lune Ptolemeus vt Auerroes narrat dat quinque motus. ſ. cõmunẽ: ꝓprium longitudinis: draconis ſeu latitudinis: motuꝫ ſui corporis reſpectu ſolis: ⁊ motum ſui centri reſpectu eiuſdẽ ſolis. ergo quinque. Sed quomõ ſit illud in aſtrologia relinquat̃. ¶ Debes ſcire ꝙ Joannes Jãdonus fingit negare hec corpora Auerroem vno modo ⁊ concedere alio modo: ⁊ conatur exponere illos modos. Sed iſte homo certe non hꝫ mẽtem Auerrois: nam Auerroes vbiqꝫ nitit̃ deſtruere hec oĩo ⁊ conatur ſaluare apparentias per orbes concentricos mundi: ⁊ per diuerſitatem motuũ ſupra diuerſis polis vt erat tempore Ariſtotelis famoſum. ⁊ oĩa ſaluat vt dicit per lineam lenlab: excepto illo quod apparet de eclipſibus. ⁊ propterea Joannes querens ſaluare Auerroem deſtruit ipſum. q̄dam enituntur ſoluere rationes Auerrois. dicunt enim nõ eſſe neceſſe vt ſpherica corpora celeſtia mouẽtur oĩa circa vnum centruꝫ: ſed ſatis

UVA. BHSC. IyR_143_1

eſt vt moueatur circa centrum proprium. ❡ Ad ſcōm p̄n-
cipale fingunt argumētum Auerrois nihil eſſe. nam ſpiſſuz
vnius ſemper mouetur cum ſubtili alterius: ⁊ ſic non opz
dari vacuum nec corpus ocioſum ad replendum vacuum.
❡ Debes ſcire ꝙ omnes ratiōes Auerrois poſſunt reduci
ad duas potiſſimas: ⁊ maxime has quas tetigit. Et prima
fundat̄ in duabus ꝓpōnibus. ꝙ idez ſit locus totius ⁊ par-
tis quando totum ⁊ pars ſunt eiuſdem nature: hoc videm⁹
in omnibus elementis. nam in quolibet elemento quelibet
particula fertur ad idem ⁊ in eodem numero quieſcit. Nec
in hac ꝓpoſitione eſt ambiguitas. ❡ Secunda ꝓpoſitio ē
ꝙ totum celum eſt in loco per cētrum terre. hāc declarauit
ipſe 4° auſcultationis phice cōmento. 45. ⁊ pſpicua eſt per
ſe. nam circa cētrum mouet̄ totū ſm formā ⁊ circa ipſum
quieſcit ſm ſubiectū. ⁊ hec ſunt de rōne loci. Ex his conſtat
virtus primi ſyllogiſmi. pars ⁊ totū eiuſdem nature vnum
habent locum numero: vt p̄ma mōſtrat ꝓpoſitio. ſed celuz
⁊ quelibet pars celi ſunt pars ⁊ totum eiuſdem nature ſim-
pliciter: vt declarauit Ariſt. 2° celi. ergo totum celū ⁊ queli-
bet pars eundem habent locuz: ſed locus totius celi per ſe-
cundam ꝓpōnem eſt centrum terre. ergo eidem eſt locus
omniū ſpherarum: ⁊ hoc eſt totū poſſe Auerrois. nec valet
fingere eūdem eſſe locum totius ⁊ partis loquendo de loco
cōmuni. nam hoc haberet locū ⁊ forte in toto ⁊ tempore di-
uerſarum naturarum. Nam qñ pars eſt eiuſdē nature cuz
toto: opz vt ſint vnius ꝑfectionis ⁊ per ſequēs vnius lo-
ci: lz p̄mo totius ⁊ ſcdo partis. ❡ Pro intellectu ſecūde ra-
tionis debes ſcire ꝙ cuicūqꝫ non repugnat maius ei non re-
pugnat minus: ex hoc ſeqtur ꝙ celo in eo ꝙ celum nō repu-
gnat moueri omni modo: vt ex occidente in oriens ⁊ econ-
uerſo: ⁊ de ſeptētrione in meridiem ⁊ ecōuerſo. lz enim hoc
ſit ipoſſibile apud nām: eſt poſſibile logicum. nā eo poſito
in eſſe nullū ſeqtur ipoſſibile apud mētem. hoc accepto ar-
guo. Si eccentrici eē pñt vt dicit Ptolemeus: poſſibile eſt
ſpiſſum vnius moueri cum ſpiſſo alterius: ⁊ ſubtile ſimul
cū ſubtili. Si hoc eſt poſſibile: poſſibile eſt dari vacuuz: vel
dabuntur corpora ocioſa. Ultima ꝯñtia etiam perſpicua ē:
ſed vltimū ſequēs eſt impoſſibile: ergo p̄mū antecedēs
⁊ hec eſt potiſſima rō. nec valent ambages recentioꝝ. Tu
vero in his conſidera bene: qꝛ. 2. de. diſputamus.

Errantium vero aſtrorum in quatuor
cuiuſqꝫ ſpheris. harum autem ⁊ pri-
mam quidem ⁊ ſecundam eandem
eſſe illis. nam ⁊ eam que applanorū
omnes ferētem eſſe ⁊ eam que ſub ea ordina-
tam ⁊ ſm eum qui per medium animalium la-
tionē habentem cōmunem omniuz eſſe. tertie
vero ſphere omnium polos per media anima-
lium eſſe. quarte autem lationez ⁊ ea eoꝝ que
obliquantur ad medium eius. Tertie autem
ſphere polos: aliorum quidem proprios: ve-
neris vero ⁊ mercurij proprios.

❡ Locutus eſt d̄ ſpheris ſolis ⁊ lune: ⁊ voluit vnicuiqꝫ tres
dari: ⁊ per conſequens ſex ſunt he. Nunc de reliquis quin-
que legit̄: ⁊ videtur vnicuiqꝫ quinque eſſe neceſſarias qua-
tuor ſpheras. ❡ Circa qd̄ debes ſcire ꝙ quilibet planetaꝝ
qnque hꝫ motus quoꝝ duo quidem longitudinales ⁊ duo
latitudinales. p̄mus longitudinalis eſt ab occidente ad occi-
dens. Secundus huic oppoſitus eſt ab occidēte in oriens.
Tertius eſt latitudinalis a meridie in ſeptentrionez. Quar-
tus econuerſo a ſeptentrione in meridiem. ❡ Debes etiaz
ſcire ſecundo ꝙ omnis motus circularis eſt circa aliquos
polos ⁊ ſupra aliquam axem. ⁊ propterea poli p̄mi longitu-
dinalis ſunt poli firmamenti ⁊ axis etiam eius. poli ſecūdi
longitudinalis ſunt poli zodiaci. ⁊ axis ſimiliter. poli latitu-
dinalis primi ſunt in ecliptica: vnus quidem in angulo diei
alter in angulo noctis: ⁊ axis eſt ab vno horum ad alterum.
poli vltimi ſunt declinantes ab his ⁊ ſimiliter axis. ❡ De-
bes ſcire tertio: ꝙ quia quatuor perceperunt motus in tali-
bus quinque: ideo quatuor perceperunt ſpheras concen-
tricas. nam quilibet motus eſt propter certam ſpheram de-
derunt vero orbem quartum. nam ꝑceperunt planetaz nūqꝫ
moueri verſus vnū polum ꝙ attingeret illum ⁊ rediret ad
aliud redeundo ad eundem. Sed viderunt planetaz decli-
nari ab ecliptica certo ſpatio deinde redire: ideo cogebant̄
ponere duas ſpheras: alteram qdem vt traheret planetam
verſus polum vſqꝫ in certum terminum. alteram vero vt re-
traheret retro verſus polum contrarium. hoc ergo pacto cui-
libet qnque planetarum dederunt quatuor. modo quatuor
ducta in qnque ſunt. xx. ⁊ ſol ⁊ luna habēt ſex ſpheras: ergo
omnes erunt. xxvj. omnibus ergo ſeptem erraticis tot Eu-
doxus credidit competere ſpheras. Inquit. Errantium vero
aſtroꝝ vniuſcuiuſqꝫ. ſ. lationez in quatuor ſpheris ſubaudi
eſſe ponebant. ⁊ exponit has. d. Harū aūt primam qdem. ſ.
per quā mouentur longitudinaliter ab oriente in occiden-
tem: ⁊ ſecundam. ſ. per quam mouent̄ longitudinal'r. econ-
uerſo ponebant eſſe eandem. ſ. ſimilē illis duabus ſolis ⁊ lu-
ne per quas ſimil'r mouent̄ ſol ⁊ luna: ⁊ he ſunt due ſphere
neceſſarie pro p̄mis duobus motibus in longitudinem. Cla-
rius has exponens ſubdit. nam ⁊ eam que applanoꝝ. i. non
errantium oēs ferentem eſſe. ſ. opz ⁊ ea que ſubordinatam:
⁊ hec eſt prima. nam hec ſubordinat̄ firmamento pro quā-
to hec mouet̄. Similiter ⁊. ſ. opz eſſe lationem habentē cō-
munē omnium eſſe ſm eum circulum qui per mediuz ani-
malium. i. zodiaci: ⁊ hec eſt ſecunda ſphera. he ergo ſūt due
ſphere neceſſarie duobus primis motibus lōgitudinalib⁹.
de alijs duabus ſpheris latitudinalium motuum ſubſcribit
exempla ⁊ dicit. Tertie vero ſphere reliquoꝝ. ſ. omniū quin-
que dixit eſſe polos per medium animalium hoc eſt in ecli-
ptica. nam vnus polus eſt in angulo diei ⁊ alter in angulo
noctis: ⁊ axis eſt linea ab vno ad alteruz extenſa. poſuit au-
tem hanc ad cauſandum motū lateris verſus alterum polo-
rum. deinde ſubdit deſcriptionem quarte. d. quarte autem
lationem poſuit. ſ. ⁊ ea. i. eos polos de numero eoꝝ que obli-
quant̄ ad medium eius. i. ad tranſuerſam primi circuli. naz
hec quarta trahit in contrarium tertie: ne. ſ. planeta totaliter
ad polum verſus procedat. ❡ Debes ſcire ꝙ iſti percepe-
runt tres ſuperiores vt Saturnum Iouem ⁊ Martem ha-
bere tres ſpheras ꝯcentricas ⁊ quātum ad polos ⁊ ad axes
ſimiles: ſed duos inferiores aliter. lz enim ſphere Ueneris
⁊ Mercurij ſint concentrice: tamen poli non ſunt ſimiles
cum polis trium ſupioꝝ: qꝛ duo hi iferiores plus declinant
qꝫ tres ſupremi. ⁊ ideo ſubſcribit. d. Tertie autez ſphere po-
los dicit alioꝝ quidem trium ſuperiorum proprios: Uene-
ris vero ⁊ Mercurij eoſdem: hoc eſt alios proprios: qꝛ non
ſimiliter mouentur in latus tres ſuperiores: ſicut tres infe-
riores. vel forte aliter intelliges hec ⁊ ego relinquo. perſpi-
cuum eſt ſpheras omnium erraticorum eſſe. xxvi.
❡ Cum narrauit.] Preſens cōmentum pſpicuuz. Debes tñ Cō.46.
ſcire ꝙ in motu planetaꝝ ſignantur latitudo ⁊ longitudo.
latitudo accipitur vt planeta mouet̄ ab vno polo in alteꝝ
⁊ econuerſo. dr̄ autē hec latitudo aſtronomice pro quanto
penes hanc ſumuntur latitudines ciuitatum apud aſtrono-
mos. phice vero hec dicunt longitudo: qꝛ vnus polus eſt ve-
lut ſurſum alter velut deorſum: vt 2° celi pz. longitudo vero
aſtronomice ſumit̄ ꝓut planeta fert̄ ab ortu in occaſum ⁊
econuerſo: ⁊ dicit̄ longitudo pro quanto ciuitates ſic mēſu-

UVA. BHSC. IyR_143_1

rantur in longum apud aſtronomos:re tñ vera latitudo dicitur qñ eſt a dextro in ſiniſtrum. ¶ Scḋo debes ſcire ꝙ antiqui ꝑceperūt duplicē latitudinē.ſ.alteram ab eqnoctiali:⁊ quātum ad hāc omnes mouent̄ in latus etiam ſol ⁊ luna que potius declinatio dicenda eſt.alteram ꝟo ab ecliptica verſus alteruz poloꝝ:⁊ hanc antiq dederunt omnibus. Sed Ptolemeus excepit ſolem. Nam centrum ſolis ſemꝑ decurrit per eclipticā:nec exit ab ea.reliqua patent.

Calippus autem poſitionem quidez ſpherarum eandem poſuit cum Eudoxo. huius autem eſt diſtantiaruz ordinem. pluralitatem ꝟo ei quidez que Iouis ⁊ ei que Saturni eandem cuz illo dabat. Soli ꝟo ⁊ lune duas exiſtimabat adhuc apponendas eſſe ſpheras. apparentia ſiqs debeat aſſignare: reliquis ꝟo planetis vnicuiqꝫ vnam neceſſe autem ſi compoſite omnes debeant reddere apparentia ſm quemlibet errantium alteras ſpheras vna minores eſſe reuoluentes ⁊ ad idez reſtituentes poſitione primam ſpheram ſemper inferius ordinati aſtri. Sic enim ſolum contingit planetarum lationem omnia facere. Quoniaz igitur in quibus quidem ipſa feruntur ſpheris: he quidez octo. he autem quinque ⁊ viginti ſunt. harum autem ſolas non oportet reuolui in quibus deorſum ordinatum fertur. Que quidem reuoluunt eas que ſunt primorum duorū ſex erunt: que autem eas que ſunt poſterioruz quatuor: ſexdecim. omnium itaqꝫ numerus ⁊ ferentiū ⁊ reuoluentium ea quinquagintaquinqꝫ. Si autem ſoli ⁊ lune non addiderit quis quos diximus motus: omnes ſphere erunt. vij. ⁊ .xl. pluralitas quidem igitur ſpherarum tanta ſit.

¶ Nunc Calippi poſitionem de numero ſpheraruz enarrare enitit̄.fuit aūt Calippi etate poſterior Eudoxo Ariſtoteli coetaneus:vt Simplici⁹ narrat in p̄mo de celo.atqꝫ Athenis cū Ariſtotele moderauit conſiderationes Eudoxi. Pro huius ergo viri poſitione debes ſcire ꝙ duplices credidit eſſe ſpheras.ſ.deferentes ⁊ reuoluentes. Saturno quidem ⁊ Ioui octo deferentes tribuit:vnicuiqꝫ quatuor. Soli ꝟo ⁊ lune deferentes decem:vnicuiqꝫ qnque.alijs deniqꝫ trib⁹ qndecim deferentes:vnicuiqꝫ quinque:ergo omnes deferētes erunt numero.xxxiij. Reuoluentes ꝟo Saturno ⁊ Ioui ſex:vnicuiqꝫ tres. Soli ⁊ Lune octo:vnicuiqꝫ quatuor. Marti ⁊ veneri ⁊ Mercurio duodeci:vnicuiqꝫ quatuor. omnes ergo reuoluentes erunt.xxvi.ergo congregando reuoluentes cuz deferentibus erunt omnes numero.lix. Cauſa autem horum patebit in litera. ¶ Debes ſcire ꝙ ph̄s in litera enumerat.lv.nam pretermittit vnum errantium cui quatuor ſphere ſunt neceſſarie. Primo ergo ꝓponit conuenientiam ⁊ videntur conuenire in duobus. Primo quātuz ad numerum deferentium. Secundo quātum ad ordinem planetarum ⁊ hoc dicit. Calippus autem poſitionem quidē ſpherarum eandem poſuit cum Eudoxo:quod intellige de deferentibus:hec eſt prima conuenientia eoꝝ.deide ponit ſecundam.d. Huius autem.ſ.viri Calippi eſt ponere ordinem diſtantiarum. Similr.ſ.cum Eudoxo:nam eodez modo ordinabat ſpheras.hec eſt ſecunda conuenietia. Deinde narrat differentias ⁊ dicit:pluralitatē ꝟo ſpherarum deferentium ei qdem que Iouis ⁊ ei que Saturni eandem cuz illo dabat:qr quatuor dabat Eudoxus ⁊ quatuor nunc dat Calippus. Soli ꝟo ⁊ lune duas eſtimabat adhuc apponendas eſſe ſpheras:⁊ hoc ſiquis debeat aſſignare apparentia. ¶ Debes ſcire ꝙ Calippus vidit ſolem ⁊ lunam quādoqꝫ veloces quandoqꝫ tardos:⁊ propterea vltra tres datas eis ab Eudoxo addidit duas.ergo computando omnes primorum:⁊ horum erunt deferentes.xviij.reliquis ꝟo planetis addebat vnicuiqꝫ vnam: ergo erunt qndecim. ¶ Debes ſcire ꝙ addit hanc vnaz propter direptionē ⁊ retrogradationem quas ꝑcepit in his: ⁊ per conſequens congregando oēs deferentes omniuz erunt numero.xxxiij. deinde docet eligere ſpheras reuoluentes. ¶ Debes tamen ſcire ꝙ ſphere reuoluentes dantur vnicuiqꝫ tot quot deferentes vna minores.nam ſphere que defert planetam nō r̄ndet ſphere reuoluentes propter cauſam dicendaz. ¶ Scḋo debes ſcire ꝙ ſphera ſuperior hꝫ virtutem forme: ⁊ inferior virtutem materie:⁊ ꝓpterea ſupior orbis trahit ad ſe inferiorez:⁊ ſic videtur Saturno per neceſſaria correſpondēs prime deferēti vt retineat eam:ne feratur a ſup̄mo celo ſtellato nimio raptu:⁊ ſic deſtruatur proportio aſtri fixi.⁊ pari pacto ſubſtantia deferens eget altera ſibi reuoluente coeua. ⁊ ſimiliter tertia eget tertia quarta ꝟo ꝓpter qr multum diſtat ab orbe continente:parum participat raptus:ideo non fuit neceſſaria ſphera reuoluens:ergo Saturno dabuntur quatuor ferentes ⁊ tres reuoluentes:⁊ ſimilr Ioui:⁊ breuiter vnicuiqꝫ tot quot dantur deferentes vna minores ꝓpter hanc cauſam dictam. Dicit/neceſſarium eſt autez ſi omnes compoſite ⁊ debite ordinate debeant reddere apparentia ſm quālibet errantium eſſe adhuc alias tres ſpheras:que ſunt tot quot ille vna minores: eo quia deferenti aſtrum omnino datur ſphera reuoluens exponit hoc.d.reuoluentes ⁊ ad idem reſtituentes:dico reſtituentes primum poſitione.i.infimam ſpheram ſemꝑ deorſum exiſtentem:ordinati aſtri:id eſt fixi aſtri.ecce officium harum reuoluētiuz eſt manutenere ſpheram infimam in qua aſtrum figit̄:ne ipſa diuertatur per motum raptus ſpheraꝝ ſuperiorum. ſubdit cauſam:qr.ſ.opꝫ aſtrum ſic regulariter ſeruari.d. Sic enim cōtingit ſolum lationem planetarum omnia facere:hoc eſt qr planete ſic ſeruati ſunt omnium reꝝ cauſe: deinde colligit numeꝝ omnium ⁊ dicit. Quoniam igit̄ in quibus quidem ipſa feruntur ſpheris he quidem octo vt Saturni ⁊ Iouis vniuſcuiuſqꝫ quatuor he autem.xxv.ſunt.nam reliqui quinque ſunt planete: ⁊ vnicuiqꝫ dantur quinque:modo qnque in qnque ducta faciunt.xxv.ergo omnes ſunt.xxxiij. Oſtēdit in quibus non opꝫ dare reuoluentes.d.harum autem ſolas non opꝫ reuolui in qbus deorſum ordinatum fertur.ſ. aſtruz:quaſi dicat ꝙ infima in qua figit̄ aſtrum caret reuoluente:qm̄ propter diſtantiam eius a ꝯtinente orbe: parum aut nihil raptus participat:omnes relique habent reuoluētes. His habitis epilogat numerum oium ⁊ dicit:que qdez reuoluunt eas que ſunt primoꝝ duoruz.ſ.Saturni ⁊ Iouis. ſunt ſex.que ꝟo poſteriorum quatuor:erunt.xvi.ergo omnium ⁊ ferentium ⁊ reuoluentium numerus ea ſunt.lv. Sed videtur Ariſto.ſubtrahere quatuor.hoc cur faciat: videbimus in cōmento. Deinde vult enarrare poſitionem veriorem.d. Si aūt ſoli ⁊ lune non addiderit quis quos diximus motus vtpote ſoli duos ⁊ lune duos:vtiqꝫ quatuor eoruz a lv.remouebuntur:⁊ qḋ remanet erit.li.e qbus iterum ſubtrahe quatuor ab vnoquoqꝫ quatuor vnā quā addebat Calippus:⁊ ſic oēs ſphere erunt.xlvij.pluralitas quidem igit̄ ſpherarum tanta ſit.⁊ ad hanc videt̄ Ariſto.plus inclinare. Ad huius exemplum formet̄ figura ſequens.

UVA. BHSC. IyR_143_1




Declaratio poſitionis Calippi.

¶ In hac ergo figura ſunt deſcripti ſeptem circuli ſeruientes ad motum Saturni: cuius quilibet repreſentat vnam ſpheraꝫ. Saturnus ergo ſcribitur charactere ♄. reliqui vo circuli deſignantur per. a. b. c. d. e. f. g. Tunc declarantur ea que Ariſto. dixit ſm Calippum. nam Saturnus mouetur i xxiiij. horis ab oriente in occidens iterum rediens ad illud aliquo inſenſibile minus: ⁊ quantum ad hunc motum fuit neceſſaria ſphera. a. hec enim rapta a firmamento rapit centrum Saturni in. xxiiij. horis ſemel vt dictum ē. Et quoniã hec ſphera moueret tanto impetu quanto mouet̃ a firmamento: ⁊ ſic Saturnus nunꝙ̃ poſſet econuerſo moueri ab occidente in oriens: vt experientia ꝑcepit: hac de cauſa eſtimauit eſſe neceſſariam ſpheram. b. vt. ſ. detineret planetaꝫ in ſua menſura ⁊ in ſuo curſu. ⁊ qm̃ ꝑcepit Saturnum promoueri in latus poli ſeptentrionis dedit ꝓpter hoc vnam ſpheram. ⁊ q2 hec ſphera impetu mouet magno: eguit ſphera. d. vt impetus ille abſcindatur atqꝫ planeta moueat̃ certa regula: ⁊ qm̃ etiam precepit ♄ moueri verſus polum meridianum dedit. e. ſpheram: vt. ſ. ♄ trahatur ad contrariuꝫ polum. ⁊ q2 hec item vt prius dicta magno ipetu rapit: dedit. f. vt detinens atqꝫ regula. Et qm̃ percepit Saturnũ moueri ab occidente in oriens: dedit. g. ſpheram cui non ſuppoſuit aliam inferiorem: eo q2 eſt nimis inferior nullius impetus particeps: ⁊ cum hoc hic eſt motus eius nãlis. hec fuit fictio Calippi. ⁊ ſicut dixi in Saturno: eodem modo ⁊ in reliquis potes ſcribere. Sed hec eſtimatio pluribus modis deficit. Primo / q2 ſphera. a. ſuperfluit: quoniam firmamentum ſatis eſt ad mouendũ omnes inferiores: vt Ptolemeꝰ probauit. Adhuc omnes reuoluentes vidẽtur ſuperfluere. nam quomodo motus hi ſint naturales: videtur a proprijs motoribus eſſe determinatos ad maximum ⁊ ad minimũ. nulla ergo eſt neceſſitas ſpherarum reuoluentium. Preterea ſuperfluunt ſphere mouẽtes in latus. quoniam planete declinant ab ecliptica: qm̃ eoꝝ poli declinãt ab ecliptica: ⁊ hac de re mouent̃ cũ hac declinatione vt dicit Ptolemeus: ergo dedit excentricos duos ⁊ vnum deferentẽ ⁊ epicicluꝫ ⁊ in quibuſdam deferentem caput. Saturno quideꝫ ⁊ alijs duobus iferioribus. ſ. Ioui ⁊ Marti Ptolemeus dedit tres orbes. ſ. deferentem epiciclum ⁊ duos eccentricos ⁊ epiciclum. hi nãqꝫ ſatis ſunt pro omnibus motibus eoruꝫ. Soli tres etiam ⁊ ei nõ dedit epiciclum. lꝫ Auerroes in ſuo almageſto ſaluet omnes motus ſolis cum epiciclo tm̃. Venus ẽt hꝫ tres ⁊ epiciclum vt de tribus ſuperioribus dixit. Mercurius hꝫ quinque ⁊ epiciclum. ſ. duo dicti deferentes augẽ equantis. duo intra hos dicti augem eccentrici deferentes. Quintus defert epiciclum in horum medio poſitus. Luna demum habet ſpheras quatuor ⁊ epiciclum. habet enim tres orbes vt ſol ⁊ ſuperiores: ⁊ hi dicuntur deferentes augem eccentrici. tertius eſt in horum medio locatus qui defert epiciclum. quartus eſt orbis mundo concentricus aggregatus ex tribus alijs ambiens: qui deferens caput draconis nuncupatur. Demonſtrationes ⁊ rationes Ptolemei perquirantur ab eo in almageſto. Potes ergo omnes enumerare orbes ⁊ motores ſi placet de mẽte Ptolemei: ⁊ erũt xxxj. numero. Et hec poſitio tenetur nunc ⁊ tẽporibus noſtris vſus tabularum ⁊ canonũ oĩum motuuꝫ ſunt de mẽte Ptolemei: ꝙ̃ꝙ̃ in motu ſtellaruꝫ fixarum ⁊ augiuꝫ: ipſe titubet: de quo in libro magne compoſitionis ſatis.

¶ Dicit Ariſtoteles.] Cõmẽtum fere totum perſpicuuꝫ eſt: tñ quedam annotent̃ difficilia. Primuꝫ ibi. [Et ſm ꝙ Alexander.] Ubi primo debes ſcire ꝙ debent eſtimari noueꝫ ſphere. verbi gratia. reſpectu motus ſolis: ⁊ debet eſtimari ſol fixus eẽ in ſphera infima hoc eſt maxime propinq̃ verſus caput noſtrum: ⁊ tunc perſpicuum eſt circa illã ꝑmam Cõ.47.

ſpheraꝫ

UVA. BHSC. IyR_143_1

ſpheram eſſe octo alias ſpheras eã continẽtes:que ſunt pro
pter apparẽtia in motu ſolis. Ita ꝙ ſuprema ⁊ nona erit ea
que a capite noſtro ſũme eleuať. Ingt. modo ⁊ ſm ꝙ Ale-
xãder dixit ponebãt oĩuz orbiũ ſtellaꝝ ꝑter orbẽ ſignoꝝ. ſ.
firmamẽtũ orbẽ qui mouet illũ. ꝟ. ĝ. Solem ſup vnum po
lum ad partẽ ꝯ̃riaz ad quã mouet ꝑmus orbis ⁊ iſta ſphera
in ꝯ̃rium mouẽs dr̃ reuoluẽs. Tũc dicebant qntũ orbem a
parte noſtra eſſe ſub q̃rto a pte ſupremi: ⁊ ſextũ quo ad nos
eſſe ſub tertio ad illam ſupremã. ⁊ ſeptimũ quo ad nos ſub
ſcdo. ⁊ dicunt ꝙ reuoluens ⁊ deferẽs ambo mouenť ſupra
eiſdez polis. nã ſic cõponẽdo orbes ſaluanť apparẽtia. hec
erat poſitio Calippi vt Ariſto. narrat. [Et iſta aſtrologia.]
¶ Contra hoc dictuz Alexandri arguit Auerroes. ꝑmo/qꝛ
hec aſtrologia non cõuenit fundamẽtis datis in hoc tẽpore.
Scdo/qa iſti motus ſuper eoſdem polos de ꝯ̃rijs terminis
ad ꝯtrarios terminos ſunt ꝯtrarij: ⁊ ꝑ ꝯñs deſtruũt alter al
terꝝ. [Sup aũt.] ¶ Rñdet ĝ aliter ⁊ dicit. Super autẽ po-
los diuerſos poſſe eſt. ⁊ ſimilr̃ ſupra centra diuerſa. Nam h̃
modo nõ ſunt ꝯ̃rij: deinde dat ſcdam ſolonem ⁊ eſt imagi-
nãdo orbẽ in quo poniť ſtella locari inter duos orbes: q mo
ueantur ſuper cõtrarijs polis. [Sed talis.] ¶ Cõtra arguit:
nam talis motus eſt violentus: nam aſtruz deferet impetu
vnius ⁊ alterius. ergo violentus erit eius motus. hoc autez
non accidit corporibus celeſtibus: vt dictum eſt in ꝑmo de
celo. [Et ideo.] ¶ Redit ad verã ſolonez ⁊ vult ꝙ iſti mo
tus. ſ. deferentis ⁊ reuoluentis non debẽt eſſe ſupra eoſdem
polos nec ſupra vna axe. hanc ꝓbat ꝑmo/qa ꝑ hanc poſitio
nem ſaluatur velocitas ⁊ tarditas: directio ⁊ retrogradatio.
2°/qa ꝑ eaz ſaluať latitudo a çodiaco ita ꝙ ꝑ eã planeta po
teſt moueri in lat⁹. 3°/ex h̃ fundamẽto nõ accidit ipoſſe. 4°/
hec poſitio ſaluat omnes apparentias. 5°/nam motus eẽ ſu-
pra diuerſis polis concedunt aſtronomi in motu diurno et
motu obliquo. nã dicunt ꝙ motus diurnus eſt ſupra polis
mundi. motus ꝟo obliquus eſt ſupra polis çodiaci ab illis
declinantibus. ita ꝙ mathematici Hiſpanie volunt polos
çodiaci reuolui circa polos totius mũdi deſcribendo circu
lum paruum. Si ergo iſti motus conceduntur in çodiaco:
⁊ toto mũdo. ergo non eſt inconueniens in talibus ſpheris.
Addit ꝙ mathematici Hiſpanie ꝯcedunt talem motũ polo
rum in orbe ſtellato. Dicunt enim ꝙ orbis ſtellatus moueť
circa polos totius/hoc eſt noni orbis motu trepidatõis. Ex
his pꝫ veritas ſolonis. reliquum cõmenti patet.

Quare ⁊ ſubſtantias ⁊ principia imo
bilia ⁊ ſenſibilia tot rõnabile exiſtima
re: neceſſariũ enĩ dimittať fortiorib⁹
dicere. Si aũt nullã poſſe dicere latio
nẽ nõ ordinatã ad aſtri lationẽ. Amplius autẽ
oẽm nãm ⁊ oẽm ſubaz ipaſſibilẽ ⁊ ſm ſe opti
mũ ſortitã eſſe finẽ opꝫ exiſtimare: nulla vtiqꝫ
erit ꝑter has altera nã ſed talẽ ſubarũ numerũ
eẽ neceſſe eſt. Si enĩ eſſent alie: mouerẽt vtiqꝫ
tãq̃ꝫ finis exiſtentes lationis. Sed alias qdem
eſſe lationes ipoſſe preter dictas. hoc aũt exiſti
mare ex latis rõnabile. nã ſi oẽ ferẽs lati gratia
natũ eſt: ⁊ latio ois lati alicuius eſt: nulla vtiqꝫ
latio ſui gr̃a erit: nec ali⁹ vtiqꝫ latiõis: ſꝫ aſtro-
rũ gratia. nã ſi fuerit lationis gratia: ⁊ illaz alte
rius oportebit eſſe: quare cum nõ eſt poſſibile
ire in infinitũ: finis erit omnis lationis latoruz
aliquod diuinorum corpoꝝ ſm celum.

¶ Ad dicta.] Nũc addit ꝯ̃nẽ. ⁊ ingt. quare ⁊ ſubſtãtias: ⁊ ꝑ
ideſt principia imobilia ⁊ principia ſenſibilia tot. ſ. quot la-
tiones extimare eſt rationabile. ¶ Debes ſcire ꝙ cuiuſlibꝫ
lationis duo ſunt principia. alterum imobile vt intelligẽtia:
⁊ alterum ſenſibile vt ſphera ſeu celeſte corpus: ⁊ ꝓpterea
quantum ad vtrũqꝫ ꝑncipiũ dixit ꝑncipia imobilia ⁊ ſenſi
bilia. dixit aũt rõnabile hoc eſt ꝓbabilr̃. nam vt ſcripſit ne-
ceſſariũ ⁊ demõſtratiuũ dimittať dicere fortioribus: ⁊ ꝑ h̃
ſignat eius ꝓbationem fuiſſe dialecticã ⁊ nõ demõſtratiue.
¶ Debes ſcire ꝙ plures eſſe intelligentias vna põt demõ-
ſtratione ſciri quia. Nam plures ſunt orbes ⁊ motus vt ſci-
mus ꝙ plures ſunt anime humane: qm̃ ſunt plures homi-
nes animati ⁊ plures oꝑationes hoĩuz: ⁊ quãtũ ad h̃ ꝟbum
ſuum non hꝫ locũ: plures tñ in certo numero: vtpote vel. 55.
vel. 47. vel. 49. non poteſt demonſtratione ſciri. naz rõ ſic
componeť. Quot ſunt motus celeſtes: tot ſunt orbes ⁊ intel-
ligentie: ſed motus ſunt. 55. vel. 47. vel. 49. ergo ⁊ orbes ⁊
intelligentie erunt tot. Modo conſtat maiorem ſciri certa
demonſtratione. Sed minor non ſcitur niſi ex famoſis ſuo
tẽpore: modo famoſa poſſunt eſſe falſa. Sed nulla demon-
ſtratio ex falſis eſt. Syllogiſmus vt declaratur in poſterio
ribus: bene ergo dicit h̃ eſſe rõnabiliter ſcitum ⁊ nõ demõ-
ſtratione. [Si autem nullaz.] Debes ſcire ꝙ ſylľs eſt quot
ſunt lationes tot ſunt intelligẽtie: ſed. 47. vel. 49. vel. 55. ſũt
lationes. ergo ⁊ intelligentie. poteſt ergo quis obijcere Ari-
ſtoteli: quantum ad maiorem imaginando quaſdam alias
ſubſtãtias abſtractas per ſe exiſtẽtes/nec mouẽtes/nec mo
tas: ⁊ per conſequens hec via nulla eſt: ⁊ hec rñſio eſt theo-
logorum. dicunt enim eſſe quaſdam intelligentias per ſe ꝑ-
fectas: que nullius ſtelle ſunt motores: vt ſũt angeli. ¶ Cõ-
tra hoc obijcit Phs ⁊ ſupponit duas propoſitiones. prima/
omnis latio eſt propter ordinatũ aſtrum. hanc non probat
ſed ſumit vt famoſam. Secũda/omnis ſubſtantia ⁊ ois na-
tura impaſſibilis optimũ finẽ ſortita eſt. Sumatur hec ſe-
cũda propoſitio vt maior ⁊ addatur hec minor. vꝫ. ſed mo-
uere ſtellaz aliquaz eſt optimus finis. ergo omnis nã ⁊ ois
ſubſtãtia abſtracta eſt ſortita aliquam ſtellã: ⁊ per ꝯſequẽs
nulla eſt que nõ moueat. harum duarum propoſitionũ. pri
ma additur ad bene eſſe ⁊ terminoruz cauſa. Secũda eſt vt
maior cui ſubaudiri opꝫ minorez dictã ⁊ dabitur concluſio
noſtra. Inquit. Si autez nullã poſſibile eſt dicere lationem
non ordinataz ad aſtri lationem: ⁊ hec eſt prima que paruz
prodeſt. Deinde addit aliam. d. Amplius aũt omnem natu
ram ⁊ omnem impaſſibilem oportet exiſtimare eẽ ſortitaz
optimum ſm ſe finem: ⁊ hec eſt maior cui ſubſcribe hanc
ſed mouere aliquam ſtellã eſt optimus per ſe finis dat con
cluſionem. d. Nulla vtiqꝫ erit preter has altera natura: ſed
talem ſubſtantiaꝝ numeruz eſſe neceſſe eſt vt dixit. Debes
ſcire ꝙ theologus debet a Pho diſcordare. Quoniam ꝑn-
cipiuz Philoſophi verificatur per ſenſata vel mediate vel
immediate. Theologus etiam poteſt verificare concluſio
nem ex principijs creditis: ⁊ ideo Philoſophus quantũ ad
hanc concluſionẽ diſcordat a theologo. Naz Philoſophus
per numerum motuũ nobis apparentiũ concludit numeꝝ
intelligentiarum. Theologus aũt cõcludit numerũ ex cre-
ditis principijs via reuelationis acceptis. ⁊ propter hec de-
mõſtratio hec eſt firma Philoſopho: theologo ꝟo credita.
[Si enim.] ¶ Scda obiectio poteſt eſſe ad minorem ima-
ginando ꝙ ſunt multo plures lationes in celo q̃ꝫ que nume
rate ſunt. nam poſſunt fingi quedam non deprehenſe a no-
bis: vt ſi earum motus eſſent vniformes ⁊ in nullo diuerſi:
⁊ non propter partem ſtellataz: ſed propter partes nõ ſtel-
latas: vt ſi quis ſupra octauum celum imaginaretur infini-
tas ſpheras mundo concentricas. ¶ Contra hoc arguit et
repetit quod nunc concluſit ⁊ dicit. Si enim eſſent alie: mo-

uerent vtiqꝫ tãqꝫ exiſtentes finis cuiuſdam lationis.hec ğ ſuppoſitio eſt ꝙ omnis intelligentia eſt finis alicuius lationis.¶ Tunc arguit ꝛ dicit:ſed alias ꝗdem lationes eē impoſſibile eſt ṗter ṗdictas.quare tot ſunt vt dixit.hoc aũt.ꝓbat hãc rñſionem ex latis.ꝛ ṗmo ꝓponit hoc.d.Hoc autez extimare eſt ex latis rõnabile:ꝛ nititur vno enthymemate: cuius añs eſt due ꝓpoſitiões.ꝛ inquit.nam ſi oē qḋ fert lati gr̃a eſt natum.i.nãliter moueť gr̃a lati.Deinde ponit ſecũdam.d.ꝛ oĩs latio lati alicuius eſt:ꝛ hoc totũ eſt añs cui addit concluſionem.d.nulla vtiqꝫ latio ſui gratia erit:nec alterius lationis ſed aſtrorum gr̃a.ꝓbat ꝯñtiam:ꝛ habet ꝯñtia duas partes.Prima ꝙ nulla latio ſit ſui gratia.ꝛ hanc non probat:ꝗa ꝑſpicua eſt.nam lator eſt ꝓpter lationem ꝛ latio propter latũ vt oẽs ꝯfitenť.Deinde ꝓbat ſecũdam partem d.nam ſi latio fuerit gratia lationis:pari ratione ꝛ illã alterius lationis gratia oportebit eſſe:quoniã ſunt vnius ſpẽi.ğ vel nulla erit propter lationem vel oẽs.Dat concluſionez ꝛ repetit totum.d.quare quo modo non ſit poſſibile ire in infinitum:finis erit cuiuſlibet lationis aliqḋ diuinorum latorũ corporum ſm celum/hoc eſt de natura celi.Debes ſcire ꝙ virtus rationis eſt hec:ſi ſunt alique intelligentie preter dictas:vt dicunt aliqui:ille ſunt ꝓpter lationẽ.nam per lationem optimũ ꝯſequunť finem.ergo opꝫ eẽ lationes aliquas vltra predictas:ꝛ tot numero quot ſunt itelligentie vltra ṗdictas:vel ergo latio quelibet illarum eſt propter ſe:vel ꝓpter aſtrum:vel propter aliam lationẽ.Siqdem ꝓpter ſe/hoc eſt contra nãm lationis.nam ferens eſt lationis gratia ꝛ latio eſt lati gratia.nõ ergo ꝓpter ſe nec propter aliam lationem diuerſam.nam pari ratione ꝛ illa ꝓpter aliaꝫ ꝓpter ſimilem cauſam.ergo vel ibitur in infinituꝫ:vel oportet ſtare ad lationem:que eſt propter aſtrum:ꝛ per conſequẽs tot lationes erunt quot aſtra:ꝛ ſic nulle erunt lationes preter ṗdictas:ꝛ nec intelligentie erunt plures.Et hec eſt virtꝰ demonſtrationis Ariſtotelis.

Cõ.48. ¶ Cum poſuit] Cõmentũ iſtud pꝫ maxime per dicta nr̃a in precedẽti textu.Debes ſcire ꝙ de numero intelligentiaruꝫ diſputaui in nr̃o libro deſtruº deſtruᵐ.diſ.14.in ſolõne dubij 4ⁱ ꝑ totũ.ꝛ ibi ſcripſi quecũqꝫ in iuuẽtute potui colligere.Nũc ꝟo ꝛ ſi plus exercitatus ſim:mihi nihil plus videť illo.ibi enim ſubtiliter rem quo ad poſſe explicari.Tu ꝟo lege atqꝫ perlege ea:ꝛ tibi placebunt valde.

Uod autẽ vnuꝫ celũ:manifeſtũ. Si eniꝫ plures eſſent celi vt hoĩes: foret principiũ circa vnũqḋqꝫ ſpecie vnũ: nũero ꝟo mľta. Sꝫ q̃cũqꝫ ſũt nũero multa mãm hñt.vna eniꝫ ꝛ eadẽ rõ multoꝝ vt hoĩs:ſoꝛ.ꝟo vnus.Qḋ aũt qḋquiderat eẽ nõ habet mãm primũ:endelechia enim vnum q́dem igiť ꝛ ratione ꝛ numero primũ mouens: ĩmobile ens:ꝛ motuꝫ ergo ſemper ꝛ continue vnum ſolum:vnum ergo ſolum celum.

¶ Erat ſyllogiſmus Ariſtotelis quot ſphere tot intelligẽtie 47.vel.49.vel.55.ſunt ſphere.ergo ꝛ tot itelligẽtie. Obiecit maiori ꝛ minori ꝛ ſatiſfecit queſtionibus:nũc videť obijcere concluſiones.naꝫ poſſet quis dicere ꝙ plures ſunt mũdi:ꝛ per conſequens erunt.59.ſphere duplicate.ſ.118.non ğ 59.ergo concluſio falſa.Ariſtoteles ergo vult remouere talem obiectionem ꝛ arguit hypothetice hic.nã a deſtructione conſequentis ad deſtructionem antecedẽtis ſic:ſi plures eſſent mundi plures eſſent primi motores:ſed nõ ſunt plures primi motores.ergo non ſunt plures mundi. maiorem ſupponit tãqꝫ manifeſtam ꝛ probat minorem ſic: quecũqꝫ ſunt plura numero ſpecie habent materiam. Sed primus motor non habet materiam.nam eſt purus actus.ergo vnꝰ eſt primus motor tm̃.Debes ſcire ꝙ qui ponũt plures mũdos plures ponunt eos numero:ſed ſpecie vnuꝫ vt Democritus:quia aliter ponere nõ poſſunt vt Ariſtoteles ṗmo celi diſputauit.dicit ꝙ autem vnum celũ:manifeſtuꝫ.Sumit celum pro mũdo:vt dicit ipſemet ṗmo celi.hec eſt ꝯcluſio. deinde probat hãc hypothetice.vt dixi.d. Si enim plures eſſent celi vt hoĩes ħ eſt plures numero ꝛ ſpecie vnus:ꝛ addit hoc:ꝗa alr̃ nõ põt extimari mũdorum multitudo:foret ṗncipium circa vnumquodqꝫ ſpecie vnũ:numero ꝟo multa.hec eſt prima hypothetica ꝛ eſt maior:nec curat eam ꝓbare:ꝗa ex ante dictis ſatis pꝫ.ꝛ in libro de celo eſt declarata.hinc ſubaudias minorẽ.ſ.oppoſitũ cõſequentis ꝛ inferas oppoſitum añtis qḋ erat ꝯcľo:ꝛ probat minorem ꝛ dicit:ſꝫ quecũqꝫ ſunt numero multa habẽt mãm:cuius cauſaꝫ breuiter ſubſcribit.d.vna enim ꝛ eadem ratio eſt multoruꝫ vt hominis.ſ.ratio eſt Socratis ꝛ Platonis.Socrates ꝟo vnꝰ propter vnam materiã.hec ergo eſt maior ꝛ eius probatio. deinde ponit minorem.d.qḋ autez eſt primum qḋquiderat eſſe non habet mãm:qḋ probat.d.nam endelechia.i.perfectibilia ꝛ purus actus dicitur:hec eſt tota probatio. Deinde conuertit ſyllogiſmum ꝛ arguit a primo ad vltimũ.d.vnũ quidem igitur ꝛ ratione ꝛ numero eſt primuꝫ mouẽs imobile exiſtens.ergo ꝛ motum ſemper ꝛ continue erit vnum. ergo vnum ſolũ celum.ſ.vnus ſolus mũdus.¶ Debes ſcire ꝙ Ariſtoteles in hac ratione quedam ſumit ꝛ quedaꝫ ꝓbat.Sumit primo ꝙ pluralitas mundoruꝫ(ſi eſſet)nõ poſſet eſſe niſi indiuidualis.Secũdo ſumit ꝙ vno exiſtẽte mũdo vnus dꝫ eſſe primus motor ꝛ econuerſo.Uidetur autez ipſe duo probare.Primum eſt/ꝙ quecunqꝫ plura numero ſunt ſpecie vnum habent mãm.Scðm eſt/ꝙ primũ qḋꝗderat eſſe hoc eſt prima forma vel primum principium non habet mãm.probat autẽ primuꝫ per hoc:ꝗa vna poteſt eẽ ratio multoꝝ:ꝛ econuerſo multa poſſunt eẽ vna ratio:hoc autem pro tãto eſt/pro quãto vna rõ ſumiť ab vna forma: ſed pluralitas ab ipſis multis materijs.probat autem 2ᵐ: quia primum qḋquideratеſſe vel prima forma vel primuꝫ principium eſt purus actus.Auerroes autem hanc probat per impoſſibile hoc modo.naꝫ ſi prima forma haberet materiam:prima forma haberet aliam eſſentiã:hoc eſt quidditatem diſtinctaꝫ ab indiuiduo.ꝛ ſi ſic querať de illa ꝗdditate ſi habet adhuc mãm.ꝛ ſi non:pari rõne ſtanduꝫ erat.In prima ꝛ ſi ſic:erit proceſſus in infinitũ.Sed que mã ſit ṗncipiuꝫ indiuiduationis an mã que eſt compoſiti. Altera ꝑs vel materia totius.Recentiores altercantur.tamen de hoc ſcripſi in locis pluribus. Cõmentum patet. Cõ.49.

Ue ꝟo traduntť a ſenioribus ꝛ antiq̃s in fabule figura dimiſſa poſterioribus:ꝙ dij ſunt hi:ꝛ ꝙ ipſum diuinum cõtinet nãm totam.Reliqua ꝟo fabuloſe iam adducta ſunt:ad ꝑſuaſionẽ multoꝝ ꝛ ad vſuꝫ qui ad leges ꝯferẽs. Cõformes eniꝫ hoĩbꝰ hos ꝛ alioꝝ aĩaliuꝫ ꝗbuſdã ſimiles dicũt:ꝛ his altera ꝯſequẽtia ꝛ dictis ſimilia. A ꝗbus ſiqs ſeparãs id accipiens ꝙ primũ deos exiſtimauerũt primas ſubas eſſe.diuine vtiqꝫ eſſe dictum putabit ꝛ ſm veriſimilitudineꝫ:ꝛ ſepe inuẽta ad poſſibile vnaquaqꝫ ꝛ arte ꝛ philoſophia:ꝛ iteruꝫ corruptis:ꝛ has opiniones illoꝝ quaſi reliquias vſqꝫ nunc ſaluatas eſſe.

Auerroes

UVA. BHSC. IyR_143_1

❡Auerroes videt̃ velle Ariſtotelem confirmare quecūqꝫ dixit de dijs ex teſtimonio antiquoꝝ ⁊ hec eſt conſuetudo eius.nam poſt ſermonem demonſtratiuum:adducit ſermonem probabilem.Expoſitoꝛ videtur velle Ariſtotelem ponere differentiam inter opinionem eius ⁊ ea que antiqui ⁊ vulgares ſentiunt ⁊ he expoſitiões ſunt optime.mihi tamē magis ad verbum videtur dicendum ꝙ Ariſtoteles ſoluit dubitationem.Nam in contrariū ſunt apologi ⁊ leges nūc. Tenent enim ꝙ ſint plures dij:⁊ ꝙ ſint ſimiles hominibꝰ vel animalibus:⁊ per conſequens eſt totum contrariū eius quod dixit.hoc ergo vult refellere ⁊ dat ea que vera ſūt ex antiquoꝛum dictis.Secundo oſtendit reliqua eſſe falſa ⁊ fabuloſe eſſe dicta ꝓpter cauſas plures dicit.que v̄o traduntur a ſenioꝛibus ⁊ ab antiquis dimiſſa poſterioꝛibus in figura fabule: duo ſubaudi ſunt vere ⁊ diuine dicta. Primum ꝙ dij ſunt tales:hoc eſt perpetui ⁊ imoꝛtales nos gubernātes.⁊ ꝙ ipſum diuinum continet totam nām.ſ.in potentia ⁊ virtute.Debes ſcire ꝙ dios grece latine ſonat diuinus ꝑ excellentiam.tñ ſoli deo ꝯuenit.verum qñ in ſingulari reperitur.Semper accipitur pro omniū reꝝ ꝑfectiſſimo pn̄o.Qñ v̄o pluraliter ſcribit̃ vt Ariſtoteles hic:ſemꝑ ſumit̃ pro rebus diuinis ⁊ non ꝓ p̄mo p̄ncipio.hec ergo duo antiquoꝝ dicta vera ſunt.itelligēdo ea vt intelligi debent.Deinde declarat quid de reliquis dōm ſit.dicit reliqua v̄o fabuloſe iā adducta ſunt triplici de cauſa.primo ad perſuaſionē vulgi. Uulgus enim multitudo dr̃.Secūdo ad vſum qui fit ad leges.Tertio ad conferens.ſ.hoībus. Debes ſcire vt in ethicis ſcribitur ꝙ v̄tus dupl'r accipi pōt.vno mō volūtarie.⁊ hoc mō eam accipiunt ſapientes.alio mō violētia quadā ⁊ ad hanc tria requirunt̃ perſuaſio:lex ⁊ cōis vtilitas;perſuaſio qdem vt vulgus velit obſeruare ſemel leges.Lex v̄o ꝓ pena ⁊ memoꝛia pene ⁊ alioꝝ vtilitas deniqꝫ vt finis.⁊ hec tria Arꝛ.tetigit.Deinde explicat que ⁊ quot ſūt iſta reliqua fabuloſe dicta.⁊ videntur quatuoꝛ:⁊ inquit confoꝛmes eniꝫ hominibus hos deos dicunt.Deinde addit $2^{m}$ ⁊ alioꝛuꝫ animalium qbuſdā ſimiles dicunt.deinde addit $3^{m}$ ⁊ dicunt altera ꝯñtia his.⁊ $4^{o}$ dicūt quedā ſimilia dictis.hec ergo ſūt oīa reliqua.Debes ſcire ꝙ iſti dicunt hoīes diuinos.⁊ $2^{o}$ animalia diuina.⁊ $3^{o}$ ꝙ ea que ſunt hic obediūt hominibꝰ illis ⁊ illis aīalibus.$4^{o}$ dicunt quedam ſimilia ad dicta a nobis ⁊ innuit:vt dicit Auerroes tria que dicunt aſtrologi.dicunt enim in çodiaco figurata eſſe.12.aīalia.vt aries:taurus:gemini:⁊ reliqua.Secūdo dicūt.7.planetas quos antiqui.7.hoīes ⁊ in illos fuiſſe deificatos ferūt qđ enarrare eſſet longum.Tertio dicūt quecūqꝫ ſunt hic ꝯſequi ad illa duo vti effectus ꝯſequunt̃ cauſas.dicunt $4^{o}$ antiqui multa alia his ſimilia:quod enarrare eſſet ſuperfluuꝫ.Scribit quomodo hec verificari pñt.d.a qbus ſigs ſepans id ſolū ſit accipiēs ꝙ primū.ſ.in phyſicis accepimus.ſ.ꝙ deos exiſtimauerūt primas ſubſtātias eſſe:diuine vtiqꝫ eſſe dictū putabit ⁊ ſm veriſimilitudinem.hoc mō.ergo eſtimando:poſitio eoꝛum erit vera ⁊ fabula cōueniet veritati.Deīde addit ſignum ꝙ hec debeant ſic intelligi ⁊ dicit ⁊ ſepe quoad poſſibile fuerunt illa vnaquaqꝫ arte inuenta.⁊ phīa.⁊ iterum coꝛruptis ⁊ has opiniones illoꝛuꝫ quaſi reliquias vſqꝫ nunc ſaluatas eſſe.Ex hoc ſigno vult habere ꝙ ſi nunc ſuo tempoꝛe hec ſunt in floꝛe non erat ipoſſibile ea eſſe in antiquo tempoꝛe:quia hec infinities renouantur.Debes ſcire ꝙ Ariſtoteles poſuit mundum eternū.⁊ qm̄ accidūt bella/ inundationes/ peſtilentie:que coꝛrūpūt penitus artes ⁊ phīam ⁊ inconueniēs vīz genꝰ humanū iſinito tp̄e eſſe ſine his.ꝓpea dixit q̊dā certo tp̄e hoīes incepiſſe philoſophari ⁊ artes adinuenire.⁊ hoc iſinities prout iſinities accidūt cāe coꝛruptionis oīum hoꝝ.Et ſimilia accepit in metheoꝛis ⁊ in libro de celo.

❡Cōmentum $50^{m}$ patet.

Aterna quidez igitur opinio ⁊ que a primis:inquantū nobis manifeſta ſolum.Que v̄o circa intellectū habēt quaſdā dubitationes.Uidet̃ qdē enī eſſe apparentiū diuiniſſimū.Quomō v̄o hn̄s talis erit vtiqꝫ:hꝫ quaſdā difficultates.Nam ſi nō intelligat:quodā vtiqꝫ erit inſigne.Sed hꝫ quemadmodū vtiqꝫ vt doꝛmiens ſi intelligit.huius v̄o aliud principale.nō enim eſt hoc qđ eſt ſua ſubſtantia itelligētia:ſed potētia nō vtiqꝫ erit optima ſubſtantia:ꝑ intelligere eniꝫ honoꝛabile ei ineſt.Amplius aūt ſiue intellectus ſit ſua ſubſtantia ſiue intelligentia:qđ intelligit aut enim ſeipſum aut alterum aliquid.⁊ ſi alterū qd:aut idē ſemꝑ aut aliđ.Utꝝ ergo differt aliquid aut nihil intelligere bonū:aut ꝯtingēs aut ⁊ inconueniens meditari de quibuſdā.palā ergo ꝙ diuiniſſimū ⁊ honoꝛabiliſſimū intelligit ⁊ nō tranſmutat̃.In deterius enī tranſmutatio:⁊ motus aliquis iā tale.Primū quidez igitur ſi nō eſt intelligētia ſed potentia rationabile eſt laboꝛioſum eſſe ei continuationem itelligentie.Deinde palam qꝛ aliud aliquid vtiqꝫ erit dignius ꝙ̄ intellectus.ſ.intellectiuū.eteni intelligere ⁊ itelligentia ſubſtantie ⁊ indigniſſimum intelligenti:quare fugiendū hoc.eteni non videre quedā dignius ꝙ̄ videre:nō vtiqꝫ erit optima intelligentia.Seipſum ergo intelligit ſiqdem eſt potentiſſimum:⁊ eſt intelligētia intellectionis intelligentia.videt̃ aūt ſemꝑ ſcientia ⁊ ſenſus ⁊ opinio ⁊ ratio.ipſius autē nō ex ꝓpoſito.Amplius ſi alquid aliud eſt intelligere ⁊ itelligi ſm vtrūqꝫ eoꝝ qđ bene eſt.non eni idem eſſe intelligentie ⁊ intellecto:aut in quibuſdaꝫ ſcientia:res in factiuis quidem ſine materia ſubſtantia.⁊ qđ quid erat eſſe.In theoꝛicis v̄o ratio ⁊ res ⁊ intelligentia:non altero igitur exiſtente eo qđ itelligit̃ ⁊ itellectu:quecunqꝫ non mām habent idem erunt ⁊ itellectio eius qđ intelligitur vna.Adhuc autē reſtat iam dubitatio:ſi ꝯpoſitū eſt qđ intelligit̃.Tranſmutabitur enim in partibus totius:aut indiuiſibile omne qđ nō habet materiā:vt humanus intellectus:aut qđ quidē compoſitoꝛū habet in aliquo tempoꝛe.non enim ſemꝑ bene in hoc aut in hoc:ſꝫ in toto quodā qđ optimū ens aliud aliquid.Sic aūt habet ipſa ſuiipſius intelligentia ꝑ omne eterna.

❡Compleuit queſtionem de numero intelligentiaꝝ.Nunc ergo redit ad p̄mum intellectum:dictum eſt omnes intelligentias habere vnum primum:qđ eſt intellectus per eſſentiam qđ eſt optimum ⁊ perfectū gratia cuius omnia agunt

⁊ ſunt. Et quoniã optimum ⁊ pfectum dicit̃ propter operationem: hac de cauſa circa eius operationẽ queſtionem mouet. Eſt autem eius operatio duplex. Altera quidẽ vt motorem ⁊ de hac nihil nunc q̃a ſatis de motu. Altera ṽo inquãtum intellectus: ⁊ nunc de hac vult loqui. primo tamen epilogat poſitionem antiquoꝝ. d. paterna quidez igitur opinio ⁊ que a primis inquantuz/hoc eſt hoc modo nobis ſit manifeſta ſolum: vtpote fabulas interpretando ad bonuz ſenſuz vt diximus. Sed ea que circa intellectum. ſ. pmuz diximus habent quaſdam dubitationes: ⁊ ſubſcribit circa quod ſunt dubitationes. d. nam ſcilicet primus intellectus videt̃ eẽ diuiniſſimum oĩum eoꝝ que videntur. hoc enim omnes concedunt ⁊ eſt probatuz. Sed quo mõ optime ſe habẽs talis vtiqz ſit. ſ. diuiniſſimus ⁊ perfectus: habet quaſdaz difficultates. Debes ſcire ꝙ hec queſtio aliud ſupponit ⁊ aliud petit: ſupponit enim primum intellectum eẽ optimuz ⁊ diuiniſſimum ſed petit quo ipſe eſt ſe habens ſic. Queſtio ergo eſt de modo ⁊ non de re: ⁊ quoniã certuz eſt ꝙ ipſe eſt optimum ⁊ perfectum intellectione: propterea querit de eiꝰ intellectione qualis ſit eius. debes etiam ſcire ꝙ omne intelligens duplr̃ poteſt ſe hr̃e: aut q̃dẽ in actu: aut in potentia ſeu habitu: quãdoq̃dem enim quis vtitur actu rõnis: tunc actu intelligit. quãdo ṽo nõ vtitur: põt tamẽ vti quãdo vult tũc dicit̃ habitu intelligere vel potentia vt dormiens. petit mõ vel primus intellectus actu intelligit vel nõ actu ſed habitu. ſi nõ actu ſz habitu. ergo erit vti dormiens: ⁊ ſic nõ ſemꝑ felix ⁊ optimus: q̃a pmo ethicoꝝ tradit̃: felix ab infelici nõ differt niſi dimidio vite propter ſomnum. Si ṽo intelligit ſemper: querit vel intelligere eſt eius ſubſtantia: vel differt ab eius ſubſtantia. ſi differt. ergo deus non eſt optimuz per eſſentiam: ſed per aliq̃d differens ab eius eſſentia. Si ꝑ intellectionem que eſt eius eſſentia: queritur quo mõ intellectu põt eſſe ſubſtantia. hoc vltimum membrum pretermittit ⁊ reliqua tangit. d. nam ſi non intelligat actu: q̃dã vtiqz erit inſigne ⁊ honorabile ſed nõ ſimplr̃: ſed habet ſe queãdmodum ſi dormiens qui eſt optimus habitu ⁊ non actu/h̃ eſt primuz mẽbruz. Si intelligit. ſ. actu: huius. ſ. intellectus erit q̃dã aliud principale. i. eo dignius. non enim intelligẽtia eſt hoc q̃d eſt ſua ſubſtantia ſed potentia. naz quãdo differt intellectio ab intellectu: ſemper intellectus eſt vt potentia ⁊ intellectio vt actus. ⁊ ſic concludit. d. nõ vtiqz erit optima ſubſtantia: nam per intelligere honorabilitas ineſt ei. Tertium membruz pretermittit breuitatis cauſa. hec itaqz queſtio eſt de intellectione ipſa. deinde mouet ſecundã queſtionem circa intelligibile. ⁊ d. Amplius autem ſiue intellectus ſit ſubſtantia/hoc eſt ſiue intellectus ſit potẽtia ſiue intelligentia/hoc eſt ſiue actuale intelligere: vt prima queſtio petit: petitur nunquid intelligit: aut enim ſeipſum aut alterum aliquid. ⁊ ſi alterum quid ſubaudi intelligit. petit̃ vel idem ſemper vel aliud ita ꝙ nunc vnum nunc aliud. h̃ eſt ſecunda queſtio principalis. ⁊ ſi conſideretur poteſt eſſe diuiſa in tertiam. ¶ Deinde mouet tertiam principalez queſtionem circa rationem intelligendi ⁊ eſt/vtruz referat quãtum ad dignitatem intelligentis intelligere rem ſub ratione boni ⁊ rem ſub ratione vilis. inquit. vtruz ergo aliquid aut nihil differat intelligere bonuz aut contingens. ſ. mali. Debes ſcire ꝙ contingens eſt fortuitum: ea autem que ſunt fortuna ſunt mala potius q̃z bona. hec eſt tertia. Debes ſcire ꝙ intellectio eſt operatio: operatio autem omnis perficitur ꝓpter operans: ⁊ propter operabile: ⁊ propter rationez operandi. ⁊ propterea Ariſtoteles tres queſtiones mouit circa intelligere: vt prima ſit circa intellectum operantez: vtrum ſcilicet ſit potentia intellectiua an actꝰ intelligendi. ¶ Secunda fuit de re operata: vt vtrum res itellecta ſit ipſemet deus an aliud. ¶ Tertia quantum ad modum intelligẽdi vt vtrum refert intelligere rez ſub ratione boni vel turpis an nihil referat. hec ſunt tres queſtiões Ariſtotelis. [Aut ⁊] ¶ Nunc ſoluit queſtionem. ⁊ primo premittit vnam ſuppoſitionem velut principiũ eorum que dicentur: ⁊ eſt ꝙ primus intellectus intelligit aliquod diuiniſſimum ⁊ honorabiliſſimũ intranſmutabiliter: ita ꝙ non tranſit nunc de vno in alterum: nunc econuerſo: hoc probatur pmo ꝙ talis trãſmutatio eſſet in deterius: nam poſtq̃z intelligit optimum ſi pretermittit intelligere illud ⁊ intelligit aliud: illud aliq̃d non poteſt eſſe niſi prius. ¶ Secundo/quia talis tranſitus eſſet motus. ⁊ ſic in deo motus eſſet quod eſt falſum: quoniã eſt primuz imobile. hec quidem ſuppoſitio habet duas ptes. ſ. ꝙ deus non intelligit niſi optimum. Secũdum ꝙ tale intelligit intranſmutabiliter. Primum probat. d. aut ⁊ inconueniens meditari de quibuſdam. palam ergo ꝙ diuiniſſimuz ⁊ honorabiliſſimum intellectus ille intelligit: ⁊ nõ tranſmutatur. ¶ Scdo probat $2^m$ ⁊ dicit primo: nam tranſmutatio eſſet in deterius: qm̃ nihil melius eſt optimo. Scdo quia ⁊ iam tale. ſcilicz tranſmutari de vno in aliud. eẽt aliquis motus qui deo eſt impertinens. hec eſt ſuppoſitio ⁊ ſi bene cõſideras: ex hac poteſt ſolui queſtio ſecũda vt dicetur. [Primum quidez.] ¶ Soluit queſtionem pmaz ⁊ reſpõdet ad materiam. ⁊ dicit primo ꝙ intellectus diuinus nõ eſt potẽtia: ita ꝙ poſſit quãdoqz eſſe ſine intellectiõe vt nos ſumus. ⁊ hoc probat tali enthymemate: nam ſi intellectus diuinus eſſet in potentia ad intelligere: intellectio ſua continua eſſet ſibi laborioſa. dicit primum quidem igitur ſi non eſt intelligentia ſed potentia: rationabile eſt eſſe ſibi continuationẽ intelligentie quoddam laborioſum. Sed quo modo valeat hec conſequentia eſt obſcurum ⁊ poſtmodum in fine dicemus. hec ergo eſt materia ſolutionis ad primaz queſtionẽ. [Deinde palam.] ¶ Ponit materiam ſolutionis ſecunde queſtionis: videlz ꝙ deus nihil aliud extra ſe intelligit: ſed ſeipſum tm̃. ¶ Circa probationem huius ſolutionis debes ſcire ꝙ intellectio variatur ſm̃ rationem obiecti. nam obiecto exiſtẽte nobili: intellectio eſt nobilior: ⁊ obiectio exiſtẽte turpi: intellectio vilificatur: ꝓpter quod turpia videre vilius eſt q̃z videre pulchra. Ex his poteſt ratio ſic erigi. deus intelligit optimum: ſed eſſe dei eſt optimum tm̃. ergo deus non intelligit niſi deum. Ipſe autez arguit hypothetice hoc modo. d. Deinde palam ſubaudi ꝙ deus nihil aliud extra ſe intelligit. nam ſi aliquid aliud extra ſe intelligeret: cum illud oportet eſſe nobiliſſimum: aliquid aliud vtiqz erit dignius q̃z intellectus: ſcilicet intellectiuum/hoc eſt obiectuz intellectus. Deinde probat ſuppoſitionem: ſcilicet ꝙ intellectio ſit nobilis ⁊ ignobilis ratione obiecti. ⁊ dicit etenim intelligere ⁊ intelligentia ſubſtantie ſunt ⁊ indigniſſimum intelligenti. q. d. ꝙ intellectio poteſt eſſe circa ſubſtãtiam ⁊ circa viliſſimũ. quare hoc. ſ. vile fugiẽdũ cuius cauſaz ſubdit. etenim non videre quedã dignius q̃z videre: non vtiqz erit optima intelligentia. Ex omnibus his (vt mihi videt̃) vult habere hanc maiorem: optima intellectio eſt optimi intelligibilis. cui adde hec: ſed dei eſt optima intellectio ⁊ optimũ intelligibile eſt deus. Seipſum ergo intelligit. ſiquidem eſt potentiſſimuz. Debes ſcire ꝙ tota ratio fundatur in duabꝰ propoſitionibus. ¶ Prima eſt optimũ oĩum itelligibiliuz eſt deus. ⁊ hoc perſpicuũ eſt omnibus. ¶ Secunda eſt deꝰ intelligit optimum intelligibile: ex his ſequitur ꝯcluſio. ſ. ꝙ deus non intelligit niſi deũ. relique ꝓpoſitiones ſunt ſuperflue ad rationem ſyllogiſmi: ſunt tamen vtiles ad rõnes terminorum ⁊ ad pſyllogiſmos. vt diximus. de ſyllogiſmo ergo principali videt̃ ponere minorẽ dum dicit. ſiquidẽ potẽtiſſimum ⁊ cõcluſionez ibi. ſeipſum ergo reliqua ſunt poſita maioris gratia nec poteſt iſta bene aliter dirigi. [Et eſt intelligentia.] ¶ Contra hanc ſolutionem arguit pmo q² ſi

intelligentia

UVA. BHSC. IyR_143_1

intelligentia dei eſt ſuiipſius:⁊ ipſe eſt intelligentia.ergo in-
telligentie erit intelligentia.vt in tertia figura ſic arguatur:
dei eſt intelligentia dei:deus eſt intelligentia:ergo intelligē-
tie erit intelligere.Sed hoc videtur falſum.naƺ ſemper ſci
entia ⁊ ſenſus ⁊ opinio ⁊ ratio eſt ſuimet per accidens ⁊ nō
ex propoſito.inquit.⁊ eſt intelligentia intelligentie intelli-
gentia.hoc eſt conſequens quod tāꝙ manifeſtuƺ relinquit:
deſtruit conſequens.d.ſed videtur ſemper ſcientia ⁊ ſenſus
⁊ opinio ⁊ ratio:ipſius autem interceſſiue ⁊ non ex propo-
ſito.hec eſt conſequentis deſtructio.[Amplius.] Secundo
querit cum deus ſit intelligens ⁊ res intelligibilis:⁊ tam in-
telligens ꝙ intelligibile ſint bona.propter qd deus eſt opti
mum.vtrum ratione qua intelligibile vel ratione qua in-
telligens.inquit.ſi aliquid aliud eſt intelligere ⁊ intelligi.nā
intelligere conuenit intelligenti:intelligi conuenit obiecto:
ſm vtrūqƺ eorum:quid ſcilicet deo bene ineſt:vtrum ſcilƺ
inquantum intelligens vel quantum intelligibile.hec eſt ſe
cunda queſtio.[Aut in quibuſdam.] Reſpondet ad mate-
riam harum queſtionum.tu ꝯo ad formam conſidera.Eſt
autem ſciendum ꝙ duplex eſt ſcientia.ſcilicet factiua ⁊ ſpe
culatiua.modo conſtat in factiuis ſcientijs ſcientia ⁊ ſubſtā-
tia ſunt idem vt domus ⁊ ſcientia domus.nam domus in
mente ⁊ ſcientia domus idem ſunt in ſpeculatiuis ſimili-
ter:vt ratio res:⁊ intelligentia ideƺ ſunt:⁊ hec ſupponit nūc
ex tertio de anima.Ex hoc arguitur intellectus ⁊ intellectū
idem tam in actiuis ꝙ in ſpeculatiuis in his que ſunt ſine
materia:ſed deus eſt ſine materia.ergo in eo hec ideƺ ſunt.
dicit.aut in quibuſdam ſcientia eſt res in factiuis quideƺ ſi-
ne materia ſubſtantia.ſubaudi ideƺ ſunt ſcientia ⁊ res ⁊ qō
quiderateſſe.hoc eſt vt abſtrahunt a materia.in ſpeculati-
uis ꝯo ratio ⁊ res ⁊ intelligentia.ſubaudi idem ſunt/⁊ iteruƺ
prout ſunt ſine materia.Ex his accipitur hec maior:in eis
que ſunt ſine materia:ideƺ eſt ſcientia ⁊ ſcibile:⁊ hoc ſumit
⁊ infert concluſionem.d.igitur non altero exiſtēte quod in-
telligitur ⁊ intellectu:quecunqƺ non materiam habent ideƺ
erunt ⁊ intelligentia eius quod intelligitur vna.Cui adde
hanc minorem:ſed deus eſt ſine materia.ergo deus eſt ſua
intelligentia.[Adhuc.] Querit vltimo deus itelligit ſe ⁊ in-
telligere eſt dupliciter actu ſimplici que vocatur ſimpliciū
intelligentia:⁊ actu compoſito que vocatur compoſitio vel
diuiſio:queritur vtrum deus intelligat ſe ſimpliciter vel cō
poſite.Reſpondet vt mihi videtur ꝙ deus intelligit ſe in-
diuiſibiliter:⁊ hoc probat tribus rationibus.inquit.Adhuc
autem reſtat iam dubitatio ſi quod intelligitur a deo ſit cō
poſitum.¶ Reſpondet ꝙ non.Primo/quia ſi deus intelli
geret ſe compoſitiue:tunc tranſmutaretur/hoc eſt tranſiret
de quodam in quodam.nam ante actuƺ compoſitionis eſt
intelligentia ſimplicium:dicit.Tranſmutabitur eni in par-
tibus totius.¶ Secundo arguit/quod non habet materiaƺ
intelligitur indiuiſibiliter:vt humanus intellectus intelligit
ſe:ſed deus non habet materiam.ergo intelligit ſe indiuiſi-
biliter:dicit.aut indiuiſibile omne quod non habet mate-
riam vt humanus intellectus:quando ſcilicet intelligit ſe.
¶ Tertio arguit/quicquid intelligitur compoſite non ſem-
per intelligitur:ſed deus ſemper intelligitur.ergo non com
poſite.maior probatur:quia quādo intellectus intelligit reƺ
compoſitam:tranſit de intellectione partiuƺ ad intellectio-
nem totius tāꝙ de imperfecto ad perfectum:eo quia perfe
ctio partium tota continetur in perfectione totius:dicit:aut
quod quidem compoſitoruƺ habet in aliquo tempore.hec
conſequentia probatur ⁊ dicit.non enim bene ſemper in h
aut in hoc:ſed in toto quodam quod optimum exiſtens eſt
aliud aliquid.nam in toto eſt optimitas:⁊ per conſequens
intellectus diuinus non ſemper fuiſſet in perfectione:quia
tranſiſſet de cognitione partiuƺ ad cognitionē toti⁹.deſtruit
ↄſequens.d.ſicut aūt ipſa ſuiipſius intelligentia habet eter-
na:hoc eſt res eternas:omne.i.omni tempore ⁊ nō aliquan-
do ſic:⁊ aliquādo nō.⁊ hec eſt deſtructio ↄſequentis.
¶ Quia iſta queſtio.] Cōmentum iſtud habet duas partes. Cō.51.
Prima eſt expoſitiua textus.2ª ibi[Et ſic eſt in alijs intel-
ligentijs.] Digreditur.Et primam partem non legemus:ſƺ
circa literam dubitando adducemus ſententias Auerrois
ad noſtrum propoſitum.Secundam partem paſſim lege
mus.¶ Circa ergo literam emergunt quedam ambiguita
tes.⁊ prima eſt circa conſequentiam Ariſtotelis.videlicet ſi
primus intellectus non ſit ſua intellectio ſed potentia:tunc
continuatio intellectionis eſſet ſibi laborioſa.¶ Sed con-
tra:quia motus non eſt ſubſtantia celi ſed celum eſt poten-
tia pura ad motum:⁊ tamen motus non eſt violentus celo.
Secūdo/qa labor ſit propter reſolutionem ſpirituum.vt di
cit Auerroes ſecūdo celi cōmento tertio.⁊ tamen cōſtat in
deo ſpiritus non ſolui.Tertio/quia rationalis aīa poſt mor
tem non intelligit per ſuam ſubſtantiā:⁊ tamen intellectio-
nis continuatio non eſt ſibi laborioſa.Ultimo/omne enthy
mema tenet in virtute ſyllogiſmi.quid eſt ergo mediuƺ ſyl-
logiſmi preſentis:forte propter hec ⁊ alia expoſitor noſter
⁊ alij latini videntur ad verba litere tenere ꝙ hec cōſequē-
tia non ſit neceſſaria ſed probabilis.ipſe etiā Philoſophus
hoc innuit.d.rationabile:modo rationabile idem eſt ꝙ ꝓ-
babile:probabilitas tamen eſt ex hoc.quia vbi itellect⁹ dei
ſit pura potentia:illa eſt contradictionis ad intelligere ⁊ op
poſituƺ intellectionis:⁊ omnis talis eſt ab extrinſeco.⁊ hoc
videtur rationabile aliquo modo pro quanto de foris.Mi
hi videtur aliter cum reuerentia tanti viri.vbi debes ſcire
apud Auerroem hic ꝙ deum intelligere res extra pōt acci-
pi vel ſimul vel ſucceſſione.ſimul quidem:vt ſi intelligeret
omnia intelligibilia vno ⁊ ſimplici actu.⁊ hoc modo intelle
ctio non eſſet ei laborioſa:imo ſumme delectabilis:vt.10.
ethicorum ſcribit Ariſtoteles.Alio modo ſucceſſiue:ſcilicƺ.
nunc ſciendo vnum ⁊ ignorando aliud ⁊ ꝓcedendo de igno
rantia ad ſcientiam per media vt nos diximus:⁊ hoc modo
ſi ipſe intelligeret res oportet habere ſenſus a quibus ſume
ret phantaſmata repreſentantia nunc vnum:nunc aliud.pri
mo modo Ariſtoteles non arguit.ſecūdo modo conſequē-
tia ſua eſt fortiſſima.Sumatur ergo antecedens ſic/ſi deus
intelligeret inquantum eſt in potentia ad intelligibilia di-
uerſa ſucceſſiue:vt dixit Auerroes:intellectio eſſet cum la-
bore.probatur.nam intellectio illa eſſet per concurſum ſen
ſuum:⁊ ſenſus ſunt virtutes materiales.ergo laborarent vt
in nobis videmus.nec dicit Ariſtoteles ꝙ itellectio illa eſ-
ſet violenta:ſed ꝙ continuatio intellectionis eſſet laborio-
ſa:quia eſſet cum reſolutione ſenſuum.primum membrum
non deſtruit:quia patet per alia dicta ⁊ dicenda:ſcilicet ꝙ ſi
deus intelligeret omnia ſimul ⁊ ſubito:tunc in eo eſſet mul-
titudo.Amplius perficeretur per vile.hoc modo inſtantie
remote ſunt.vt patet intelligenti.¶ Scđa dubō/vtrū in fa
ctiuis ſcientijs idē ſit res ſcita ⁊ ſciaꝰ:⁊ videt̄ ꝙ non.nā res
ſcibilis eſt extra animā.ſcia eſt in aīa.¶ Reſpondet ꝙ ſci-
bile poteſt accipi ſm qd eſſe/hoc eſt vt hƺ eſſe cognitum h
eſt abſtractum a mā ⁊ ab indiuiduis.alio mō vt hƺ eē ſim-
pliciter:⁊ hoc eſt eſſe extra aīam.¶ Tunc dōm ꝙ quātum
ad eſſe ſm quid ideƺ ſunt.nā domus vt hƺ rōnē ſcibilis eſt
res in anima:⁊ vt ſic eſt ars domificatiua.ergo ſm qd ideƺ
ſunt.ſimpl'r ꝯo ſunt diuerſa.Sƺ qa deus:⁊ ſm quid:⁊ ſim-
pliciter ſeparat̄ a mā:ideo in eo ⁊ ſciētia ⁊ ſcibile oī modo
ſunt idem.Simili mō de ſcia ⁊ ſcibili in ſcientijs ſpeculati-
uis dicendum.¶ Tertia dubitatio videtur/ꝙ illa ↄſequē-
tia nulla ſit.vƺ.deus intelligit ſe vt cōpoſitū.ergo tranſmu-
tatur.nam dicaƺ ꝙ intelligit ſimul totuƺ ⁊ partes vno actu.
dōm ꝙ conſequētia Ariſtotelis ſaltem tenet de poſſibili.h



UVA. BHSC. IyR_143_1

modo deus intelligit ſe vt cõpoſitũ.ğ põt itelligere partes prius toto:tenet ↄñtia.nam intellectus diuinus põt itelligere res vt ſunt intelligibiles:ſed partes ſunt intelligibiles abſolute abſq; intellectione totius.ğ poteſt itelligere ptes nõ intellecto toto.Et tunc vltra:ſed in eternis poſſe ꝛ eſſe ſunt ſimul.ergo de facto intelligit prius partes ipſo toto:ꝛ hec eſt pulchra deductio. ¶ Quarta dubitatio eſt quo mõ valʒ hec ↄſequentia:deus eſt ſimplex ꝛ abſq; mã.ergo intelligit ſe ſimplici intelligentia ꝛ non compoſite.videtur eni ꝙ hec conſequentia nulla ſit.nã tunc nõ poſſemus nos intelligere deum intellectione cõpoſita qđ falſuʒ eſt.naʒ intelligimus ipſum vt ens ꝛ vt bonũ ꝛ talia.Debes ſcire ꝙ aliter nos intelligimus deum:ꝛ aliter deus intelligit ſe.naʒ nos intelligimus deum per attributa:modo attributa ſumuntur ab entibus cauſatis que ſunt in materia.vt dixit Auerroes ſupra cõmento.39.ꝛ ſic deus aliquo modo eſt in materia ꝑ quãto ſibi attributa ſumuntur ab entibus in materia.deus vo vt intelligitur a ſe ſimpliciter:intelligitur ꝛ non per attributiones:ꝛ per conſequens non poteſt deus formare propoſitiones de ſe:qa predicatũ ꝛſubiectũ diſtinguuntur realiter.vt dixit Auerroes ibidẽ.bene ergo arguit Ariſtoteles. Si deꝰ intelligeret ſe cõpoſite tunc eſſet in mã:quoniam tunc formaret de ſe propoſitiones:ꝛ oĩs propoſitio habet ſubiectuʒ ꝛ predicatum:ꝛ ſubiectuʒ ſumit̃ a mã ꝛ predicatũ a forma. ſecus eſt de intellectione noſtra.nam nos intelligimus ipm per attributionem.ꝛ hanc deductionem pauci intelligunt. ¶ Quinto dubitatur circa conſequentiã vltimã. videt̃ eni ꝙ nõ ſequit̃.ſ.ꝙ deus intelligat ſe in tempore:ſi ipſe eſt totum.dõm ꝙ totũ dũ intelligit̃ rõne partiũ intelligitur.pars autẽ intãtũ inquãtũ per operationẽ ſumitur.hoc autẽ fieri nõ poteſt niſi in tẽpore.ꝛ ſic patet ↄſequentia.Multa dicit Auerroes in his verbis paruʒ vtilia.Tu vo lege per te ꝛ intelliges ſi textum intellexiſti.[Et ſic debʒ eſſe.] ¶ Hec eſt ſecũda pars cõmenti in qua Auerroes digredit̃ ꝛ declarat differentiam inter intellectionẽ intelligentiarũ ꝛ dei.et remouet queſtiones.ꝛ ꝑmo colligit cõuenientiam.ſcðo differentiam.dicit ꝑmo.ꝛ ſic debʒ eſſe in alijs intelligẽtijs abſtractis:hec eſt conuenientia.ſ.ꝙ nulla intelligentiarum intelligit aliquid extra ſe:ꝛ ꝙ in eius intellectione nõ accidit labor.Dicit ſecũdo.ſed primus eſt ſimplicior eorum.ꝛ hec eſt differentia.ſ.ꝙ mõ ſimpliciori intelligit primus rem intellectam. ¶ Tertio ↄcludit corollariuʒ ꝛ hec eſt ſcða dĩa. Ubi debes ſcire ꝙ aliquis itellectus poteſt eſſe multus in intelligendo vel multiplicitate cognitoruʒ:ꝛ hoc eſſet quãdo multa cognoſceret:vel multiplicitate modi cognoſcendi:ꝛ hoc eẽt quãdo intelligibile ꝛ intelligẽs differunt. Eſt ğ differẽtia ſecũda hec ꝙ intelligẽtia ſcða nõ eſt multa multiplicitate modi cognoſcẽdi:quoniã in ea intellectus ꝛ intellectum ſunt vnuʒ re ſed bene multiplicitate intellectorum qm̃ intelligit multa.ſ.ſe ꝛ omnes intelligentias ſuperiores. Deus vo eſt ſimplex dupliciter.primo qa nõ multa intelligit:qa ſolũ ſe intelligit.ſcðo qa intellectus ꝛ intelligibile idẽ ſunt ſimpliciter in deo.dicit.ꝛ ideo eſt vnum ſimpliciter ſine aliqua multiplicitate:quia neq; ꝓpter alietateʒ intellectꝰ ꝛ intellecti:ꝛ hoc quantum ad modum cognoſcendi.neq; propter multitudinem intellectorum:ꝛ hoc quantum ad rẽ cognitaʒ:probat hanc differentiã ꝛ ſupponit ꝙ multiplicitas cognitorum pendet ex modo cognoſcendi alio.ex eo qa cognituʒ ꝛ cognoſcens diſtinguunt̃ realiter.ꝛ hoc pʒ. ¶ Ex h̃ arguit ſi intellectus diuinus intelligit multa:tunc intellectꝰ ꝛ intellectum diſtinguuntur realiter:conſequentia patet ex ſuppoſitione ꝛ verba patent.[Et cũ Themiſtius.] ¶ Narrat poſitionem Themiſtij ꝛ reprobat illaʒ.Themiſtius ergo voluit ꝙ poſſibile eſt ꝙ deus intelligat multa: imo oĩa ẽntia mundi ſubito. ¶ Contra arguit Auerroes quia declarauimus duo.ſcilicet ꝙ deus nihil aliud extra ſe intelligit:ꝛ per ↄſequẽs non multa.ꝛ ꝙ intellectus ꝛ intellectũ ſunt idẽ omnino.[Dicit enim.] ¶ Scðo narrat motiuũ Themiſtij quod expoſitor magnifacit.Arguit enim ſic.Intelligit ſe eẽ principium alioꝝ.ergo intelligit alia.quoniaʒ cognitio vniꝰ relatiui pendet ex cognitione alteriꝰ correlatiui. ¶ Contra arguit.d.ꝛ omnia iſta ſunt eius qui nõ intelligit demonſtrationem Ariſtotelis:ꝛ quaſi vult habere reſpõſionem ꝛ non expreſſit illam.vult tñ eaʒ eſſe intellectã ex verbis Ariſtotelis. ¶ Breuiter ergo dõm ꝙ deus intelligit ſe cognitione abſoluta ꝛ non relatiua:ꝛ ꝑ ↄñs nõ itelligit ſe eſſe ꝑncipiuʒ neq; ꝑncipiatuʒ nec ſe ſub rõne aliqua.[Sʒ tamẽ.] ¶ Cõtra hoc arguit:nam tunc deus ignoraret ſe eſſe ꝑncipium ꝛ ignoraret hec ꝛ per ↄñs eſſet ignorans quod deo nephas ẽ. [Et ideo.] ¶ Reſpondet ꝛ primo narrat poſitionẽ quorũdam.ſcðo reſpondet ſm veritateʒ.Quidam itaq; dixerunt ꝙ eo mõ deus ſcit ſe eſſe ꝑncipium quo mõ cauſat hec.Eſt autẽ cauſa hoꝝ vl̃is ꝛ non particularis:ꝛ ꝓpterea hec ſcit ſcientia vl̃i ꝛ non particulari:ꝛ per ↄñs ſcit ſe eſſe ꝑncipiuʒ vl̃e ꝛ non particulare.[Et veritas eſt.] ¶ Reſpõdet ergo aliter/vbi debes ſcire ꝙ deus eſt ens per eſſentiã.ꝛ reliqua ſunt entia participando deuʒ.ꝛ propterea eſſe dei eſt cauſa oĩum reliquorum:ꝛ qm̃ ſcientia ꝛ eſſe in deo ſunt ideʒ:dicit ergo tria.Primum ꝙ deus ſcit oĩa pro quanto ipſe eſt oĩa: ſicut calor eſt omnia calida.Secũdo dicit ꝙ ſcit omnia ſcia que eſt cauſa rerum:nam ſcit omnia per eſſentiam:ſed ſciẽtia eſt ſua eſſentia:ꝛ ſua eſſentia eſt cauſa rerum.ergo ſcientia ſua eſt cauſa rerum.Dicit tertio ꝙ deus non ignorat reliqua quoniam aliquo modo ſcit illa ſciendo ens/hoc eſt ſe qui eſt totũ ens.Ex his videtur ↄcedere Auerroes ꝙ deus ſcit oĩa non quidem per ſe:ſed ſciendo ſe:nã ipſe eſt oĩa.[Et ideo.] ¶ Concludit quedam corollaria.Primuʒ eſt ꝙ ſcientia dei ꝛ noſtra dicuntur equiuoce:naʒ ſua eſt cauſa ꝛ noſtra eſt cauſata a rebus.nam ſua ſcientia eſt entis vt ſimpliciter dicti ꝛ tale eſt cauſa noſtre ſcientie.Debes ſcire ꝙ ſciẽtia dei eſt entis ſimpliciter:ꝛ eſt idẽ enti ſimpl̃r.ſʒ ens ſimpliciter eſt cauſa ſcie noſtre:ꝛ ꝑ ↄñs ſcia dei eſt cauſa ſciẽtie noſtre.[Scientia igit̃.] ¶ Scðm corollarium eſt ꝙ ſcientia dei nec eſt vl̃is nec ꝑticularis:hoc eſt ꝙ ipſe nec ſcit hec in vl̃i nec in particulari.ꝑmũ ꝓbat:naʒ ſcire in vl̃i eſt ſcire in potentia particularia.ſed in deo nulla eſt potentia.ergo deus non ſcit particularia in vl̃i.nec ſcit ꝑticularia in particulari:nam particularia ſunt infinita ꝛ infinita non cõtinẽtur in aliqua ſciẽtia:quãto minime in ſcia ꝑma.[Ille igitur primus.] ¶ Ad formã qõnis rñdet ꝙ deus nec ſcit ſcia noſtra nec ignorat ſcia noſtra.nam cõtraria ſunt nata fieri circa idem:ſi ergo deus nõ ſcit ſcia noſtra:vtpote vl̃i vel particulari.ergo nec tali ratiõe ignorabit.quare patet ꝙ aliquid eſt ſciens de quo ſciẽtia non dicit̃ niſi equiuoce vt deus:ſcit enim ipſe deus:ꝛ tamẽ nõ dicit̃ ſciens niſi equoce.In multis partibus libri deſtruᵒ deſtruᵐ locuti ſumus de ſcia dei ꝛ intelligẽtiarũ:nec opʒ nũc imorari:tñ pro preſenti declaratiõe debes ſcire ꝙ aliqđ põt ſciri tribꝰ modis. ¶ Uno mõ in particulari quo per ſenſum ſcimus particularia in materia ſignata. ¶ Scðo mõ in vl̃i.ſ.ſcientia cõfuſa vt ſciẽs ſolem ſcit infinitos ſoles ſi eſſent:ꝛ hec ſciẽtia eſt in potẽtia ꝛ in actu.eſt potentia quidem reſpectu cõtentoꝝ ꝛ eſt in actu reſpectu ſui eſſentie:qa ipſa eſt aliqua perfectio. ¶ Tertio modo eſt cauſa.qui enim ſcit effectus in cauſa:ſcit effectus: ſed nec in particulari qa cauſa non eſt materia effectus:ꝛ h̃ modo videt̃ velle Auerroes ꝙ deus ſcit oĩa pro quãto ſcit ens hoc eſt eſſe quod eſt cauſa oĩum.ꝛ ſic ſua ſcientia dicit̃ equiuoce quia nec eſt vniuerſalis nec particularis:ſed cauſalis. ¶ Sʒ dices/deꝰ ſcit oĩa cauſaliter.ergo ſcit oĩa vt termini relationis cauſe ad illa.ğ oĩa particulariter.ꝛ hoc erat

argumentuʒ

UVA. BHSC. IyR_143_1

argumentum Themiſtij ⁊ expoſitoris. ¶ Rñdeo ꝙ in ef/fectu tot ſunt gradus quot cauſe ſunt. deus ḡ eſt cã oĩuz ſub ratione entis ⁊ nõ ſub ratione talis entis: vt videtur Procu/lus ſentire dum dicit. prima creaturarum eſt eſſe. ⁊ ſic cõce/derem ꝙ deus ſcit oĩa eo modo quo concurrit ad eſſe oĩuz: ⁊ qꝛ concurrit ad eſſe oĩum ſub ratione entis: ideo ſub ratio/ne entis intelligit oĩa: ⁊ hoc eſt intelligere oĩa ſub ratiõe en/tis cauſe ⁊ nõ entis cauſati: nam ſic ſua ſciẽtia eſſet vniuerſa/lis. Tu ꝟo lege dicta noſtra ibidem: ⁊ intelliges ſolutionez hanc. ¶ Debes ſcire pro itellectu oĩum iſtoꝝ ꝙ Auerroes imaginat̃ ꝙ deus ſit formaliter entitas vel ens formaľr: re/liqua ꝟo non ſunt entitas ens formaľr. ſed entia participati/ue que potius (vt ita loquar) dicunt̃ entalia: ⁊ per cõſequẽs ſicut caliditas per eſſentiam eſt formaliter calida. ⁊ reliqua ſunt calida participatiue ꝓpter calorem: ſic deus eſt ens ⁊ entitas formaľr: nos ꝟo tales ipſo deo participatiue. Ex his ſequunt̃ pmo ꝙ deus ſciẽdo ſe ſcit oĩa. quo mõ ḡ ſcit formã ſcit ꝑticipantia illã: vt qui ſcit caliditatẽ ſcit oĩa calida. ⁊ per ſpicuum eſt ꝙ qui ſcit per caliditatez oĩa calida: non ſcit ca/lida in vniuerſali nec in particulari per illam formã. nam il/la forma nec eſt vniuerſalitas illorum nec particularitas. Scit ergo omnia illa caliditate cauſaliter: pro quanto ſcit illa ſciendo cauſam qua participando calida ſunt. Secũdo ſequitur ꝙ deus ſciendo ſe ḡ ſcit nec appetit ſcire hec. Si/cut ſi aliquis guſtaret ſaporẽ in quo eẽnt omnes bonitates omnium ſaporum: non appeteret guſtare alium ſaporem preter illum. Et qm̃ deus eſt tota veritas ⁊ tota bonitas: in eo ꝙ ſcit ſe: ſcit omnia vera: ⁊ in eo ꝙ fruitur eius bonitate que eſt tota bonitas: non cupit frui alia bonitate. Tertio ſe/quitur ꝙ ipſe ſolus eſt perfecte beatus. nam intelligit verũ in quo eſt tota veritas ⁊ fruitur bonitate in qua eſt ratio to/tius bonitatis: ergo eſt perfectiſſime beatus ſolum in intel/ligendo ſe. Sed quantum hec contradicant theologie ⁊ ve/ritati: diximus in libro deſtructio deſtructionũ. ⁊ tu q̃re hec ⁊ diligenter lege: qꝛ reperies multa quibus nunc addere nõ poſſum (etſi plus expertus ſim) propter negocia.

PErſcrutandum autez eſt qualiter ha/bet totius natura bonum ⁊ optimũ. vtrum ſeparatum quid ⁊ ipſum ſm ſe: aut ſm ordinem: aut vtroqz mo/do: ſicut exercitus. Etenim in ordine ipſum be/ne: ⁊ dux. ⁊ magis iſte. non enim iſte propter ordinem ſed ille propter hunc eſt. omnia ꝟo coordinata ſunt aliqualiter: ſed nõ ſimiliter ⁊ natatilia ⁊ volatilia ⁊ plante: ⁊ non ſic ſe ha/bent vt non ſit alteri ad alteruz nihil: ſed eſt ali/quid. Ad vnum quidem enim omnia coordi/nata ſunt. ſed quemadmoduz in domo liberis non licet quod contingit facere: ſed omnia vel plura ordinata ſunt: Seruis ꝟo ⁊ beſtijs pa/rum quod ad cõmune. multum ꝟo quod con/tingit. Tale nãqz principium cuiuſqz ipſoruz natura eſt. dico autem puta ad diſcerni neceſſe quoqz omnibus venire. ⁊ alia ſunt ſic: quibus cõmunicant ad totum.

¶ Oſtendit ꝙ primus motor ſit primus. ſ. effectiuus ⁊ pri/mum intelligibile. ⁊ qꝛ accepit ipſum eſſe primum appeti/bile: ⁊ nõ declarauit quomodo: nũc vult exponere quomõ. ¶ Et debes ſcire ꝙ bonum eſt duplex. ſ. bonuz ordine: qđ pro tanto bonum eſt pro quanto participat ratione finis. ⁊ bonum fine ⁊ hoc dicit̃ optimum. finis enim vult eſſe vlti/mum: ⁊ per ꝯſequẽs optimũ. ⁊ ꝓpterea querit ph̃s ⁊ dicit. Perſcrutãdum eſt aũt qualiter totius natura hoc eſt mun/dus habet bonum. ſ. quãtum ad ordinem: ⁊ optimũ. ſ. quan/tum ad finem vocat̃ mundus natura totius: qm̃ eſt omnia entia: ⁊ dicitur ꝓpter hoc vniuerſum. ¶ Deinde explicat queſtionem. d. vtrum ſeparatum quid ⁊ ipſum per ſe. ⁊ hoc quantum ad finem ⁊ ad optimum: aut ſm ordinem: ⁊ hoc quãtum ad bonum ordinis: ⁊ hec eſt queſtio. ¶ Debes ſci/re ꝙ differẽtia eſt inter bonũ ordine ⁊ finem. nam bonum ordine eget aliquo: aliquo modo ad quod ordinentur cun/cta illius ordinis. ſed finis eſt id ad quod cuncta tendunt: ⁊ propterea finem vocat ſeparatũ quid ⁊ ipſum per ſe. [Aut vtroqz modo.] ¶ Soluit queſtionem ⁊ vult: ꝙ quemad/moduz in exercitu eſt duplex bonitas. ſ. ordo ⁊ dux: ſic ⁊ in vniuerſo. Ordo in exercitu eſt bonum quoddam: ⁊ ipſum milites enituntur ſeruare. ⁊ dux eſt optimum: qꝛ ad ipſum eſt ordo ⁊ milites. dicit. aut vtroqz modo ſicut exercitus. etenim in ordine. ſ. exercitus eſt ipſum bene. et. ſ. in exercitu eſt dux: cui debetur ratio optimi: quia appellauit ordinem bonum: ⁊ finem ſeparatũ ⁊ per ſe optimũ. oſtẽdit per ſimi/le hoc eſſe bñ dictum: ⁊ dicit. ⁊ magis iſte. ſ. dux eſt q̃z ordo. ſubdit cauſam. d. non enim iſte eſt propter ordinem: prin/ceps enim exercitus eſt ſupra ordinem: ſed ille. ſ. ordo eſt ꝓ/pter hunc. ſ. ducem. Ex his ſequitur ꝙ bonum ordinis ſub/ordinatur fini: ⁊ per conſequens ordo dicitur bonum ⁊ finis optimum dici dꝫ. quoniam eſt ſui gratia ⁊ bonum ordinis gratia eius. [Omnia ꝟo.] ¶ Remouet dubium. nam poſ/ſet quis dicere ordo eſt in eis que ſpecie differunt: genere ꝟo conueniunt. ſed mundi partes ⁊ ſpecie ⁊ genere diffe/runt: ergo non coordinantur: ⁊ ſic philoſophus ſupponit fal/ſum. Videtur reſpondere ꝙ duplex eſt ordo. ſ. vniuocus q̃/lis eſt in animalis ſpeciebus: ⁊ analogus ſeu proportionis: vt eſt in his que ſic ſe habent ꝙ priora ſunt vtilia poſterio/ribus: ⁊ tandem omnia ſunt ad vnum. vult ergo ꝙ mundi partes habeant ordinem ſecundo modo. nam vult ꝙ vna pars mundi eſt vtilis alteri: ⁊ tandem reducuntur ad vnuz cõmunem omnibus finem. dicit. omnia ꝟo coordinata ſũt aliqualiter. ſ. analogice ⁊ proportionaliter: ſed non ſimiliter ſ. ſm ſpeciẽ ſunt ordinata vt natatilia ⁊ volatilia ⁊ plante: ⁊ non ſic tamen ſe habent vt non ſit alterum ad alteruz nihil: ſed alterum alteri eſt aliquid. nam ad vnum quidez omnia coordinata ſunt. Eſt ergo iſte ordo ꝙ plante ſunt animali/um gratia: ⁊ animalia propter homines: ⁊ hoĩes ꝓpter cor/pora celeſtia: ⁊ omnia tandem gratia primi entis in natura optimi. ⁊ ſic partes mundi non habent ordinem vniuocum ſed ordinem proportionis. [Sed quemadmoduz.] ¶ De/clarat idem ſecũdo exemplo. ſ. accepto a domo. Ubi debes ſcire ꝙ in domo ſunt paterfamilias: liberi: ſerui: ⁊ beſtie: ⁊ poſſeſſiões vt Ariſtoteles declarat in iconomicis. ⁊ iſti om/nes agunt bonum domus: ⁊ optimuz domus. bonũ domus eſt ordo agibilium: optimum eſt volũtas patris familie: li/beri ⁊ pater ambo participant eo ꝙ optimum: pater qdez qꝛ ipſe eſt optimum qꝛ dat ordinẽ. filius ꝟo qꝛ propinquus patri: ⁊ per conſequens. aliquo modo dat ordinem ⁊ recipit ordinem. Nam liber magis accedit ad voluntatem patris. Serui ⁊ beſtie participant bono ordinis. nam ſolum ordi/nantur lꝫ ſerui beſtias ordinent ⁊ beſtie agrum. Sic in vni/uerſo ſubſtantie ſeparate ⁊ deus valde participãt optimo. deus quidem qꝛ ipſe eſt optimum: ſubſtantie ꝟo ſeparate: qꝛ vicine optimo. res ꝟo generabiles multum participant bonum ordinis ⁊ paruz bono optimo qꝛ ſunt elongate. hec eſt perfecta declaratio. Sicut ergo in domo paterfamilias eſt ordinans tm̃: ⁊ ſerui ⁊ beſtie ⁊ poſſeſſiones ordinate tm̃: liberi ꝟo ordinantes vno modo ⁊ ordinati alio modo: ſic ⁊

UVA. BHSC. IyR_143_1

in toto mundo eſt deus optimum qui ordinat: ⁊ generabilia ordinata tm̄: ⁊ intelligentie que qdeʒ. vt liberi ſunt vno modo ordinātes alio mō ordinate. dicit. Sed queādmodū in domo liberis nō licet qꝺ ꝯtingit facere. hoc eſt paruʒ pticipant bono ordinis qꝛ ſunt in loco ptis: ſed oia vel plura ordinata ſunt ſubaudi que liberi faciunt: ⁊ per conſequēs in poſſe eoꝝ videt̄ eſſe ordo pro quāto vicini ſunt patri. propterea liberi videntur impare ſeruis in loco patris: ſeruis ṽo ⁊ beſtijs videtur eſſe parum qꝺ cōe. i. parum participāt optimo qꝺ eſt cōmune patri ⁊ liberis: multum ṽo participat eo qꝺ contingit: hoc eſt bono ordinis: qꝛ ipſi nō hn̄t niſi ordinata ſibi facere ⁊ parum imperāt. ſ. niſi beſtijs. ¶ Debes ſcire ꝙ bonum ordinis dr̄ qꝺ ꝯtingit: qm̄ pōt variari: ⁊ eſt in poteſtate patris ⁊ aliquo modo in poſſe filioꝝ. ⁊ huic ſubaudiendum eſt ꝙ eodē mō eſt in vniuerſi ptibus. nam ſunt quedam partes multū participātes optimo ⁊ quedaʒ parum. huius g̊ ſubaudiendi reddit cām̄. d. tale nāqꝫ principium vniuſcuiuſqꝫ eoꝝ eſt natura: ergo res mundi vident̄ participare ordine propter eoꝝ naturas: que ſunt ꝑ̄ncipia exequendi ordinē: ⁊ ideo res mundi lʒ nō intelligāt. faciunt opationes ordine qm̄ dirigunt̄ ab optimo: vt dicit Themiſtius. [Dico aūt.] ¶ Exponit qd eſt illud quo omnia participant: ⁊ que ſint ea que participant eo qꝺ optimum: ⁊ vult ꝙ oia mūdi entia participant dr̄ia: hoc eſt ordine qui conſiſtit in differentia poſterioris ad prius: talē enim ordinē habent oia per ſe: lʒ deus parū: Sed quedam ſunt que participant quodam optimo qꝺ eſt ſupra ordinem dicit. dico aūt vtpote bonū ordine quātum ad diſcerni ⁊ diſtingui: neceſſe eſt quoqꝫ oibus venire ⁊ accidere tale bonuʒ. ergo bono ordinis omnia participāt: ⁊ alia ſunt ſic quibus oia ad totum cōmunicant vt ſunt corpora celeſtia. hec enim oia cum vniuerſi duce participant optimo ad totum vniuerſum perficiendum. Sunt enim intelligentie ſimiles liberis: ⁊ mundi entia ſimilia ſeruis ⁊ beſtijs: ⁊ propterea intelligentie participant eo optimo: quo primus. ⁊ parum participant ordine. hec ṽo multo ordine ⁊ parum optimo participant.

Cō. 52m. ¶ Ipſa eſt tertia.] Cōmentum habet duas partes: altera quidem eſt tm̄ expoſitiua textus: altera ṽo digreditur aliqualiter: ⁊ ꝑ̄ma quidem ſatis nota eſt per ea que nos diximus in noſtra expoſitione. Deinde ibi. [Et ſciendum eſt.] ¶ Digreditur ⁊ videt̄ ꝑ̄mo colligere poſitionē Ariſto. ⁊ dicit. Et ſciendum eſt ꝙ hec eſt ſentētia Ariſtotelis in ſollicitudine: ⁊ per ipſam ſoluunt̄ omnes queſtiones tangentes ſollicitudineʒ. Debes ſcire ꝙ ex verbis Ariſtotelis colligi poteſt ꝙ deus habet ſollicitudinem ⁊ ꝙ nō hʒ. habet enim ſollicitudinem pro quanto ipſe eſt quaſi cauſa oium ⁊ ordinās cuncta: ſed nō hʒ curam particulariuʒ. Quia igitur Ariſtoteles dixit deum eē cauſam ordinis: ⁊ nihil eſt cauſa ordinis niſi cognoſcat ordinatā: ⁊ per conſequens deus hʒ ſollicitudinē pro quanto ordinat. [Sunt enim quidam.] ¶ Narrat nūc poſitionem quorundam. qdam enim volunt deum omnia ſcire ⁊ particulariter ⁊ vniuerſalr̄. ⁊ huius cauſa eſt: qꝛ ſapiens non dʒ ꝑ̄termittere aliqd abſqꝫ ſollicitudine. Dicunt ſecūdo ꝙ oēs actiones dei ſunt iuſte: ⁊ per ꝯſequens nō facit malū: qꝛ maluʒ non eſt ens. ⁊ hec eſt poſitio noſtra ⁊ vera. Alia poſitio eſt Epicureoꝝ: nolunt enim ꝙ deus non creet hec: qm̄ hec multa mala ſunt que ſapiens dimittere debet: ergo iſti ſunt in extremo contradictorio ad illos. naʒ iſti noluntꝙ nulla ſit ſollicitudo oino. [Et veritas.] ¶ Reſpondet Auerroes ⁊ vult ꝙ veritas ſit ꝙ ſollicitudo ſit eo modo quo dixit: ⁊ probat. nam ſi res eſſent ſine ſollicitudine: eſſent a caſu ⁊ extra intentionem agentis: ſed per ſe ⁊ ex neceſſitate materie. Ultimo narrat propter hoc argumentuʒ poſitionem Pythagoricoruʒ. Pythagorici enim vidētes multa mala eſſe in rerum natura ⁊ multa bona: cogunt̄ dicere duos deos eſſe quoruʒ vnus bona: alter mala creet. ¶ Debes ſcire ꝙ Pythagorici decipiuntur. nam nullum malum eſt: ⁊ illa mala que ipſi reputant dicuntur mala ſm̄ quid vt reſpectu vnius ⁊ bona reſpectu alterius: ⁊ propterea malū ſimpl'r nihil eſt: non ergo valet ponere duos deos.

Quecūqꝫ ipoſſibilia accidunt aut abſurda: aliter dicētibus. Et qualia gratioſius dicētes. ⁊ in qb⁹ minime dubitationes opʒ nō latere. oēs enim ex ꝯtrarijs faciūt oia: neqꝫ aūt oia neqꝫ ex qꝺ cōtrarijs recte: nec in qbuſcūqꝫ ꝯtraria exiſtunt: quō ex ꝯtrarijs erunt non dicūt. Impoſſibilia enim ſunt ꝯtraria adinuicē. nobis aūt ſoluit̄ hr̄ rōnabil'r. eo ꝙ tertiū aliqd ſit. alij ṽo alteꝝ contrarioꝝ: mām̄ faciunt: queādmodū qd inequale equali: aut vni mlr̄a. Soluit̄ aūt ⁊ hoc eodē mō: mā enim que vna: nulli eſt contraria.

Cō. 53m. ¶ Auerroes ⁊ expoſitor conueniunt. nam vterqꝫ vult Ariſtotelem hic enarrare poſitionem antiquoꝝ ⁊ eas confutare. Auerrois dicit Ariſtotelem hoc fateri: vt oſtendat poſitionem eius eſſe magis rōnabilem: qꝛ per ipſam ſoluuntur omnes queſtiones: non ſic poſitiones antiquorum ſunt. ⁊ textus bene ⁊ docte declaratur ab expoſitore, nec poteſt addi. ⁊ cōmentum ſimiliter patet.

Amplius omnia praui participatiōe ſunt extra vnū: nam malum ipſuʒ alterum elemētoꝝ. Alij aūt nec principia bonum ⁊ malū qꝫuis in omnib⁹ maxime qꝺ bonuʒ principium. Alij ṽo hoc quidem recte: qꝛ principiuʒ. Sed quomō bonum principium nō dicunt. vtrū vt finis aut vt mouens aut vt ſpecies. Inconuenicter aūt ⁊ Empedocles: amicitiam eni bonū facit: hoc auteʒ principium ⁊ vt monēs. Congregat eniʒ ⁊ vt materia. pars enim mixture. Si itaqꝫ ⁊ eidem accidit vt mãe. ⁊ principiū eſſe ⁊ vt mouenti: ſed eſſe non idem ſm̄ qꝺ duoꝝ igitur amicitia, Inconueniens autem ⁊ incorruptibilem eſſe litem. ſed hoc ipſum eſt mali natura.

¶ Quia qdam dixerūt duo. ſ. ꝙ oia fiant ex ꝯ̄rijs. ꝙ prima gn̄a contrarioꝝ ſunt duo. ſ. bonum ⁊ malum: ⁊ contradixit his in textu precedēti: nūc arguit ꝯtra eoſdē: ⁊ vtitur enthymemate hoc modo. Si oia eſſent ex ꝯtrarijs: ergo oia participarent malo. que ꝯſequentia pʒ. nam alterum elementoꝝ eſt malum ⁊ alterum eſt bonū: ergo oia participarēt malo excepto vno. ſ. bono. nam bonum eſt ꝯtrariuʒ ipſi malo. dicit. Amplius oia praui. i. mali participationeʒ eſſent preter vnum. ſ. bonum hoc eſt enthymema. [Alij aūt.] Narrat poſitiones alioꝝ vt oñdat ꝙ predicte poſitiones ſunt remote ab oibus ⁊ dicit. alij aūt nec ꝑ̄ncipia bonū ⁊ malum. ſ. dicūt qꝫuis in oibus maxime qꝺ bonū eſt dicāt eē ꝑ̄ncipium. Eſt ergo ſcd̄a poſitio ꝙ bonū eſt ꝑ̄cipue ꝑ̄ncipiū ⁊ non maluʒ. [Sed quomodo.] ¶ Cōtra hoc etiam oſtēdit eoꝝ diminutionem. d. Sed quomodo bonum ſit principium nō dicunt vtrum. ſ. vt finis aut vt mouens aut vt ſpēs hoc eſt forma. ⁊ ſic iſti vident̄ manchi ⁊ diminuti. [Inconuenicter autē.] Nūc ſpāliter narrat Empedoclis pōnem. Ubi debes ſcire ꝙ Empedocles opinatur amicitiam eſſe principium ⁊ eſſe

UVA. BHSC. IyR_143_1

bonũ: ⁊ ꝙ amicitia ſit ꝑncipiũ duplici ratiõe. ſ. vt agẽs ⁊ vt mã. vt agens qdem: qm̃ ꝯgregat: modo congregare eſt actꝰ agentis. vt mã vero: qꝛ eſt pars mixti. nam mixtũ apud ipm ſit ex quatuoꝛ elemẽtis ⁊ lite ⁊ amicitia modo eſſe ptem eſt ꝯditio materie dicit. Incõuenienter aũt ⁊ Empedocles ſub audi dicit. amicitiam. n. facit bonũ. hoc aũt principium facit dupliciterꝰ ⁊ vt mouens. congregat enim ⁊ vt mã. pars eniꝫ eſt mixture ipſa amicitia. [Si itaqꝫ.] ¶ Contra arguit: naꝫ non videt̃ ꝙ idem poſſit eſſe agens ⁊ materia ſm eandem rõnem. ergo opꝫ amicitiam eſſe alteruꝫ ſub altera ratione. Utrum ergo amicitia ſit vt materia magis an vt agẽs. quo modo enim non ſit poſſibile vt mã ſit ſm eandem rationẽ vtrũqꝫ: qd ergo duoꝝ magis erit. dicit ſi itaqꝫ ⁊ eidem accidit vt materie eſſe ⁊ principium ⁊ vt mouenti etiaꝫ accidat eſſe principium. igit̃ ſm qd duoꝝ amicitia ſit: vtruꝫ ſub rõne materie magis an ſub ratione agentis. [Incõueniens autem.] ¶ Secundo arguit ꝯtra Empedoclem. nam ipſe ponit litem eſſe incoꝛruptibilẽ ⁊ ipſam eſſe principiuꝫ: vt natura mali. litem ergo eſſe incoꝛruptibilem ⁊ eſſe principiũ: vt malũ natura eſt incõueniens: dicit. Inconueniens autẽ ⁊ incoꝛruptibilem eſſe litem: ſed hoc ipſum eſt mali natura. modo hec duo ponere videtur inconueniens.

Cõ. 54. eſt claruꝫ

Anaxagoras aũt vt mouẽs quod bonum principium. intellectus: ſed gratia alicuius mouet: quare alteruꝫ. excepto vt nos dicimus. nam medicatiua eſt ſanitas quodãmodo. Inconueniẽs ãt ⁊ contrarium nõ facere bono ⁊ intellectui.

¶ Specialiter 2° põnem Anaxagore declarat. Anaxagoras ergo ponit ꝙ bonũ ſit pn̄m ⁊ vtitur ſyllõ in 3ª figura. nam intellectus eſt pn̄m ⁊ intellectus eſt bonũ. ergo bonũ eſt principium. hec eſt poſitio Anaxagore ꝯtra quem intellectus mouet alicuius grã. ergo opꝫ dari aliqd alterum ab intellectu pmo. cuius grã primus itellectus mouet. ¶ Rñdet ꝑ Anaxagoꝛa: ꝙ foꝛte itelligit vt nos itelligimus. ſ. ꝙ in ſeparatis a mã: idem eſt finis ⁊ agens: vt ſanitas in mente videtur eẽ ipſa res medicatiua quodãmodo: ergo primus itellectꝰ erit primum agens ⁊ primus finis pro quãto ſui gratia mouet. ¶ Scdo arguit ꝯtra Anaxagorã: nam cõis opinio dicit ꝙ ꝯtria ſunt omniũ pn̄a. ergo videt̃ incõueniens bono ⁊ intellectui non facere ꝯtraria. nam intellectus ⁊ bonum ſunt de numero entium: ⁊ cõmunis opinio ponit contraria eſſe principia omnium. Sed hec inſtantia parum valet ꝯtra Anaxagoꝛam: ſed tenet hypothetice. ſ. ſi opinio cõmunis ſit vera. ſ. ꝙ omnia ſint ex contrarijs. Ariſtoteles autẽ non vult Anaxagoꝛe contradicere. naꝫ ipſe fuit plus propinquus vero omnibus alijs. verba textus patent.

Omnes at contraria dicentes nõ vtuntur contrarijs niſi figuret aliquis. ⁊ q̃re hec quidem coꝛruptibilia: hec autẽ incoꝛruptibilia nullus dicit. omnia nãqꝫ entia faciunt ex hiſdem principijs. Amplius autem alij quidam ex non ente faciunt entia. Alij autem niſi hoc cogatur vnum omnia faciunt. Amplius propter qd ſemꝑ erit generatio: ⁊ que eſt cauſa generatiõis nullus dicit. Et duo principia facientibus: aliud neceſſe primũ principalius eſſe: ⁊ his qui ſpẽs: qꝛ aliud principium principalius. ꝓpter qd enim pticipauit vꝉ pticipat: ⁊ alijs qdem neceſſe ſapiẽtie ⁊ bono ratiſſime ſcientie aliqd ꝯtrarium eſſe: nobis autem nõ. non enim eſt ꝯtrarium primo nihil. nã omnia contraria mãm habent: ⁊ hec potentia ſunt. Contraria aũt ignoꝛantia ad contrariuꝫ. primo vero contrariũ nihil. Amplius ſi nõ erũt preter ſenſibilia alia. non eſt pricipium ⁊ oꝛdo ⁊ generatio ⁊ celeſtia: ſed ſemꝑ principij principium. vt theologis ⁊ phyſicis omnibus. Si autẽ erunt ſpecies aut numeri nullius cauſe. ſi autẽ non: neqꝫ motus. Adhuc quõ erit ex nõ magnitudinibus magnitudo ⁊ continuuꝫ: nõ enim numerus facit continuum nec vt mouẽs nec vt ſpecies. At vero nullum erit contrarioꝝ qd qdem ⁊ motiuum ⁊ factiuum. Contingет enim vtiqꝫ nõ eſſe. At vero poſterius qdem ipſum facere potentia. non ergo ſempiterna ſunt entia: ſed ſunt. Inter medium igit̃ eſt aliqd hoꝝ. hoc aũt vt dictum ẽ. Adhuc aũt quomodo numeri vnuꝫ aut anima aut coꝛpus ⁊ ſpẽs totalr̃: ⁊ res. nihil dicet nullus: nec ꝯtinget dicere ſi nõ: vt nos: dicat: ꝙ mouẽs facit. Dicentes aũt numeꝝ primũ mathematicũ: ⁊ ſic ſemper aliã habitã ſubãꝫ ⁊ pricipia cuiuſlibet: alia in cõnexã ipſius vniuerſi ſubãm faciunt. nihil enĩ alia alij ꝯfert aut ens aut nõ ens ⁊ pricipia multa. Entia vero nolũt male diſponi: nec bonum plures principes: vnus ergo princeps.

¶ Iſti textui nõ hẽmus cõmentum. Expoſitoꝛ tñ optime ⁊ pegregie textum hũc exponit. Tñ videt̃ mihi ꝙ pma pars ſatis pꝫ. In ea eniꝫ cõplet ꝯfutationẽ predictaꝝ poſitionũ. [Amplius ſi nõ erũt.] Hec eſt 2ª ps vbi ꝯdicit Herculeis q̃ ſubãs ſepatas deſpexerũt: ⁊ ſolum ſenſibilia acceperũt. ꝯ hos ĝ arguit enthymematice ſic: ſi nulle eſſent ſube pꝛeter ſenſibilia: tunc nec eſſet pn̄m hoc eſt deus nec oꝛdo: nec gnõ: nec celeſtia: ſed ſemꝑ pncipij erit pn̄m. vt theologis ⁊ phicis videbat̃. Sed vꝫ in hoc enthymemate qñ. nam ſi nõ ſit generatio: nõ erit pncipij pn̄m. ⁊ ꝑ ipm eſt pncipij pn̄m. ergo ꝯdictio. dicẽdũ ꝙ ex ꝓpõne ipoſſibili ſequunt̃ apud phm ꝯdictoꝛia. nam falſuꝫ ipoſſibile eſt illud quo poſito ſeqtur ꝯdictio. hec ꝓpõ nihil eſt pter ſenſibilia: eſt ꝓpõ falſa ipoſſis. ⁊ ꝓpterea ſeqtur vtrũqꝫ. ſ. ꝙ nõ ſit gnõ pncipij ex pn̄o: ⁊ ꝙ ſit gnõ pncipij ex pn̄o: vt facile quis deducere põt. [Si aũt erũt.] ¶ Hec eſt 3ª ps textus: in qua Ariſtoteles tãgit Platonẽ. Plato ĝ poſuit duplex genus entiũ ſepatoꝝ vt ideaꝝ ⁊ numeroꝝ. Cõtra hoc arguit Ariſtoteles multiplr̃. Pꝛio: qꝛ ſi hec eſſent vel nullius eſſent cauſe: vel ſaltẽ motus non eſſent cauſe: qꝛ abſtrahunt a motu. dicit: ſi aũt erũt ſpẽs aut numeri: nullius cauſe. ſ. erũt. Sed ſi erũt: nõ erũt ipſius motꝰ qꝛ abſtrahũt ab eo. [Adhuc.] ¶ Scdo arguit: ex nõ coꝛpoꝛe nõ ſit coꝛpꝰ: ſꝫ idea ⁊ numerus ſũt nõ coꝛpoꝛa: ergo ex idea ⁊ numero nõ ſit coꝛpus ꝯtinuũ ⁊ magnitudo: dicit adhuc quõ erit ex nõ magnitudinibꝰ magnitudo ⁊ ꝯtinuuꝫ. nõ eni numerus facit ꝯtinuum hoc eſt coꝛpꝰ: nec vt mouens ⁊ agẽs: nec vt ſpecies hoc ẽ foꝛma. [At vero.] ¶ Tertio arguit ſi idea ⁊ numerus ſũt pncipia: tunc nullum ꝯrioꝝ erit pn̄m. nam nũero nihil eſt ꝯriũm: nec idee aliqd tale ꝯriat̃. ⁊ ſi nullum pncipioꝝ ſit ꝯtrarium. ergo gnõ non eſt: qm̃ generatio eſt ex ꝯrio in ꝯriũm: ⁊ ſi gñatio nõ eſt entia nõ erunt ſempi-

UVA. BHSC. IyR_143_1

terna:nec ſm ſpēm nec ſm indiuiduū.ſed nos videmus en
tia eē ſempiterna:ergo eſt aliqđ itermediuꝫ vt nos diximꝰ.
dicit aūt Xo qđ ꝗdem ⁊ factiuū ⁊ motiuū nullum erit de nūe
ro ꝯrioꝝ.nihil enī numero vel idee ꝯtrariať.nam ꝯtigeret
ſ.ideam vel numeꝝ nō eſſe.omne.n.habēs ꝯrium pōt non
eē:ſed.ſ.ſi hēret ꝯrium ꝯtingeret ipſum ꝯtrarium ꝗdem no
bilius ⁊ prius facere ſuum ꝯrium.ꝓpterea nam caliduꝫ fa
cit frigidū in potētia ⁊ econuerſo. ⁊ ſic ſi idea vel numerus
hēret ꝯrium:ꝯtingeret non eē qm̄ illud ꝯrium faceret hec po
tentia:vel hec faceret illud.nō ergo ſempiterna ſunt entia:
nec.ſ.ſm ſpecieꝫ nec ſm indiuiduū.deſtruit hoc ꝯñs.d.ſed
ſunt.ſ.entia ſempiterna.Igiť itermediū eſt aliqđ hoꝝ qđ ꝗ
dem nō eſt ꝯrium ſed mediū vt mā.hoc aūt vt dictum eſt.
[Adhuc aūt.] ℂ Quarto arguit:ſi nūeri vel idee cauſe ſūt:
q̄uo erūt cā veritat̄ vel aīe:vel corporis:vel ſpēꝝ:vel reꝝ.
nullus ꝗdem dicit q̄uo niſi dicať:vt dixit in 8° huius ꝙ res
eſt vna ꝑ ꝑ agēs.dicit adhuc aūt q̄uo ſi numeri vnū ſupple
erit aīa aut corpus:aut ſpēs oīno ⁊ res quecūꝗ ſit illa.nullꝰ
enī ꝗcꝗ dicit nec ꝯtigeret dicere niſi dicat vt nos diximꝰ.ſ.
ꝙ mouens facit rem eſſe vnū.[Dicētes.] ℂ Hec eſt vltia
pars textus in qua refert poſitionē Pythagoricoꝝ vbi de
bes ſcire ꝙ Pythagorici poſuerūt ordinē entiuꝫ ⁊ ordineꝫ
p̄ncipioꝝ rñdentium illi ordini entiū.poſuerūt enim p̄muꝫ
entium numeꝝ poſt numeꝝ magnitudineꝫ:poſt hanc aīas:
poſt has ſenſibilia.⁊ ſic dixerūt p̄ncipium numeri eē tm̄ nu
meri:⁊ poſt p̄ncipiū numeri ponūt principium magnitudi
nis:⁊ poſt hoc p̄ncipium aīaꝝ: ⁊ poſt hoc p̄n^m ſenſibilium:
nec ponūt vnum p̄ncipioꝝ ex alio dependere. Sed alterū
ſeipſo eſſe ꝑ ſe.ℂ Cōtra hoc arguit Ariſtoteles: nam tunc
vniuerſi ſuba erit icōnexa:ita ꝙ nulla pars ꝯferret ad aliā
ſiue ſit ſiue nō ſit dicit.dicētes aūt numeꝝ p̄muꝫ mathema
tici.⁊ ſic ſemꝑ aliam habitā.ſ.ꝯſequentem ſubam ⁊ dicētes
p̄ncipia cuiuſlibꝫ de per ſe alia vt numeroꝝ:aliud ⁊ magni
tudinū:⁊ aliud ⁊c̄.Incōnexam ipſius vniuerſi faciūt ſubaꝫ.
nam nihil aliud.ſ.p̄ncipiū:alij.ſ.p̄ncipio ꝯferret ſiue exiſtēs
ſit ſiue nō exiſtēs:⁊ erunt p̄ncipia multa inuicē impꝑmixta.
hec eſt p̄ma obiectio.ℂ Secūdo arguit:ſi plura eſſent p̄n^a
diuerſa nullū hñtia ordinē ad vnuꝫ p̄mū:entia male guber
narenť.nam plures p̄ncipes mali ſunt.vnus ḡ p̄nceps.dicit
entia Xo nolunt male diſponi/hoc eſt gubernari.nec bonū
plures p̄ncipes:vnus ergo p̄nceps.⁊ ſic poſitio hec que ne
gat p̄ncipioꝝ dependētiam videť erronea.ℂ De vnitate p̄
mi aliqua ꝑſtringamus.naꝫ Ariſtoteles in vltimo ſeruauit.
Et lꝫ etiam plura p̄ma p̄n^a ſimpl'r nō ſit ab humana mēte
excogitabile:ſitqꝫ reponēdum iter poſitiones ac animi pri
mas ꝓpōnes:tm̄ q² Empedocles ⁊ Pithagoras pluralitatē
deoꝝ ac p̄moꝝ non tm̄ ꝯceſſerunt:imo tanꝗ numerū con
tēpſerūt:ducimur quedā ⁊ valde pauca ꝑtractare.vbi ani
maduertendum ꝙ recentiores enituntť vnitatem p̄mi ꝑ
ſuadere ꝗnque petitionibꝰ acceptis:que ꝗnque ſunt tm̄ cre
dite ⁊ nō per ſe note.⁊ ita coguntť reꝫ per ſe notā facere vix
ꝓbabilē:quapropter rōnibus eoꝝ eiectis duas Ariſtotelis
rationes quas in hoc.12.inuit formare enitar: deinde alijs
acceptis alijs e locis eiuſdem philoſophi.ℂ Prima accipi
tur textu cōmenti.49.que pōt ſic formari.Si eſſent plura
p̄ma ſimpl'r:vel eēnt eque ꝑfecta:vel vnum eſſet altero ꝑfe
ctius.Si vnū altero ꝑfectius:vnum eēt primū ſimpl'r.Nā
primū ſimpl'r id volunt ⁊ theologi ⁊ phi in quo oīs ꝑfectio
ꝯtineť:⁊ quo nihil eſt ꝑfectius.quare vnum tm̄ erit.Si Xo
plura eque ꝑfecta:tūc erūt eiuſdē ſpeciei ⁊ plura nūero.naꝫ
īdiuidua eiuſdē ſpēi ea ipſa ſunt:que ꝗdeꝫ plura ſunt ⁊ eiuſ
dem eſſentialis ꝑfectionis.que aūt ſunt plura numero:opꝫ
eſſe talia vel ꝓpter mām̄ p̄ncipaliter:vel ꝓpter mām̄ ꝯco
mitatiue:⁊ oīa talia ſunt corruptibilia vel ſaltem ꝯtingētia
vt cōcedunt oēs.ℂ Scđa via accipiť ab Ariſtotele hic qm̄

ingt:entia nolūt male diſponi: que lꝫ ſit quaſi rhetorica rō
⁊ accepta ab Homero:tm̄ pōt reduci ad demonſtrationem
hoc mō.Si plura p̄ma p̄n^a ſimpl'r eſſent:vel vnus ⁊ idem
effectus eſſet bis vel ſimul tꝑe geminus.Conſequentia faci
le deduciť:q² effectus quē vnum eoꝝ ꝓducit:vel poteſt ab
alio ꝓduci vel nō.ſi non pōt:tunc tm̄ vnū eſſet p̄mum ſim
pliciter:illud.vꝫ.ꝙ pōt oīa ꝓducere.Si aūt pōt:vt.vꝫ.celi
motū p̄mū:tunc vel duo eēnt primi motus ſucceſſiue ꝓdu
cti vel geminus qđ repugnat itellectui itelligere.⁊ ꝓpterea
ait/entia nolle male diſponi:⁊ ꝙ pluralitas p̄ncipum mala
eſt:q².vꝫ.eſſet reꝝ ꝯfuſio:⁊ gemina reꝝ replicatio vl' ſucceſ
ſiua.Idem pōt ſuaderi ⁊ fortaſſe demonſtrari: ex eo q² p̄^m
p̄ncipium ⁊ ſimpl'r eſt prima forma:primus finis:⁊ p̄^m mo
uens.vbi enim eēnt plura p̄ma principia ſimpl'r:eſſent plu
res p̄me forme:plures primi fines:plura prima mouentia.
igiť plura p̄ma formata:plura p̄ma mota:pluraqꝫ ordina
ta in finem.⁊ ſic oīum ⁊ ſingularum rerū duo eiuſdem per
fectionis ⁊ nature vt duo Socrates: duo Platones:⁊ duo
Ariſtoteles.Hec rō ab Ariſtotele ⁊ Auerroe colligiť p̄mo
celi textu cōmenti.90.⁊.92.⁊ tu quere dicta noſtra ibidem.
Ex his ⁊ alijs plurimis pꝫ vnum eſſe p̄mum p̄ncipiuꝫ ſim
pliciter:quem vulgares grecoꝝ primum deum vocant.Cui
ſit honor ⁊ gloria horum noſtrorum laborum.

FINIS.

ℂ Auguſtini Niphi Sueſſani philoſophi ce
leberrimi in duodecimū libruꝫ Metaphyſi
ces cōmentaria/nuper diligentiſſime ſumpti
bus heredum .q.D. Octauiani Scoti ciuis
Modoetiēſis ac Socioruꝫ Venetijs impreſ
ſa fuere. Anno ſalutiferę incarnationis Domi
nicę.Die.30.Julij.1526.

## Regiſtrum

A B C D E F  Omnes ſunt terni.

UVA. BHSC. IyR_143_1

UVA. BHSC. IyR_143_1

UVA. BHSC. IyR_143_1